O
VIII
7



R. 37.071
NA: 341028
UNIVERSIDAD SAN PABLO CEU
IN VERITATE LIBERTAS
BIBLIOTECA

+A/176
proprietà dell'Avv. A…

# JO. GOTTLIEB HEINECCII, HISTORIA JURIS CIVILIS ROMANI AC GERMANICI,

Qua utriusque origo & uſus in Germania ex ipſis Fontibus oſtenditur,

*Commoda auditoribus methodo adornata, multisque Obſervationibus haud vulgaribus paſſim illuſtrata.*

EDITIO CÆTERIS ITALICIS

Longe auctior & caſtigatior.




NEAPOLI, MDCCLXIV.

Proſtant Venetiis

Apud Jo. BAPTISTAM PASQUALI.

SUPERIORUM VENIA, AC PRIVILEGIO.

VIRO ILLUSTRISS. ATQUE EXCELLENTISS.

# SAMUELI LIB. BAR. DE COCCEII,

POTENT. PRUSSOR. REGIS SANCTIORIS CONSILII ADMINISTRO, SUMMI TRIBUNALIS ET CONSISTORII PRÆSIDIS,

Rerum Eccleſiaſticarum Directori, omniumque Academiarum Regiarum Curatori Supremo;

NEC NON VIRO ILLUSTRI ATQUE EXCELL.

# FRIDERICO DE REICHENBACH,

POTENT. PRUSSOR. REGIS CONSILIARIO INTIMO,

Conſiſtorii Rerum Eccleſiaſticarum Pro-Præſidi, Regiarum Academiarum Curatori, Mæcenatibus indulgentiſſimis. *

QUamvis, ex quo me vitæ academicæ totum conſecrare cœpi, nihil omnino mihi reliqui feciſſe videar, ut Spartam hanc pro virili quotidie ornarem: tamen, poſteaquam in illuſtrem hanc Fridericianam redire juſſus ſum, novo me veluti ſacramento adactum exiſtimavi, ut munere hoc multo majore cum cura, omnique animi contentione fungerer. Nam ſicuti hoc antea ipſa exiſtimatio mea exigere videbatur, ne tot laboribus quæſitam otio ac torpore amitterem: ita jam mihi operam dandam video, primum, ne longe clementiſſimum potentiſſimi regis de me ſtudiisque meis judicium umquam fefelliſſe videar: deinde, ut apud vos, academiarum conſtituendarum duumviros,

 viros,

* (*Præmiſſ. edit. prim. Hiſtor. jur.*)

viros, otii mihi conſtet ratio: denique, ne ipſius ſtudioſæ juventutis opinionem, ſpemque de me conceptam turpiter deſtituam. Sane, niſi ipſa natura mea mihi ad colendum hoc officium boni viri incitamento eſſet, vel hæ ſolæ rationes non poſſent non me multo ad id reddere alacriorem, ac igniculos veluti quosdam ſubjicere, ut nullos labores, nullaſque vigilias, quibus illuſtri huic academiæ prodeſſe ullo modo poſſim, defugiam. Hujus vero incitatiſſimi ſtudii mei primum hoc ſpecimen vobis, viri excellentiſſimi, offerre jam ſuſtineo, ut ſimul pignus ſit devoti vobis obſtrictiſſimique tot beneficiis veſtris animi, quem quidem ego, quoad vixero, numquam, mihi credite, deponam. Vobis enim cum alia quamplurima, tum & id in primis debere me fateor, ut, migrationem ex Viadrina in hanc illuſtrem Fridericianam nullum rei meæ familiari detrimentum adlaturam, non ſolum ſperare, ſed & confidere poſſe videar. Eſt quidem hoc omnium noſtri ordinis hominum fatum, ut quum virtus fortunaque vos, Mæcenates, aliis omnibus antetulerit, non niſi chartaceo aliquo munuſculo referendæ gratiæ officio poſſimus defungi: at ego tamen cum illo conjungam animum tantorum in me beneficiorum perpetuo memorem, neque umquam, dum ſpiritus hos reget artus, veſtra de me merita laudibus concelebrare, Deoque optimo maximo vitam atque incolumitatem veſtram flagrantiſſimis votis commendare deſinam. Valete, viri excellentiſſimi, remque publicam feliciter gerite. *Halæ Magdeb. ipſis Kal. Oct.* CIↃIↃCCXXXIII.

# HONORATISSIMO LECTORI

S. P. D.

# JO. GOT. HEINECCIUS.

QUOD pleroſque facere animadvertimus, qui præfationes ſcribunt, ut vel rerum, quas explicant, utilitatem ac præſtantiam verbis ornatiſſimis commendent, vel vino alioquin minus vendibili veluti hederam ſuſpendant: eorum ego hic nihil facere conſtitui. Quemadmodum enim incredibilem HISTORIÆ JURIS utilitatem ſatis perſpiciunt harum rerum intelligentes, eamque re ipſa experiuntur quotidie; ita apud imperitos & veteris barbariei ſtatores fruſtra verba facerem, neque ulli mortalium tantum eſt flumen ingenii, tanta ſcribendi dicendique vis ac copia, ut his hominibus, vel ad ipſum elegantiorum litterarum nomen cohorreſcentibus, non dicam perſuadere, ſed veroſimile tantum facere poſſit, earum ullam in juris prudentia utilitatem eſſe. Et ſane qui fieri poſſet, ut illi harum deliciarum ſuavitatem ſalubritatemque percipiant, qui quotidie carduelibus ſentibusque veſcuntur, aſperumque illum victum calceatis iſtis dentibus ſuis facillime ſubigunt? Quare quum & rem in ſe commendatiſſimam verbis extollere, ſupervacuum; & ſurdis narrare fabulam, moleſtiſſimum videatur: de utilitate præſtantiaque hujus ſtudii, ut prædiximus, jam non differemus, ſed inſtituti tantum noſtri rationem reddemus iis, quibus nos, noſtraque ſtudia, vigilias ac labores probari quam maxime cupimus.

Placuit nuper REGI noſtro longe clementiſſimo, ut, relicta illuſtri Viadrina, in Fridricianam hanc celeberrimam me conferrem, docendique munus, quo jam olim ibi non ſine fructu ſtudioſæ juventutis perfunctus

 fue-

ſueram, poſtliminio obirem. Parui ego, prout decet, OPTIMI PRINCIPIS voluntati, & quamvis novam illam migrationem, declivi jam ætate, quantum fieri potuit, deprecarer, ejusque tædio conditiones ſplendidiſſimas, a REGIBUS AC REBUSPUBLICIS potentiſſimis mihi poſitas, aliquoties repudiaſſem, Halam tamen familiam ac ſupellectilem tranſtuli, operamque dedi, ut obſequio erga PRINCIPEM nec prius mihi, nec antiquius quidquam eſſe, re ipſa oſtenderem. Inciderat hæc profectio mea in illud anni tempus, quo Halæ prælectionum publicarum privatarumque jam pridem factum fuerat auſpicium, nec integrum mihi erat, a diſciplinarum quarumdam interpretatione munus meum auſpicari, niſi turbare vellem ordinem, quem doctores celeberrimi jam inde a feliciſſimis academiæ hujus primordiis religioſe ſervarant. Ne tamen paucos hos menſes otio ac ſilentio tranſirem, ſtatui juventuti ſtudioſæ publice ea prælegere atque inculcare, quæ tortuoſum juris prudentiæ iter ac veluti Labyrinthum ingreſſuræ inſtar fili Ariadnei eſſe poſſent. Expenſis itaque, quæ huc facere videbantur, univerſis, ſubductisque rationibus, hanc feci cogitationum mearum ſummam, nihil illis fore utilius, nihilque fructuoſius, quam ſi iis juris tum Romani, tum Germanici, origines ac progreſſum paullo adcuratius enarrarem, ex ipſaque hiſtoria oſtenderem, quis utriusque illius juris in foro uſus ſit, & quantum decipiantur ac decipiant, tum qui, ut jus Romanum in exſilium agant, Germanicum neſcio quod, in tribunalibus unice regnare contendunt, tum qui, recepto in ſubſidium illo jure, tantam rerum converſionem factam eſſe exiſtimant, ut moribus patriis foro, ac veluti aqua & igni interdictum ſit. Ne vero auditoribus, qui magno numero ad has acroaſes confluebant, deeſſet libellus, quem & in auditorio, e domi, præ manibus haberent, breves has poſitiones in chartam conjeci, calamo tam feſti-

nan-

pante, ut ſæpenumero ſchedæ adhuc madidæ in officinam mittendæ eſſent. Quamvis autem mihi veniam paratam fore putem apud æquos rerum arbitros, ſi quædam vel prætervisa, vel non ſatis ad amuſſim facta perpolitaque deprehenderint: adfirmare tamen poſſum, me haud pauca obſervaſſe mihi videri, quæ non omnibus in mentem venerunt, ac proinde breviter perſtrictis iis, quæ jam ab aliis adcuratius tradita noveram, ea, quæ vulgo vel omitti, vel perperam proponi ſolent, diligentius explicaſſe, meque multo plura atque exquiſitiora ejus generis additurum, ſi eo usque vitam produxerit ſummum Numen, ut limam iterum ſubeat libellus pæne extemporarius. Ita enim comparatum eſt hoc ſtudiorum genus, ad quod nos horis tantum ſubceſivis furtim veluti referimus, ut quotidiana lectio multas nobis obſervationes novas ſufficiat, quibus ea, quæ olim in cartam conjeceramus, mirifice illuſtrari locupletarique poſſint. Cujus rei ut quædam ſpecimina hic demus, pauca, quæ interea, dum prælum fervebat, animadvertimus, veluti per lancem ſaturam recenſere juvabit, ita tamen, ut chartæ habeamus rationem, & temporis, quod nobis ob imminentes nundinas conceditur, perquam exigui.

Libro priore (1) fuſius egimus de edictis magiſtratuum, ſolideque, niſi fallimur, demonſtravimus, dictatores, conſules, cenſores, prætores, ædiles curules, tribunos plebis, quin & præfectos prætorio, adeoque omnes fere magiſtratus, edicta de rebus ad curationem ſuam pertinentibus reddidiſſe, quin ideo HONORARIUM illud jus dictum eſſe, quod omnes, qui Romæ honoribus fungerentur, ipſique adeo ſacerdotes, nedum magiſtratus, jus illud edicendi ſibi arrogarent. Fruſtra adhuc deſideraveram aliquot magiſtratuum, qui edicta propoſuerint, exempla, veluti præfectorum urbi,



(1) §. 61. *pag.* 54. *huj. edit.*

bi, præfectorum Auguſtalium, & quæſtorum, in quæ tamen interea, dum plagellæ hæ typis deſcribebantur, aliud plane agens, incidi. Præfecti enim urbi, Turcii Aproniani, edicta bina, alterum de carnibus, non micatione, ſed ad exagium vel ſtateram vendundis, alterum de ſuariis eorumque canone vinario integra exſtant apud Gruterum (2): ſimiliaque aliorum præfectorum paſſim memorat Ammianus Marcellinus (3), eo notatu digniora, quo magis ex illis patet, etiam poſt editum perpetuum hos præfectos edicta juriſdictionis ſuæ cauſſa promulgare non deſiiſſe. Ita & præfectos Ægypti Auguſtales eo jure uſos eſſe, numquam quidem dubitaram, qui non ignorabam, eos ab Arriano (4) ob proconſulare imperium ὑπάρχυς Αἰγύπτυ vocari, quique apud Tacitum (5) legeram, illos *loco regum in Ægypto egiſſe*, apud eoſque & *lege agi* potuiſſe, & *eorum decreta perinde habita eſſe, ac ſi magiſtratus Romani conſtituiſſent*. At nondum tamen occurrerat locus, quo diſerta fieret edictorum ab iiſdem propoſitorum mentio. Talem poſtea præter ſpem atque opinionem reperi apud Philonem (6), qui Avidium Flaccum, præfectum Auguſtalem, crudelem alioquin & flagitiis omnibus coopertum hominem, eo tamen maxime nomine laudat, quod primis præfecturæ ſuæ annis τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἀνέπλησεν εὐνομίας, *quod bonas leges in urbem Alexandrinam, & totam provinciam, induxerit*. Quod profecto non aliter, quam propoſito edicto provinciali, fieri potuit: ut jam non dicam de edictis repentinis, quæ, prout res inciderent, promulgaſſe eumdem Flaccum, idem Philo (7) teſtatur. Denique & quæſtores eo jure uſos eſſe, mihi perſuaſit locus Ciceronis (8) *L. Octavio & C. Cot-*

*tæ*

(2) *Inſcript. pag.* 747. *n.* 6. 7. (3) *Hiſtor. lib.* 27. *cap.* 9. *& lib.* 28. *cap.* 4. (4) *Expedit. Alex. l.* 3. *c.* 5. *pag.* 110. (5) *Hiſt. l.* 1. *c.* 11. *& Annal. l.* 12. *c.* 60. (6) *In Flac. pag.* 966. (7) *Ib. pag.* 972. (8) *Orat. in Verrin.* 3. *cap.* 7.

*tæ coſſ. ſenatus permiſit, ut vini & olei decimas, & frugum minutarum, quas ante te quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderent, legemque his rebus, quæ ipſis videretur,* EDICERENT. Ex eo enim manifeſto patet, conſules tum Romæ feciſſe, quod antea quæſtores in provinciis, id eſt, vendidiſſe decimas, legemque venditioni, propoſito edicto, dixiſſe; ut dubitari non poſſit, quin & quæſtoribus commune jus edicta reddendi fuerit cum reliquis magiſtratibus omnibus.

Alio loco (9) de SCOLA JURIDICA ROMANA, Conſtantinopolitana & Berytenſi diximus, ad eaſque ad ſæculum ſextum uſque magnum concurſum factum eſſe oſtendimus. Subdubitavi adhuc, an & ſub Gothicis, & Langobardicis regibus, itemque ſub imperatoribus Francicis & Germanicis, florem ſuum conſervarit Romanum iſtud gymnaſium. Sed reperi quædam veterum teſtimonia, quæ id adfirmandum eſſe ſuadent. Apud Caſſiodorum (*) enim Athalaricus, rex, profeſſoribus Romanis ſtipendia integra perſolvi jubet, in illiſque numerat etiam *juris expoſitorem*. Et in pacto, inter Leonem PP. VIII. & Ottonem M. in ſynodo Lateranenſi anno 1464. inito, a Theodorico de Niem (10), Melch. Goldaſto (11), Jo. Schiltero (12), aliiſque edito, ſub finem dicuntur ea omnia facta eſſe *in patriarchio Lateranenſi, in eccleſia S. Salvatoris, ſynodo conſtituta a pluribus viris catholicis, epiſcopis & abbatibus, inſuper judicibus & LEGIS DOCTORIBUS*, per quos quum intelligi nequeant doctores, ſollemni ritu in academiis creati, (quos ætas illa ignoraſſe omnino videtur,) manifeſtum eſt, intelligi profeſſores legum, qui Romæ tum docendi munere fungeban-

(9) *Orat. in Verr. III. cap.* 7. (*) *Varior. Lib.* 8. *c.* 21.
(10) *De jure & privil. imp. pag.* 248.
(11) *Conſtit. imp. Tom.* 1. *pag.* 34.
(12) *Inſt. jur. publ. Tom.* 2. *Lib.* 2. *tit.* 10.

gebantur. Quo quantivis pretii teſtimonio ſimul confirmatur, quod alibi obſervavimus (13), juris civilis in foris Italiæ a Juſtiniani temporibus ad Lotharii Saxonis imperium permagnam fuiſſe auctoritatem, quamvis poſtremis temporibus defuerint, qui cupidæ legum juventuti viam ad juris prudentiam monſtrarent, & ob eam potiſſimum cauſſam deſertam hanc ab aliis provinciam PEPO, IRNERIUS, aliique Bononienſes, occuparint.

Libro poſteriore (14) obſervavimus, omnes provinciales, Italos, Gallos, Hiſpanos, qui ſub Francorum, Oſtrogothorum, Wiſigothorum, Burgundionum, Langobardorum imperio vixerint, juris Romani uſum retinuiſſe. Eam obſervationem mirifice illuſtrat doctiſſimus Ant. Matthæus (15), qui multis demonſtrat, eos, quamvis a populis iſtis Germanicæ originis oppreſſos, ſe tamen adhuc *Romanos* & *cives Romanos*; omneſque provincias, in quibus degerent, quantumvis a barbaris perdomitas, *Romaniam* vocaſſe. Ex quo facile patet, cur in manumiſſionum formulis apud Marculfum aliosque, manumiſſis etiam ea tempeſtate præter libertatem concedatur *jus civitatis Romanæ* (16), quod tamen tum in eo tantum conſtitiſſe arbitramur, quod jure Romano, ſi vellent, uterentur, neque inviti adſtringerentur barbarorum, ſeu vocabant, legibus. Dixi, jure Romano eos, ſi vellent, uti potuiſſe. Optionis enim jus unicuique dabatur, qua potiſſimum lege vivere vellet, idque conſtituerat Lotharius imp. (17) cujus hæc eſt ſanctio: *volumus, ut omnis ſenatus & populus Romanus interrogetur, quali vult lege vivere, ut ſub ea vivat.* Ac proinde ſæpenumero factum eſt, ut a

(13) *Lib* 1. §. 414. (14) *Lib.* 2. §. 15.

(15) *De Nobilit. Lib.* 1. *cap.* 27. *p.* 107. *ſequ.*

(16) *Form.* Lindenbrog. 91. 96. 98. 101. Baluz. *Append. Capitular. num.* 105. *Tom.* 2.

(17) *Capitul. ann.* 824. *cap.* 5.

ut ſententiam mutarent, &, qui ſe antea juri Romano ſubmiſerant, poſtea aliam aliamque eligerent: id quod apud Langobardos potiſſimum viduæ faciebant, vivis quippe maritis horum legibus adſtrictæ, iiſdem vero ſolutæ, ſimulac ſolutum eſſet matrimonium (18).

Quæ de uſu juris Romani in Germania, qualis ſæculo 14. fuerit, diſſeruimus, (19) ea jam multis illuſtrari poſſent, maxime ex inſigni ejus ævi monimento, puta PHIL. DE LEYDIS *libro de cura rei publicæ & ſorte principantis*, primum *Leidæ* 1516. impreſſo, poſteaque nitide recuſo *Amſtelod.* 1705. 4. Floruit hic Belga, teſtibus Deſſelio (20) & Jo. Meurſio (21), adulto jam ſæculo 14. impetratiſque Aureliæ doctoris Decretorum honoribus, primum jus pontificium Pariſiis aliquamdiu explanavit, poſteaque in Belgium redux, circa annum 1369. in Guilielmi Bavari, Hollandiæ comitis aula conſenuit, fato functus anno 1380. Ex ejus libro paſſim adparet, quæ tum fuerit juris in Belgio ac Germania facies. Quantæ tum dignitatis fuerint Doctores juris civilis, quantumque ſplendorem, vel potius πολλὴν φαντασίαν adfectarint, diſcimus ex *caſu* 33. (22) ubi proponit ſpeciem: *quidam legiſta, non doctorizatus, nec legum dominus, nec profeſſor, impetravit ab imperatore, ut inſignia doctoralia deferret, videlicet AURI ORNATUM in FRÆNIS, CALCARIBUS, & SELLIS EQUESTRIBUS; numquid conceſſum valet? Hic patet, quod non.* En doctores ejus ſæculi, auſpiciis imperatorum creatos, qui jure nobilibus proprio, fræna, ephippia, & calcaria auro exornandi utebantur. Quumque ſuo loco oſtenderimus juris peritos tum nihil reliqui feciſſe, ut uſum ac præſtantiam artis ſuæ ubique commendarent, quin eo factum eſſe, ut in urbibus celebrioribus ſequente ſæculo ſyndicorum munere fungeren-

(18) *Capit. Lothar.* apud Baluz. *Tom.* 2. *cap.* 14.
(19) *Lib.* 2. §. 68. (20) *Biblioth. Belg. pag.* 775.
(21) *Athen. Batav. l.* 1. *pag.* 72. (22) *pag.* 99.

gerentur: (23) idem multo citius in Gallia, Anglia; & Belgio factum eſſe, ex eodem libello diſcimus. Ait enim (24): *ſimiliter ad habendum initium legalis experientiæ, eſſet & alia via, ut in quolibet bono oppido eſſet per principem ſtatutus unus juris peritus, cui provideretur de congrua penſione, cujus providentia deciderentur ſingula, ut fit in Francia, Anglia, Flandria, & aliis ordinatis patriis*, Non adjungit auctor Germaniam, cui potius alibi (25) ideo male ominatur, quod minor ibi ſit juris peritorum copia, minorve auctoritas. *Notum eſt tamen*, inquit, *quod iſtud privilegium pluribus privatis conceſſum eſt, & obſervatum propter defectum juris peritorum, qui magnus eſt in regno Alamanniæ, quod principibus iſtis ad magnum cedit juris & honoris detrimentum*. Non dicit, nullos ibi juris peritos eſſe, (id enim falſum fuiſſet, ceu in opuſculo (26) demonſtravimus), ſed minorem tantum numerum, quam tanti imperii amplitudo exigere auctori videbatur. Fortaſſis etiam multos Germanorum principes civitatesque adſpernari audivit civilem illam ſapientiam, *miratos*, quod de majoribus noſtris memoriæ prodidit Vellejus Paterculus (27), *ſolita armis diſcerni jure terminari*. Id enim ipſe ſubinnuere videtur Philippus noſter, dum porro ſcribit (28): *& igitur bene felix patria, in qua plurimi præſunt ſapientes. Hic ſumas argumentum, multum expedire rei publicæ, viros habere litteratos, qui LEGES noverint & JURA MAJORUM. Et facit pro regno Franciæ, & contra ALLEMANNOS, qui ſtudia litterarum minus frequentant, in ipſius rei publicæ maximum incommodum, ruinam, & jacturam. Hinc VIOLENTIA MAGNA publica deformatur urbanitas: præſidet LUPORUM RAPACITAS, & ipſi principes ignominiæ ſubjacent, nec honorem & ſtatum cognoſcunt*

*ſibi*

(23) *Lib.* 2. §. 98. (24) *Caſ.* 60. *pag.* 129.
(25) *Caſ.* 38. *p.* 121. (26) *Lib.* 2. §. 68.
(27) *Hiſtor. l.* 2. *cap.* 18. (28) *Caſ.* 6. *pag.* 24.

*ſibi ipſis & ſubditis ſuis imperandi*. *Unde in politicis dicitur : felix illa civitas, in qua philoſophi ſunt præſides*. Nimirum major tum erat Germanorum ferocia, quam ut ſtatim novitate incognitæ diſciplinæ manſueſcerent, ſibique extorqueri paterentur arma, in quibus jus omne poſitum habebant, neque æquo animo ferebant, mores patrios a juribus peregrinis in exſilium agi. Quod & ipſe Philippus iniquum ratus ejus modi juris peritos rem publicam capeſſere, volebat, *qui LEGES noſſent, & JURA MAJORUM*, id eſt, qui juris patrii peritiam cum adcuratiore juris prudentia conjunxiſſent.

Sed ad alia properamus. In libro priore (29) de LIBRIS FEUDORUM, nec non de ANT. MINCUCCII & BARTH. BARATERII operibus feudalibus; in poſteriore (30) de JURE FEUDALI SAXONICO & SVEVICO ſeu ALAMANNICO egimus. Sed & hic quædam tunc ſe nobis ſubduxerunt, quæ addita mallemus. Dici enim quædam debuiſſent de JURE FEUDALI OSNABRUGENSI, quod edidit JO. PETRUS A LUDEWIG (31), cujus in has litteras merita grato animo agnoſcent poſteri, quamdiu iſtis ſuus honor erit, pretiumque, quo dignæ ſunt, ſtatuerunt. Notitiam præterea dare potuiſſem JURIS FEUDALIS FLANDRICI, cujus codex MSC. membranaceus, ſæculo circiter 14. nitide exaratus exſtat in bibliotheca publica Franequerana, haud parum illuſtraturus ea, quæ de feudorum illorum indole a Jac. Curtio (32), Jac. Marchantio (33), Friderico a Sande (34), aliisque traduntur. Denique, quod maxime nollem, neſcio quo fato contigit, ut ni-

(29) *L.* 1. § 41. & §. 424. (30) *L.* 1. §. 77. & §. 83.
(31) *Reliqu. MSC. Tom.* 2. *pag.* 297.
(32) *Conjectur. ad Vivid.* 1. 18. 2. 6.
(33) *Deſcript. Flandr. lib. de feudal. Flandr. morib.*
(34) *Conſued. Feud. Gelr. Tract.* 1. *tit.* 3. §. 12.

nihil dixerim de libro inſigni DE BENEFICIIS, quem ab Eybenio acceptum, tamquam ἀνέκδοτον cum eruditis diſſertationibus de libri hujus veteris auctore, fato, vetuſtate, raritate, & uſu anno 1708. in *Selectis feudalibus* edidit CHR. THOMASIUS, edoctus poſtea ab aliis, eum jam pridem cum Franc. Duareni *Commentario in conſuetudines feudales* editum eſſe a Jo. Havichorſtio, *Colon. Agripp.* 1569. 8. ſub titulo: *Liber vetuſtus de feodis, ſive feudis, item de ordine placitationis & urbano beneficio, per aphoriſmos diſtinctus* (35). Laudaverat eum jam Marquardus Freherus (36), qui ſub Saxonicis imperatoribus ſcriptum putabat, quod in eo feuda ſemper beneficia vocarentur. Eidem hac in re ſuffragatur laudatus Thomaſius (37), eo inprimis motus argumento, quod nepotibus jus ſuccedendi in feudo negetur (38), quos tamen ad ſucceſſionem jam admiſerit Conradus Salicus imperator (39). Contra Lotharii Saxonis temporibus auctorem vixiſſe cenſuit Nic. Hier. Gundlingius (40). At rem omnem conficere videtur locus inſignis iſtius libelli, (41) ubi dicitur, *regem, quem eligant Teutonici, quum Romam vadat ordinari*, ſecum adducere debere *ſex principes, qui primi ſint in ejus electione, ut pateret Apoſtolico regis juſta electio*. Hinc enim manifeſtum eſt, librum hunc paullo poſt Lotharium ſcriptum ſub Conrado III. vel Fridrico Ahenobarbo. Ante Lotharium enim neminem imperatorum judicium de electione ſua pontifici Romano

(35) *Summariſche Nachr. von auſerleſenen Büchern*, *Part.* 24. *pag.* 1007. Thomaſ. *Adpend. Select. feud. Tom.* 2. *pag.* 429. *ſequ*

(36) *Not. ad Conſt. de expedit. Rom. ad verba: feodo ſuo*. (37) *Diſſert. de libri vet. de benef. auct.* §. 25. & 26. (38) §. 5. 20. 24. 25. 44. 76.

(39) I. *Feud.* I. I. 2.

(40) *Diſſ. de unione elector.* §. 21. (41) §. 6.

mano detuliſſe, ſed ipſos potius imperatores de pontificum electione cognoviſſe, pluribus jam demonſtravit Gundlingius (42). Ex quo autem Lotharius ille pontifici plurimum tribuere cœperat: hoc arbitrium ſibi unice arrogabat curia Romana, adeo ut in *Cærimoniali Romano* (43) legamus, *electum regem, futurum Romanorum imperatorem, debere decretum electionis pontifici oſtendere, hunc vero ſolere, viſo decreto, & examinata etectione in ſacro ſenatu, habitaque ſufficienti informatione, tam ſuper forma electionis, quam ſuper idoneitate & habilitate perſonæ electi, per commiſſarios a ſe conſtitutos, ad inſtantiam dicti electi ipſum electum in ſpiritualem filium ſuum & eccleſiæ Romanæ ſuſcipere*. Sed notatu dignum eſt; auctorem *Cærimonialis*, dum ſubjungere voluit exempla imperatorum, qui hoc obſervarint, non niſi *Carolum IV. & antea Henricum VII. & Albertum, ejus prædeceſſorem, & Rhodulphum*, nominare potuiſſe, adjeciſſeque quidem *& plures alios* id feciſſe; ſed non alios procul dubio intellexerit, quam Lotharium, ejusque aliquot ſucceſſores. Et quibus, quæſo, temporibus magis convenit numerus ille principum ſenarius, quam Conradi III. quibus, proſcripto Henrico Superbo, & dubia aliquamdiu Saxoniæ & Bavariæ poſſeſſione, unus ex primariis Germaniæ principibus deerant, adeoque ſex tantum ſupererant, quorum ſuffragia in eligendis imperatoribus prærogativa donari jam tum ſolebant. His ergo demum temporibus prodiit monimentum præſtantiſſimum, ex quo pleraque decerpſiſſe juris feudalis Saxonici & Alamannici auctores, jam ab aliis obſervatum eſt. Nec in eo ego quidem quidquam deprehendo, quod iſti tempori minus conveniat, quum & *beneficii* vox ſequioris ævi ſcriptoribus non ignota ſit, & nepotes diſertis

(42) *Gundlingian. Part.* 3. *pag.* 216. *ſequ.*
(43) *Cærimon. Rom. l.* 1. *ſect.* 5. *cap.* 1.

tis verbis a ſucceſſione excludantur nusquam , ſed ſub *filiorum* vocabulo commode ſatis comprehendi poſſe videantur.

Sed hæc quoque ſcribentem , & plura tecum , lector , confabulari volentem interpellant me operæ , & præfationem non ſine convicio flagitant . Abrumpendum itaque fuit filum , reliquis , quæ dicenda ſupererant , alii occaſioni ſepoſitis . Tu itaque vale , meisque conatibus fave . *Halæ* e muſeo *prid. Kal. Octobr.* cIↄIↄCCXXXIII.

ILLUSTRISSIMO COMITI

# HENRICO VI.

JUNIORIS STIRPIS COMITI ET DOMINO RUTHENO, DOMINO CLAVIÆ, GRAITZIÆ, CRANICHFELDÆ, SCHLEIZÆ, ET LOBENSTEINII,

POTENTISS. DANIÆ ET NORVEGIÆ REGIS,

Cubiculario Comiti ac Domino Clementiſſimo. *

NON credo, illuſtriſſime S. R. I. comes, te, qua es magnanimitate, vel adſpernaturum eſſe hunc libellum, vel hoc obſervantiæ gratique animi monimentum indignum perſona tua exiſtimaturum. Alia enim eſt indoles illuſtriſſimæ gentis tuæ, quæ jam a multis ſæculis univerſæ Germaniæ eximia pietatis, virtutis, prudentiæque exempla præbuit, quam ut tu, illo ſanguine cretus, poſſis quidquam, quod ad ornandas litteras pertinere videatur, a te alienum putare. Alia, multoque major clementia tua, quam ut me de litteris aliquando bene mereri cupientem, illius participem eſſe nolis. Plures jam circumacti ſunt anni, ex quo tibi una cum illuſtriſſimo fratre, & illuſtriſſimo Linariæ comite Halæ ſtudiis operam navante, plenoque gradu ad præclaram, qua jam emines, doctrinam, rerumque civilium intelligentiam enitenti, ego tum hoſpes innoteſcere, tuisque humaniſſimis frui colloquiis cœpi. Quamvis vero ab eo tempore te, & gravioribus magni regis negotiis admotum, & ipſi Germaniæ noſtræ ereptum jam pridem mei memoriam depoſuiſſe crediderim: aliud tamen & litteris ad me humaniſſime ſcriptis, dum libello celſiſſimo Danicæ ju-



* (*Præmiſſ. edit. ſecund. Hiſtor. jur.*)

ventutis principi conſecrato viam ad palatium regium munire non dubitaſti, re ipſa teſtatus es, illumque clementiſſime exceptum eſſe, nunciaſti. Quantopere litteræ iſtæ tuæ me, neſcio quid metuentem, recrearint, quantamque ex iſta humanitate tua voluptatem ceperim, hic ipſe libellus, qui jam multo, quam antea, auctior nitidiorque prælo exit, pro me teſtimonium perhibeto. Eum enim tibi, comes S. R. I. Illuſtriſſime, tuoque nomini ex veteri formula do, dico, ut ſi qua his litterulis perpetuitas ſperari poſſit, perpetuum aliquod exſtet venerationis meæ, gratique animi monimentum. Suſcipe itaque explicata fronte litterarium hoc munuſculum, quumque aliud a mei ordinis hominibus proficiſci nequeat, perſuade tibi, quæſo, tibi me ſimul me ipſum totum conſecrare, nullum abire paſſurum diem, quin vota cum pro te, tum pro univerſa gente tua illuſtriſſima, concipiat, quam ut Deus optimus maximus ad illum uſque decretorium diem, qui hoc hauriet ævum, ſalvam florentiſſimamque Germaniæ noſtræ ſervare velit, flagrantiſſimis precibus, quoad vivam, exoptabo. Vale, comes S. R. I. illuſtriſſime, & res tuas feliciter gere. *Halæ Magdeburg. ipſis idib. Mart. anni Dionyſiaci* CIƆIƆCCXL.

# FRÆFATIO ALTERA.

QUÆ mihi hunc adornandi libellum octavo abhinc anno fuerit occaſio, *amice lector*, quamque pæne præcipiti feſtinatione ille a me tunc in chartam conjectus ſit, ex ea, quam primæ editioni præmiſi, præfatione, ſatis, ut opinor, perſpexeris. Non potui ergo non tum vereri, ne ea ſcriptione ſatisfeciſſe videar quam pauciſſimis, iique ſaltim, quibus nihil, niſi quod eximia quadam cura ſcriptum perpolitumque ſit, placere ſolet, perfectius quid atque elegantius ſint a me deſideraturi. Quum enim ea ſim tenuitate ingenii, ut & ſi adnitar, omneſque animi nervos intendam, vix quidquam, quod oculis tuis dignum videatur, proferat; quanto minus mihi ſperare licuit, ſubitaneum hoc & vix ſatis præmeditatum opuſculum ulli viro docto, maxime in tam ubere, quem ſæculum noſtrum vidit, talium librorum proventu eſſe placiturum? Enimvero multo aliter, quam metueram, res accidit. Tantum enim abeſt, ut Hecyræ Terentianæ fato exploſus ſit hic libellus, ut tametſi auditorum tantum uſibus initio deſtinatus, tamen & extra academiæ noſtræ pomeria invenerit lectores, & diſtractis pæne divenditiſque exemplaribus omnibus, nova eaque nitidior editio jam pridem flagitari cœperit. Cur ea non prius prodierit, illi norunt, quibus bipliopolarum res paullo ſunt perſpectiores. Demum tamen moras omnes, egregii publici ſtudio ruperunt viri integerrimi, Jo: & Herm. Verbekii, qui alieni ab exſecrabili illo libellos furtim recudendi conſilio, cum priore bibliopola ita compoſuerunt rationes, ut eis jure recudendi hanc juris hiſtoriam ultro cedere non dubitarit. Quum ergo hi operis redemtores nullis ſibi parcendum ducerent ſumtibus, ut & ſplendiſſimis typis chartaque prodiret in lucem: debere ego

hoc mihi viſus ſum lectoribus æquis, ut, qui antea imperfectum illud opuſculum tam æquo animo tulerunt, ii jam aliquid ſi non perfectius, at adcuratius tamen limatiuſque a me accipiant. Itaque tot licet occupationibus diſtractus, infirmaque valetudine prope oppreſſus, me recenſendo huic libello accingo, multa, quæ deeſſe videbantur, ſuppleo, quædam novis veterum teſtimoniis firmo, quædam, ut fit, emendo ac muto, idque tanto ſtudio, ut ſi quis opus hoc novum eſſe crediderit, eum ego non aberraturum a vero eſſe exiſtimem. Fecerimne operæ pretium, tuum, *benevole lector*, erit judicium. Me certe nova hæc opera navata juris prudentiæ maximopere delectavit, ut adfirmare poſſim, illam mihi & curas, quibus tum excruciabar, pleraſque abſterſiſſe, & ad amiſſas difficili morbo vires recuperandas firmandaſque mirifice profuiſſe. Ceterum ne ſic quidem dubito, quin alii eamdem rem acturo permagnum reliquerim ſpicilegium. Experiundo enim didiciſſe mihi videor, nullam eſſe difficiliorem veteris hiſtoriæ partem, quæque pluribus egeat, paucioribuſque inſtructa ſit ſubſidiis, quam hiſtoriam juris prudentiæ. Sive enim veterum rerum publicarum, ſive eccleſiæ Chriſtianæ res & fata quis ſcribere conſtituerit, tot exſtant incorrupta veteris ævi monimenta, ut ſe copia fere inopem reddi animadvertat. At quis, quæſo, veterum vel ad hiſtoriam juris ſcribendam, vel vitas jureconſultorum enarrandas adpulit animum? Quotus quiſque tot doctorum hominum qui rei publicæ Romanæ annales accuratiſſima induſtria condiderunt, ea quæ ad artem noſtram pertinent, non obiter attigit? Solus fere DIONYSIUS HALICARNASSENSIS ea, quæ de jure & legibus, earumque interpretatione obſervatu digniora eſſe animadvertebat, diligentius videtur perſequutus. Sed inviderunt nobis fata maximam operis incomparabilis partem, ut quæ ab anno ab V. C. 312. acciderunt, hodie fere ſciamus

mus juxta cum ignariſſimis. Livius enim, & ſi qui alii res Romanas tradiderunt, res potius bello præclare geſtas, quam quæ circa leges evenerint, memoriæ prodiderunt, &, ſi quid de his quoque memorant, illas, quæ ad rem publicam pertinere viderentur, quibuſque tamquam ſeditionum flabellis populum agitabant tribuni plebis, paullo diligentius deſcripſerunt, pleriſque, quæ ad jus privatum amplificandum perlatæ fuerant, vel prætermiſſis, vel levi ſaltim brachio tactis. Plura ejus generis, eaque præclara procul dubio in tot libris ſuis obſervaverant veteres jureconſulti, qui, ſi exſtarent integri, non magnopere fortaſſis laboraremus. Sed hos quoque ſive Triboniani induſtria, ſive illætabili quodam artis noſtræ fato amiſimus, ut pro inſtructiſſimo adparatu & ferculis delicatioribus, hodie reliquiis dumtaxat, tamquam paraſiti, perfruamur. Solum POMPONII fragmentum nobis ſervavit Tribonianus, ſi ſervatum dici poteſt, quod nobis ubique, ut videtur, luxatum, mutilatumque ſupereſt. Saltim plura ac pleniora non ſcripſiſſe jureconſultum, nemo ſibi temere perſuaſerit, niſi ſimul totum Enchiridii libellum duabus tribuſve plagulis conſtitiſſe, velit exiſtimare. Ita fere omnia interciderunt, ex quibus veteres, quorum ætas in beatiora ſæcula inciderat, juris originem, progreſſum, fata, legum auctores, eorumque finem ac conſilia, edictorum, ſenatuſque conſultorum ætatem, juris conſultorum vitam, ac quæ eorum in juris prudentiam exſtiterunt, merita, diſcere potuerunt. Jacent hodie tot excellentiſſimi ingenii viri pæne omnes illacrymabiles & obruti multa nocte, quia carent vate ſacro, &, ſi dicendum, quod res eſt, nondum juris hiſtoriam, ſed ejus pauciſſima ſquallidaque rudera, poſt tot eruditiſſimorum virorum lucubrationes, habemus. Sed qualecumque iſtud ſit, quod in communi tot veterum monimentorum naufragio interitum evaſit, æqui profecto boni-

que conſulendum, & quidquid vel in veterum annalibus, vel in ipſis libris noſtris, de juris prudentiæ fatis vel obiter notatum occurrit, in rem vertendum videtur. Quod ego quidem hoc libello an præſtiterim neſcio, conatum me ſaltim eſſe id præſtare, nullique propterea labori, nulliſque vigiliis parſiſſe & ſcio, & quemvis, qui libellum perluſtrare voluerit, facile perſpecturum, arbitror. Quandoquidem vero, qui adhuc in eo argumento verſati ſunt, plerique non niſi Romanæ juris prudentiæ fata deſcripſerunt: me idem agentem facile ſubegit patriæ caritas, ſtudiumque, quod jam a multis annis enucleando juri patrio impendi, haud mediocre, ut & hujus hiſtoriam cum illa conjungerem, maxime quum poſt HERM. CONRINGIUM, qui primus Germanorum Germanici juris origines expoſuit, pauci fere reperti ſint, qui inventi ab eo aliquid adderent, iiſque, quæ CONRINGIO defuerant ſubſidiis ad locupletandam pulcherrimam hanc hiſtoriæ partem uterentur. Jam innumera viderat CONRINGIUS; (quid enim ſcire quiſquam vellet, quod docere non poſſet ingenium iſtud ſine exemplo maximum?) at ſexcentis qui poſt eum e ſitu & pulvere in lucem protracti ſunt, rerum Germanicarum ſcriptores, innumeraque, quæ poſtea prodierunt, diplomata ille non viderat. Ex quibus ſane permulta ſuppleri poſſe, a viris doctis, quæ in opere illo *Conringiano* deſiderantur, facile intelligitur. Ipſe ſane, cui per alia negotia non tantum fuit otii, ut irem per omnes Germanorum annales, omneſque veteres chartas & diplomata perluſtrarem, plura tamen hujus induſtriæ ſpecimina in brevi hoc opuſculo mihi videor dediſſe, neque dubito, quin multo plures ejuſdem generis obſervationes colligi poſſint ab iis, qui vel majore inſtructi adparatu, vel otio magis abundantes, vel feliciore ingenio præditi ſtudium, induſtriamque ad illuſtrandam patrii juris hiſtoriam conferent. Quibus ſi me mea hac ſcriptio-

ptione veluti igniculos quoſdam injeciſſe animadvertero; næ ego mihi operæ feciſſe pretium, uberrimumque lucubrationum fructum cepiſſe videbor. Interea, dum alii meliora dederint, utere meis, tuamque bevolentiam, quæ mihi & ſeneſcenti paullatim ad quidlibet in rei publicæ litterariæ commodum conandum incitamento erit, mihi integram, quæſo, conſerva, atque illibatam. Vale, *lector benevole*. Halæ, prid. Id. Mart. cIↄIↄccxl.

# JO. GOTTLIEB HEINECCII,

## HISTORIA JURIS CIVILIS.

## LIBER I.

### De origine, progressu, variisque mutationibus juris Romani.

## CAPUT I.

### De origine et progressu juris Romani sub Regibus.

*§. 1. Quomodo Romani initio ſine lege jure certo egerint. §. 2. Id quomodo intelligendum? §. 3. Regum arbitria defectum legum ſupplebant. §. 4. Hinc edicta regia pro lege erant. §. 5. Mox tamen leges flagitavit populus. §. 6. Idque & rei publicæ forma exigere videbatur. §. 7. Hinc latæ leges curiatæ. §. 8. Exempla legum Romuli. §. 9. Nec non a Numa, Tullo Hoſtilio, & Anco. §. 10. An & a reliquis regibus? §. 11. Regii imperii finis. §. 12. Legum regiarum indoles.*

§. 1. ROMA, Albanorum colonia, ſed initio magno advenarum, maxime ad aſylum Romuli confluentium, concurſu, poſteà & totis civitatibus gentibuſque dedititiis intra mœnia receptis ſenſim ſuppleta, mores ac religionem majoris patriæ, alia-

rum

rum coloniarum exemplo retinuit. * Quum ergo illi patrii mores in ſcripturam nondum eſſent redacti: *urbs Roma initio ſine lege certa, ſine jure certo, egiſſe* dicitur Pomponio *l.* 2. §. 1. *D. de orig. jur.*

§. 2. Quod tamen nolim eam in partem interpreteris, ac ſi populus Romanus nullis plane legibus, nulla actionum norma ſub urbis incunabula uſus ſit: (qui enim fieri potuiſſet, ut ſine lege in civitatem coaleſceret turba incondita, & extoris patria hominum colluvies?) ſed ſenſus eſt, Romanos initio jure ſcripto caruiſſe. * Quod commune illis fuit cum gentibus

* Dionyſ. Halicarn. *Antiq. Rom. Lib.* 1. *cap.* 45. Romam diſerte vocat τῆς Ἄλβης ἀποικίαν, *Albanorum coloniam*. Et paullo poſt *c.* 72. addit: τῷ δ' ἑξῆς ἔτει τῆς Νομίτορος ἀρχῆς, δευτέρῳ δὲ καὶ τριακοσιοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν ἀποικίαν στείλαντες Ἀλβανοὶ, Ῥωμύλου καὶ Ῥώμου τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς ἐχόντων, κτίζουσι Ῥώμην: *altero deinde Numitoris anno poſt Ilium vero captum* 432. *Albani, Romuli & Remi ductu*, COLONIAM *miſerunt, condiderruntque* ROMAM. Uti vero colonias deos, mores, inſtituta, ſacra cum metropolibus communia habuiſſe, pluribus exemplis probavit Ez. Spanhem. *de uſu & præſt. numiſm.* Tom. 1. *Diſſer.* 9. *pag.* 580. *ſequ.* ita de Romanis & Albanis Strabo *Lib.* 5. *pag.* 353. *edit. nov.* diſerte ſcribit, eos communia habuiſſe καὶ ἱερὰ, καὶ ἄλλα δίκαια πολιτικά, *cum ſacra, tum alia jura civilia.*

* Nimirum lex lata Pomponio eſt jus conſtitutum, ſeu ſcriptum. Id vero ipſe opponit *juri incerto* vel conſuetudini. *Sine jure* ergo *certo egerunt*, quod ſine lata lege & jure ſcripto viverent. Bynkershoekii *Prætermiſs.* (*p.* 236. *ſequ. edit. nov.*) Similiter Dionyſ. Halicarnaſſ. *Antiq. Lib.* 10. *cap.* 1. Οὔτω γὰρ τότε ἦν οὔτε ἰσονομία παρὰ Ῥωμαίοις, οὔτε ἰσηγορία, οὔτε ΕΝ ΓΤΑΦΑΙΣ ἅπαντα τὰ δίκαια τεταγμένα: *nondum enim erat apud Romanos jus æquum omnibus civibus, nec omnibus ex æquo ſuffragandi poteſtas erat, nec* IN SCRIPTURAM *relata erant jura omnia*; ubi itidem ἰσονομία opponitur τοῖς ἐν γραφαῖς δικαίοις.

bus pleriſque antiquiſſimis. Tacit. *Annal. Lib.* 3. *cap.* 26. Juſtin. *Hiſtor. Lib.* 1. *cap.* 1. & *Lib.* 2. *cap.* 7. Porphyr. περὶ ἀποχῆς *Lib.* 3. *pag.* 283. *edit. Lugdun. anni* 1620.

§. 3. Quum vero, ut in nova civitate permulta inciderent, quæ ad illos antiquæ patriæ mores componi non poterant: res ipſa popoſcit, ut ea omnia temperarentur regum arbitriis, * quæ vetuſtiſſimis mortalibus pro legibus erant. Seneca *Epiſt.* 90. Juſtin. *Hiſtor. Lib.* 1. *cap.* 1. Atque inde eſt, quod *omnia initio* MANU *a regibus gubernata eſſe*, dicit Pomponius *l.* 2. §. 1. *D. de orig. jur.*

§. 4. Quidquid ergo vel fieri, vel omitti a civibus vellent reges Romani: id propoſitis, vel per præconem promulgatis EDICTIS præcipiebant *. Quod facientes manu omnia gubernare dicebantur.

§. 5. Eum rei publicæ ſtatum vel ideo æquo animo ferebat populus, quod reges ad faſtigium hujus majeſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio, juſtitiæque fama evexiſſet. Quandoquidem tamen, uti recte obſervavit Cicero, *ad diverſ. Lib.* 9. *epiſt.* 16. *omnia incerta ſunt, quum a jure diſceſſum eſt, nec præſtare quiſquam poteſt, quale futurum ſit id, quod poſitum eſt in alterius voluntate, ne dicam libidine*: non ſane mirandum eſt, ferocem populum, libertatiſque

* Dionyſ. Halicarn. *Lib.* 10. *cap.* 1. ubi de ſtatu juris civili ſub regibus: τὸ δικαιωθὲν ὑπ᾽ ἐκείνων τοῦτο νόμος ἦν: *jus ab illis conſtitutum pro lege erat*. Quoties ergo nova aliqua ac repentina inciderent: toties ipſi reges erant νόμος ἔμψυχος, *viva ac ſpirans lex*, uti loquitur Philo *de vita Moſis, Lib.* 2. *p.* 506.

* Hinc paſſim ſcriptores mentionem faciunt EDICTORUM REGIORUM ALBIque REGII veluti Livius *Lib.* 1. *cap.* 32. & 44. Dionyſ. Halicarnaſs. *Antiqu. Lib.* 3. *cap.* 50. *Lib.* 4. *cap.* 13. *Lib.* 5. *cap.* 1. MANUS ergo REGIA erat poteſtas regum edicendi, quæcumque e re publica videbantur, quæque legibus & moribus patriis nondum erant definita. Quo ſenſu *manus* accipi videtur a Tacito *in Agric. c.* 9.

que cupidum magis, quam patientem‡, Romulo ipſo paullo rigidius dominante, mox LEGES flagitaſſe *, & tales quidem, quas ipſe curiatis comitiis ſciviſſet.

§. 6. Immo hoc vel ideo ſuo quodam jure poſtulabant Romani, quod Romulus ipſe non merum principatum inſtituerat, ceu ex male intellecto loco Taciti *Annal. Lib.* 3. *cap.* 2. *&* *l.* 2. §. 1. *D. de orig. jur.* vulgo colligunt, ſed ſummum imperium ita communicaverat cum patribus & populo, ut REX ſenatui præeſſet, populum rogaret, bella adminiſtraret, & jus in urbe diceret: PATRES conſilia cum rege de re publica caperent, magiſtratuſque gererent: POPULUS denique in comitiis de legibus, de bello & pace, nec non de magiſtratibus creandis curiatim ferret ſuffragia. * Dionyſ. Halicarn. *Antiqu. Lib.* 2. *cap.* 14.

§. 7.

‡ Libertatis enim argumentum id eſt certiſſimum, *ſi leges imperent*. Ariſtot. *Polit.l.*3. *cap.* 16. Hinc veteres ſcriptores civitates *liberas* LEGUM; *regna* PRINCIPUM REGUMque eſſe dicebant, legibusque redditam eſſe cenſebant civitatem, quæ ſe in priſtinam libertatem adſeruiſſet. Teſtimonia plurima Lucani, Quinctiliani, Claudiani, aliorumque melioris ævi auctorum collegit Jo. Frid. Gronovius in *Statium Papin. Silv. Diatr.* 1. *Cap.* 2. *pag.* 11. *ſeq.* Addo ego, & Græcos ita loquutos, veluti Ariſtotelem, qui dum *Politic. Lib.* 3. *cap.* 11. ex inſtituto quærit, πότερον συμφέρει μᾶλλον, ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀνδρὸς ἄρχεσθαι, ἢ ὑπὸ τῶν ἀρίστων νόμων; *præſtetne a bono viro regi, an a bonis legibus?* manifeſto imperium boni viri pro principatu; imperium bonæ legis pro libertate accipit. Hinc ſemper, qui libertatis, iidem & ἰσονομίας adpetentiſſimi eſſe ſolent.

* Recte ergo L. Ampelius *Lib. memor. cap.* 50. tria eſſe obſervat rerum publicarum genera: eſſe tamen *&* *quartum genus, quod Romani commenti ſint, ut ex his tribus unum efficerent*. His non obloquitur Pomponius, dum omnia aliquamdiu a regibus *manu* gubernata eſſe, memoriæ prodit: ut adeo merito miremur, virum doctiſſimum Scipionem Gentilem *in Diſp. illuſtr. de jure publ. Rom. diſp.* 1. §. 2. *p.* 4. ſcribere non dubitaſſe: *quod Pomponius ſcri-*

*bit:*

§. 7. Hinc ipſe ROMULUS *leges quaſdam curiatas ad populum tulit. l. 2. §. 2. D. de orig. jur.* Quum enim ipſe populum univerſum primum in tres TRIBUS; *Tatienſem*, *Lucerem*, & *Ramnetem*, haſque deinde in triginta CURIAS deſcripſiſſet: Dionyſ. *Lib. 2. cap. 7.* Feſtus, *voce*, *Curiæ*; quoties ferendæ eſſent leges, populo indicebat comitia, peractiſque ſacris & addicentibus auſpiciis, eum rogabat verbis ſollemnibus: VELITIS JUBEATIS, *Romani*. ( QUIRITES enim multo poſt a Romulo, in cœlum, ut fingebant, rapto, cognominari cœperant. Flor. *Hiſtor. Lib. 1. cap. 1.* ) Quo facto curiæ ibant in ſuffragia, &, quod plures ſciverant, id pro lege erat, & legis curiatæ nomine veniebat. * Unde lucem capit definitio legis §. 4. *Inſt. de jure nat. gent. & civit.*

§. 8. Talium legum curiatarum a ROMULO perlatarum veſtigia paſſim exſtant, non quidem in vetere tabu-

*bit: initio civitatis noſtræ omnia manu a regibus gubernabantur, quod nihil aliud eſt, quam ſummum omnium rerum arbitrium ac judicium penes eos fuiſſe: id de regibus Romanis dici non poſſe, nec a Pomponio dictum, exiſtimamus.* Adeo totam illam legem Pomponio abjudicare mavult vir eximius, quam credere, *reges initio omnia manu gubernaſſe:* quod his verbis veram παμβασιλείαν deſcribi putaret.

* Videntur LEGES CURIATÆ tantum ad Servii Tullii regis tempora obtinuiſſe. Hic enim nova inventa populi partitione in claſſes, ut potentiorum atque opulentiorum ſuffragia plebis infimæ turbæque proletariæ conſiliis prævalerent, pleraque per comitia CENTURIATA explicavit. Acceſſerunt poſtea demum comitia TRIBUTA, in quibus plebiſcita potiſſimum fiebant tribuum ſuffragiis. Demum libera re publica tam raræ eſſe cœperunt LEGES CURIATÆ, ut eo nomine, mutata notione venirent decreta, quibus magiſtratibus majoribus imperium militare auſpicii cauſſa deferebant. Liv. *Lib. 5. cap. 46. & Lib. 9. cap. 38.* De qua *lege curiata* inter viros doctiſſimos, Car. Sigonium & Nic. Grucchium acrem interceſſiſſe diſputationem novimus. Scripta amoebea eo pertinentia *Theſauro Antiquitatum Romanarum Tomo 1. p. 531. ſeqq.* inſeruit Grævius.

tabula, quam Franc. Balduinus ſe a Jo. Barthol. Marliano accepiſſe, ſcribit *ad leges Romuli*, *pag.* 22. *Tom.* 1. *Juriſprud. Roman.* & *Attic.* (eam enim a recentiore manu eſſe, nemo negaverit: vid. Schubart. *de fatis juriſprud. Rom. Exerc.* 1. *pag.* 64.) ſed apud auctores veteres *, ex quibus eas collegerunt, cum alii, tum Ant. Auguſtinus, Juſtus Lipſius, Fulv. Urſinus, Franc. Balduinus, & his omnibus accuratior Paull. Merula *de legib. Rom. cap.* 2. *ſeqq.* ut adeo falſi ſint Juſtinianus *Novell.* 47. *præf.* & Gratianus *can.* 1. *diſtinct.* 7. qui a Romulo nihil omnino legum latum, exiſtimarunt.

§. 9. Sed & ſequentes reges leges quaſdam curiatas ad populum tuliſſe conſtat. Et NUMA quidem POMPILIUS eas potiſſimum, quæ ad ſacra pertinere viſa ſunt, adjecit, Tacit. *Annal. Lib.* 3. *cap.* 26. quas ipſe in octo partibus pro totidem claſſibus deſcripſit *. Dionyſ.

* Tales leges ad jus privatum & animadverſionem in facinoroſos homines pertinentes, apud Dionyſ. Halicar. *Lib.* 2. *cap.* 26. ſunt ſequentes: *mulier, quæ ſecundum ſacras leges convenit in manum, particeps bonorum ſacrorumque mariti eſto. Patri in liberos jus vitæ & necis, illoſque ter venumdandi jus eſto. Tertium venumdati & manumiſſi e patria poteſtate exeunto. Sordidas ſellulariaſque artes cives ne faciunto, ſed ſtudiis militaribus reique ruſticæ vacanto. Temetum mulier ne bibito.* Ex aliis ſcriptoribus hæ colliguntur: SEI PATRONOS CLIENTEI FRAUDEM FAXIT, SACER ESTOD. Serv. *ad Virgil. Æneid. Lib.* 6. *v.* 622. *Quod natum erit, parentes tollunto. Monſtroſos partus ſine fraude exponere jus eſto. Mœnia ſancta ſunto.* Plutarch. *in Romulo pag.* 30. Eſt quoque fragmentum legis Romuli de nuruum in ſoceros ſævitia apud Feſtum *in voce*, *Plorare:* cui occaſionem dediſſe mulierum Sabinarum a Romanis raptarum ferociam, ſuſpicatur Merula *de Legib. Rom. cap.* 2. §. 4. Reliqua Romuli inſtituta ad ſacra & rem publicam, atque adeo ad jus publicum, pertinent.

* Sacris iſtis inſtitutis, quibus ſimulato nocturno cum Egeria nympha congreſſu auctoritatem conciliabat, Liv. *Lib.* 1. *cap.* 19. Dionyſ. *Lib.* 2. *cap.* 61. 62. callide utebatur Nu-

nyſ. Halicarn. *Antiqu. Lib.* 2. *cap.* 65. De TULLI HOSTILII legiſlatione teſtem habemus eumdem Dionyſium *ibid. cap.* 23. qui & *Lib.* 3. *cap.* 28. laudat legem de tergeminis ex publico alendis, ad ſuam uſque ætatem obſervatam. Reperta etiam quædam ab ANCO MARCIO, Tacit. *Annal. Lib.* 3. *cap.* 26. qui tamen Numæ præcipue, avi, inſtituta in uſum revocaſſe fertur: Liv. *Hiſt. Lib.* 1. *cap.* 32.

§. 10. TARQUINII PRISCI lex, quæ quidem ad

jus

Numa, ad acriora vincula legibus civilibus injicienda. Sic ut vites diligentius putarent cives, ſanxerat: *ne quis diis ex vite imputata libaret*. Plin. *Hiſt. nat. Lib.* 14. *cap.* 12. & *Lib.* 18. *cap.* 12. Ne inſanos ſumtus ſepeliendis cadaveribus cœnisque impenderent: inſtituerat, *ne quis vino rogum reſpergeret*: Plin. *ibid. Lib.* 14. *cap.* 12. neve piſces, niſi ſquamoſos, ad polluctum emeret. Plin. *ibid.* & *Lib.* 32. *cap.* 11. Ne termini nefarie moverentur: neve pellicatus gliſceret in civitate; vel fidem quisquam impune fallere auderet: callide præceperat, *ut Terminus Deus eſſet, & ſi quis terminum exaraſſet, ipſe cum bobus Divis ſacer eſſet*: Dionyſ. Halicarn. *Lib.* 2. *cap.* 76. Feſtus *in voce: Termino. Ne pellex aram Junonis tangeret: ſi tetigiſſet, crinibus demiſſis agnum feminam cæderet*. Feſt. *in voce Pellices*. Denique, *ut Fidei numen omnes metuerent*. Dionyſ. *ibid. cap.* 72. Proprie ad leges civiles Numæ pertinent ſequentes: *Si quis liberum hominem dolo malo occiderit, arricida eſto: ſin imprudens n in concione pro capite occiſi & natis ejus arietem offerto*. Feſtus, *in voce Parricida*. *Si filiusfamiliæ, volente patre, uxorem duxerit, patri ejus venumdandi poteſtas ne eſto*. *Vidua intra decem menſes luctus ne nubito*. Plutarc. *in Numa*, *p.* 71. Addimus legem regiam, cujus mentio fit *l.* 2. *D. de mort. infer. ne mulier, quæ prægnans mortua fuerat, niſi exciſo partu humetur*. Ejus enim auctorem eſſe NUMAM, ex ipſa illius indole colligit Ant. Auguſtin *de Legib. & ſenatusconſult. pag.* 130. Sunt, qui Moſis leges, ſunt qui Pythagoræ inſtituta Numæ ob oculos fuiſſe contendunt. Clem. Alex. *Stromat. Lib.* 1. *pag.* 304. Euſeb. *Præparat. Evang. Lib.* 9. *cap.* 6. *pag.* 410. Sed, uti prius vix probabile: ita poſterius manifeſto falſum, & ob rationes chronologicas abſurdum eſt. Liv. *Hiſtor. Lib.* 1. *cap.* 18. Dionyſ. *Lib.* 2. *c.* 60.

jus privatum pertineat, a veteribus nulla deſcribitur: at tanto plures laudantur SERVII TULLII, non curiatæ tamen, ſed centuriatis, uti videtur, comitiis perlatæ *. Quas deinde omnes uno edicto ſuſtulit, ſuo omnia arbitrio, tamquam tyrannus, acturus TARQUINIUS SUPERBUS. Dionyſ. Halic. *Antiqu. Lib.* 5. *cap.* 2.

§. 11. Sed non diu tyrannidem tulit ferociſſimus populus. Mox enim regnari Romæ deſiit, poſtquam TARQUINIUS SUPERBUS ex magno imperio non niſi maximam retinens licentiam, everſis legibus, oppreſſoque populo, civium ſuorum incurrit odia, regno ipſaque civitate pulſus anno V. C. 244. Flor. *Lib.* 1. *cap.* 1.

§. 12. Ex his omnibus intelligitur, leges Regum Romanorum fuiſſe paucas, eaſque, ſive verba, ſive rem ipſam conſideres, priſcam ſimplicitatem ubique redoluiſſe, fini tamen reipublicæ, qui in potentia bellica conſiſtebat *, ſi pauciſſima Numæ inſtituta exceperis,

tam

* SERVIUS TULLIUS non modo Romuli & Numæ leges revocavit in uſum: Dionyſ. *Lib.* 4. *cap.* 13. ſed & plures novas ſanxit, veluti de judiciis, Dionyſ. *ibid. cap.* 29. de libertinis civitate donandis, *ibid. cap.* 26. 27. 28. Cicero *pro Cornelio Balbo cap.* 24. de civibus ob æs alienum in vincula non ducendis: Dionyſ. *Lib.* 4. *cap.* 12. de filio patrem verberante, Feſtus, *in voce Plorare*. Denique de contractibus & injuriis privatis Dionyſ. *Lib.* 4. *cap.* 17. Unde Tacitus *Annal. Lib.* 3. *cap.* 26. *Præcipuus*, inquit, *Servius Tullius ſanctor legum fuit, queis etiam Reges obtemperarent*. Nam cum in toto imperio ſuo, tum in ferendis legibus tam popularis erat, ut non modo de patrum, ſed & regia poteſtate dimidium detraxiſſe videretur. Dionyſ. *ibid. cap.* 29.

* Fuit nova res publica ex earum numero; quarum finis eſt, ὅτι πάντα πρὸς τὸ κρατεῖν καὶ πρὸς πόλεμον νομοθετοῦντες, *ut cuncta ad potentiam bellumque gerendum inſtruantur*. Ariſtot. *Polit. Lib.* 7. *cap.* 14. Nimirum quum nec ager Romanus admodum amplus, nec artificum in promiſcua turba magna multitudo, nec commodus ad com-

mer-

tam callide attemperatas, ut Romulum ipſis Græcorum legislatoribus anteferre non dubitet Dionyſ. Halicarn. *Lib.* 2. *cap.* 23. *ſeqq.*

## CAPUT II.

### DE STATU JURIS ROM. AB EXACTIS REGIBUS AD LATAS LEGES XII. TAB.

§. 13. *Exactis regibus bini creati conſules.* §. 14. *Qualis tum juris Romani facies?* §. 15. *Leges regiæ adhuc pro moribus valebant.* §. 16. *Hinc jus Papirianum.* §. 17. *Cujus interpres Granius Flaccus.* §. 18. *Quæ deerant, edictis ſupplebant conſules.* §. 19. *Tribunorum plebis origo & poteſtas.* §. 20. *Plebiſcita ab iis rogata.* §. 21. *Lex Ateria Tarpeja.* §. 22. *Lex Terentilla de legibus ſcribendis.* §. 23. *SC. de legatis in Græciam mittendis plebiſcito firmatum.* §. 24. *Hi in Græciam miſſi leges deſcripſerunt.* §. 25. *Ex quibus potiſſimum compilatæ leges* 12. *tabularum.* §. 26. *Quarum decem initio propoſitæ.* §. 27. *Poſtea, additis duabus reliquis, imperium abrogatum decemviris.* §. 28. *In iis tamen & leges regiæ moreſque patrii.*

§. 29.

mercia inſtituenda portus eſſet: non poterat non intelligere Romulus, neque agriculturam, neque opes per opificia vel commercia adquirendas finem eſſe poſſe novæ rei publicæ, ac proinde ipſe auctor erat civibus ſuis, ut omnia ab bellicam potentiam referrent, commendabatque iis ἐν μὲν τοῖς ὀθνείοις πολέμοις τὸ διὰ τῶν ὅπλων κράτος, ἐν δὲ ταῖς ἐμφυλίοις ταραχαῖς τὴν ὁμοφροσύνην, καὶ σώφρονα, καὶ δίκαιον ἑκάστου βίον, *in externis bellis armorum potentiam, in civilibus vero tumultibus concordiam, temperantiamque, & juſtitiam.* Dionyſ. Halic. *Lib.* 2. *cap.* 7. Et ad hunc finem pleræque leges regiæ comparatæ fuerunt. Pleræque, inquam. Numam enim id in primis egiſſe, ut ferocem populum ad pacis ſtudia paullatim inflecteret, jam ſupra diximus. Flor. *Hiſtor. Lib.* 1. *cap.* 2. & 8.

§. 29. *Leges 12. tabb. conſtante uſu viguerunt*. §. 30. *An illis derogatum per legem Æbutiam?* §. 31. *Commentarii in legem 12. tabularum ſcripti*. §. 32. *Earum interitus*. §. 33. *Et reſtitutio*. §. 34. *De quibus rebus ſingulis tabulis actum ſit?* §. 35. *Earum utilitas*.

§. 13. Regibus *lege tribunicia*, id eſt, a *Junio Bruto*, tum tribuno celerum, lata, exactis, bini conſules rei publicæ eorum loco præeſſe cœperunt, eadem auctoritate poteſtateque, ac olim reges, ut, ſi a vocabulo, numero, ac diuturnitate dignitatis diſceſſeris, nihil omnino de regio imperio deminutum videretur *. Liv. *Lib.* 2. *cap.* 1. Unde & *regiæ majeſtatis imperium* conſulatus vocatur a Livio *Lib.* 4. *cap.* 2. Nimirum *ex perpetuo annuum placebat, ex ſingulari duplex imperium, ne poteſtas vel mora, vel ſolitudine, corrumperetur*: CONSULES*que adpellati pro* re-



* Vere ergo manebat forma rei publicæ priſtina, ut nomen magis, quam poteſtas regum abolita videretur. Vere regia poteſtas erat penes conſules. Patribus quoque ſalva erant, quæ antea habuerant, jura: nec populo jus de legibus, honoribus, bello ac pace ſtatuendi adimebatur. Attamen quum conſules tantum patricii generis initio eligerentur, nec plebi adhuc via pateret in ſenatum: id præcipue agebant patres, ut, oppreſſa plebe, res publica paullatim ariſtocratiæ ſchema indueret. Sane id conſilium non celavit, ſed ingenuo profeſſus eſt Appius Claudius, dum objurgatus a Valerio ob calida illa plebem opprimendi conſilia, his ſe verbis defendit: Ἃ δὲ εἰς χαλεπότητα, καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων προστασίαν ὠνείδισέ μοι, μισόδημόν τε καὶ ὀλιγαρχικὸν ἀποκαλῶν, ὅτι ΤΗΣ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΙΑΣ περιέχομαι, κοινὰ πάντων ὑμῶν ἐστι κατηγορήματα: *Quod autem me difficilem adpellavit, & malorum hominum anteſignanum, inſenſumque plebi, & paucorum potentiæ ſtudioſum, quod* ARISTOCRATIAM *tuear: communia mihi vobiſcum ſunt crimina*. Dionyſ. Halicarn. *Lib.* 6. *cap.* 62.

*regibus, ut, conſulere ſe civibus ſuis debere meminiſſent*. Flor. *Hiſtor. Lib.* 1. *cap.* 9.

§. 14. Jam quæ ab eo tempore fuerit juris Romani facies, paucis ita deſcribit Pomponius: *exactis deinde regibus lege tribunicia, omnes leges hæ exoleverunt, iterumque cœpit populus Romanus incerto magis jure & conſuetudine ali, quam per latam legem: idque prope Viginti* * *annis paſſus eſt. l.* 2. §. 3. *D. de orig. jur.*

§. 15. Enimvero id denuo non ita accipiendum eſt, ac ſi interjecto tempore exleges vixerint Romani. Potius quum *jus incertum legi latæ* opponat Pomponius (§. 2.) ſenſus eſt, leges regias non amplius, tamquam jus ſcriptum, ſed, tamquam mores majorum & conſuetudines patrias, viguiſſe. Tantum enim abeſt, ut leges, olim a regibus latæ, vel populi ſcito abrogatæ ſint, vel non uſu exoleverint, (quod jam refellit Rupertus *ad Enchir. Pompon. Lib.* 1. *cap.* 4. *pag. pag.* 61. *edit. nov.*) ut permultas a primis coſſ. confirmatas eſſe, quaſdam & in ipſas 12. tabulas migraſſe ſatis conſtet *.

§. 16.

* Non congruit annorum numerus, ſi legas VIGINTI. Nam ab exactis regibus ad conditas 12. tabulas non viginti, ſed ſexaginta fere anni elapſi ſunt: ut probabile ſit, primam ſyllabam 6. majuſculis litteris expreſſam ſignum numeri ſenarii fuiſſe, adeoque legendum eſſe SEXAGINTA. Bynkershoekii *Prætermiſſ. ad l.* 2. *D. de orig. jur. pag.* 237. *edit. nov.*

* Dionyſ. Halic. *Lib.* 5. *c.* 2. Τὲ περὶ τῶν συμβολαίων τὲς ὑπὸ Τυλλίε γραφέντας, φιλανθρώπες καὶ δημοτικὲς ἅναι δοκȣ̃ντας, ὃς ἅπαντας κατέλυσε Ταρκυίνι☉, ἀνενεώσαντο: *Leges Tullii, de contractibus, humanas admodum & populares, quas in univerſum Tarquinius ſuſtulerat, revocarunt in uſum*. Et paucis interjectis: Καὶ τἆλλα πράττειν, ὅσα κατὰ τὲς προτέρȣς ἐθισμοὺς ἔπραττον, ἀπέδοσαν: *ceteraque omnia ſecundum priſcas conſuetudines facere permiſerunt*. Non ergo valebant amplius leges regiæ, tamquam jus ſcriptum, niſi quatenus de novo legibus ſacra-

§. 16. Et quis, quæſo, dubitet, quin poſt Tarquinii etiam exſilium legum regiarum uſus haud exiguus fuerit, quum iiſdem temporibus eas ſingulari opere collegerit C. PAPIRIUS *? Sane ſi nullus plane earum legum ſuperfuiſſet uſus, eas colligendo maximas nugas egiſſet Papirius. Jus iſtud PAPIRIANUM, quod SEXTO potiſſimum *libro* leges *civiles*, reliquis *ſacras* comprehendiſſe videtur, *l.* 2. §. 2. *D. de orig. jur.* luculento commentario illuſtraverat GRANIUS FLACCUS, *l.* 144. *D. de verb. ſignif.*

§. 17. GRANIUS ille FLACCUS, de cujus gente & liberis quædam non vulgaria obſervavit Ludov. Carrio *Emendat. Lib.* 1. *cap.* 4. Julio Cæſari fuit σύγχρονος, ceu ex Cenſorino *de die nat. cap.* 3. obſervavit Dukerus *de Latinit. vet. JCtor. pag.* 156. Laudat enim ibi Cenſorinus *Granii Flacci librum, quem ad Cæſarem de indigitamentis ſcriptum reliquit.* Idem ergo videtur, cujus exſtitit in jus Papirianum commentarius, qui tamen jam pridem haud levi juris prudentiæ incommodo periit *.

D 2 §. 18.

cratis eſſent firmatæ. Et hinc *jus patriæ poteſtatis*, quod ex ipſis Romuli legibus eſſe, obſervavimus, (§. 8.) MORIBUS *eſſe receptum*, teſtatur Ulpianus *l.* 8. *D. de his, qui ſui vel al. jur.*

* Hujus CAII PAPIRII meminit Dionyſ. Halicarn. *Antiqu. Lib.* 3. *cap.* 50. additque, eum Numæ leges poſt Ancum regem in uſum revocaſſe, tanquam pontificem maximum. Non ergo SEXTI prænomen habuit ille juris Papiriani auctor, ſed *ſexto libro* comprehendit leges civiles, idque vel inde probatur, quod Cujacius ſe in Codice MSC. legiſſe teſtatur *in libro* 6. *Papirii:* ut facile nota numeri ſenarii in prænomen mutari potuerit. Non magis verum eſt PUBLII prænomen, quod occurrit in eadem *l.* 2. §. 36. *D. eod.* adeoque & ibi erravit Pomponius, niſi legere malis: *in primis peritus publici juris Papirius.*

* Exſtat fragmentum bene longum, quod ex ipſo jure Papiriano citat Macrobius *Saturnal. Lib.* 3. *cap.* 11. ex Granii vero Flacci potius commentario eſſe obſervavit Weſſelingius *Obſerv. Lib.* 1. *cap.* 4. Im-

§. 18. Pauciores tamen ſuperfuiſſe leges regias, quam quæ novæ rei publicæ formæ ſufficerent, facile eſt ad intelligendum, idque ipſe obſervavit Dionyſius Halicarn. *Antiqu. Lib.* 10. *cap.* 1. dum ſcripſir: Τούτων δὲ τὰ μὲν πολλὰ τοῖς ἐπιτρόποις τῶν ἀρχόντων ἀεὶ ἐϛὶν δὴν ἐπιδεικνυμένων ἀκόλουθα ἦν εἶναι τὰς ἀρχάς κομιδῇ δὲ ὀλίγα τινά ἐν ἱεραῖς ἦν βίβλοις ἀποκείμενα, ἃ νόμων εἶχε δύναμιν: *Id jus maxima ex parte conſtabat virorum poteſtate præditorum præjudiciis, &* PERPAUCA *in ſacris libris habebantur, quæ legum vim obtinebant.* Hinc quemadmodum initio reges pleraque, de quibus leges ſcriptæ non exſtabant, MANU, (§. 3.) id eſt, propoſitis edictis, (§. 4.) GUBERNABANT: ita conſules, non minore, quam reges, auctoritate præditi, (§. 13.) edictis tum pleraque moderabantur *.

§. 19. At his conſulatus luminibus non parum offecit nova poteſtas TRIBUNORUM PLEBIS, anno ab exactis regibus decimo ſexto creatorum a plebe, per truculentiam patriciorum ad ſeditionem conſternata, quum, facta in montem ſacrum ſeceſſione, patribus

& id

Immo ex eodem probabile eſt, Servium & Feſtum depromſiſſe fragmenta legum regiarum, quæ ſupra (§. 8. * & 9. *) attulimus. Nam ne illa quidem ſtilum redolere temporis, quo Romæ regnatum eſt, notavit Jo. Nic. Funccius *de puerit. Lat. linguæ, cap.* 3. §. 5. *pag.* 224.

* Rem luculenter eodem loco probat Dionyſius ubi diſerte ait: Ὡς δὲ ἐπαύσαντο μοναρχήμενοι τοῖς κατ᾽ ἐνιαυτὸν ὑπατεύουσιν ἀνέκειτο τά τε ἄλλα, τῶν βασιλέων ἔργα, καὶ ἡ τοῦ δικαίου διάγνωσις, καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ὁτουδήποτε ἐκεῖνοι τὰ δίκαια οἱ διαιροῦντες ἦσαν: *imperio regio ceſſante, eoque ad annuos magiſtratus tranſlato, inter cetera officia juris quoque cognitio ad eos tranſlata eſt, atque illi, lite quacumque de cauſſa inter aliquos orta, jura reddebant.* Poſtea obſervat ea, quæ conſtituiſſent, poſtea, tamquam tranſlatitia ſervata eſſe a ſucceſſoribus: ut ne dubitari quidem poſſe videatur, quin de edictis conſularibus loquatur Dionyſius.

& id novum libertatis præſidium, & *leges ſacras* * extorſiſſet. Livius, *Lib.* 2. *cap.* 32. Valer. Max. *Lib.* 8. *cap.* 9. *ex.* 7. Flor. *Hiſtor. Lib.* 1. *cap.* 23. His enim creatis, initio numero quinque, poſtea decem, Liv. *Lib.* 3. *cap.* 30. patres non modo ſua de conſtituenda ariſtocratia conſilia valde turbata, ſed & legislatoriæ poteſtatis partem non minimam in plebem translatam eſſe non ſine indignatione animadverterunt.

§. 20. Ex eo tempore frequentiſſimi ac pæne quotidiani eſſe cœperunt furores tribunicii, non modo adverſus impotentem patrum dominationem, ſed & ad evertendam ariſtocratiam, quam ſenatus adfectabat. Quin novas jam rogationes quotannis ferebant ad plebem, quas hæc, tanquam ad minuendam patrum auctoritatem comparatas, tributim facile ratas habebat, niſi unus vel alter tribunorum plebis reliquis collegis intercederet. Liv. *Lib.* 4. *cap.* 49. *Lib.* 6. *cap.* 35. Dionyſ. Halic. *Antiqu. Lib.* 10. *cap.* 37. Quæcumque vero plebs, plebejo illo rogante magiſtratu, conſtituerat, PLEBISCITA vocabantur. §. 4. *Inſt. de jure nat. gent. & civil.* quemadmodum leges proprie dictas, id eſt, a toto populo latas POPULISCITA eleganter vocat Cornelius Nepos *Alcibiad. cap.* 5.

§. 21. Quo frequentius itaque plebiſcita condebantur, eo rariores erant LEGES, ut poſt illas a Junio Bruto, primo Conſule, latas, & aliquot Valerias & Pu-



* *Sacratæ* dicebantur hæ leges, quia iis erat ſancitum, ut ſi quis adverſus illas feciſſe diceretur, alicui deorum cum familia pecuniaque ſua SACER eſſet. Feſtus, *in voce: Sacrata*. Hinc alibi, ubi de *ſacro homine* differit, adducit veterem formulam: SI QUIS EUM, QUI EO PLEBISCITO SACER SIT, OCCIDERIT, PARRICIDA NE SIT. De legibus ſacratis tum latis adcurate egit Car. Sigon. *de jure civ. Rom. Lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 26. de aliis tali ſanctione pœnali munitis Radulph. Forner. *Rer. quotidian. Lib.* 6. *cap.* 15. *pag.* 295. *ſeqq.* *Theſaur. jur. civ. Tom.* 2. Non enim hæ tantum, ſed omnes ſimili ſanctione munitæ, leges SACRATÆ vocantur. Perizon. *Animadv. hiſtor. pag.* 418. *ſequ.*

Publilias non alia fere memoretur, quam ATERIA TARPEJA, anno V. C. 300. comitiis centuriatis perlata, qua cautum, ut liceret omnibus magiſtratibus, τοὺς ἀκοσμοῦντας ἢ παρανομοῦντας εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐξουσίαν ζημιοῦν. τὸ μέντοι τίμημα οὐκ ἐπὶ αὐτοῖς ζημιοῦσιν, ὁπόσον εἶναι δοκεῖ, κατέλιπον, ἀλλ᾽ αὐτοὶ τὴν ἀξίαν ὥρισαν, μέγιστον ἀποδείξαντες ὅρον ζημίας δύο βόας καὶ τριάκοντα πρόβατα: *ſuæ poteſtatis læſæ reos mulctare: mulctæ tamen modus non mulctantium arbitrio relictus eſſet, ſed ab ipſis præfinitus, ne ſcilicet mulcta, quantumvis grandis, duos boves & triginta oves excederet* *. Dionyſ. Halic. *Lib.* 10. *cap.* 57.

§. 22.

* Ita hanc legem deſcribit Dionyſius: at plura tamen de illa notanda ſunt ex aliis auctoribus. Nam primo ſatis Probabile eſt, pro δύο βόας καὶ τριάκοντα πρόβατα inverſo ordine legendum eſſe δύο πρόβατα καὶ τριάκοντα βόας. Quum enim minor ovium, quam boum proventus eſſet: Feſtus *in voce: Peculatus:* diſerte ſcribit: *ante æs aut argentum ſignatum, ob delicta pœna graviſſima erat* DUARUM OVIUM & TRIGINTA BOUM. Deinde, quum hæc pœna ante æs ſignatum exigi conſueverit, æs autem Romæ primum ſignaverit Servius Tullius rex: Plin. *Hiſt. nat. Lib.* 18. *cap.* 2. *Lib.* 33. *cap.* 3. unuſquiſque videt, hunc mulctæ modum non primum hac lege, ſed jam inde ab antiquiſſimis temporibus fuiſſe definitum. Hinc vir doctiſſimus, Jo. Koolius, Ultrajectinus, libello ſingulari *ad legem Ateriam Tarpejam*, *cap.* 2. *pag.* 1507. *Theſaur. jur. civ. Tom.* 5. obſervat, duo potiſſimum hac lege ſancita fuiſſe, primum ut omnibus magiſtratibus fas eſſet mulctare eos, qui ſibi non obtemperent: quum antea id jus ſoli conſules habuiſſent; Dionyſ. Halic. *Lib.* 10. *cap.* 57. alterum, ut numerum ovium boumque certa pecunia, & quidem ovem æris denis, bovem centenis redimere liceret. Gell. *Noct. Att. Lib.* 11. *cap.* 1. Feſtus *in voc. Æſtimata*, *Ovibus*, *Mulcta*. An vero & modus hic ea lege primum definitus ſit, ut mulcta duas oves & triginta boves non excederet. merito dubitat ob locum Feſti *in voce: Peculatus*, ex quo hunc pœnarum modum jam ante æs ſignatum obtinuiſſe vidimus. Ceterum ex hac lege nata poſtea eſſe videntur edicta pretoris: SI QUIS JUS

DI-

§. 22. Plebiscita vero, quæ ex eo tempore multo frequentius condebantur, pleraque magis ad jus publicum, quam ad privatum, pertinebant. Quum vero conſules tantum non regiam majeſtatem adfectarent; tribuni plebis eamdem perpetuis concionibus impugnarent; adeoque neutra pars alteri poteſtatem ferendi leges concederet: miſera fuit juris conditio tantiſper, dum ferociſſimus tribunorum anno V. C. 293. ad plebem ferret, *ut quinque viri crearentur legibus de imperio conſulari ſcribendis. Quod populus in ſe jus dederit, eo conſulem uſurum*. Liv. *Lib.* 3. *cap.* 9. Quin & *ut juri de omnibus negotiis, publicis æque, ac privatis, ſcribendo decemviri crearentur*. Dionyſ. Halic. *Antiqu. Lib.* 10. *cap.* 3.

§. 23. Magna hæc ac diuturna ſeditionum materia, nec patribus plebi, nec hac illis quidquam concedere volentibus. Denique anno V. C. 300. auctore T. Romilio in legis Terentillæ ſententiam factum eſt SC. ut legati mitterentur in Græciam, qui deſcriberent Græcarum civitatum leges, ex quibus deinde decemviri legibus ferundis, extra ordinem creandi, corpus aliquod Romanarum legum conficerent. Quod SC. deinde, rogante Sicinio, tribuno plebis, plebiſcito firmatum eſt, Dionyſ. Halicarn. *Antiqu. Lib.* 10. *cap.* 57. *ſeqq.*

§. 24. Miſſi itaque eodem anno in Græciam legati, non decem, uti apud Pomponium in *l.* 2. §. 4. *D. de orig. jur.* eſt, cujus textum tamen levi verborum trajectione emendat Bynkersh. *in Prætermiſſ. pag.* 238. *edit. nov.* ſed tres, sp. albus, a. manlius vulso, & spr. sulpicius camerinus, qui inſequente anno ma-



dicenti non obtemperaverit, *l.* 1. *D. ſi quis jus dic. non obtemper.* itemque: si quis in jus vocatus non ierit, quum eum ire oporteret, ut is in mulctam pro jurisdictione magistratus condemnetur. *l.* 2. *pr.* & §. 1. *D. ſi quis in jus voc. non ierit.*

magnam inde retulerunt peregrinarum legum farraginem, quæ poſtea præcipuus fuit fundus legum XII. tabularum *. Dionyſ. Halic. *Antiqu. Lib.* 10, *cap.* 60. Liv. *Lib.* 3. *cap.* 31.

§. 25. Legatis cum illa legum farragine Romam reverſis, creati ſunt DECEMVIRI legibus ferendis, quorum veluti anteſignanum APPIUM CLAUDIUM fuiſſe conſtat. Et hi quidem ſummum, quod acceperant, imperium initio tanta moderatione animi adminiſtrabant, ut pæne populares viderentur, ſimul per ocium componebant 10. tabulas, interprete uſi HERMODORO, viro prudente, Epheſo tum exſule, ſtatuamque ob navatam illam Decemviris operam merito, teſte Plinio *Hiſt. nat. l.* 34. *c.* 5. *

§. 26.

* A quibuſnam vero civitatibus petierunt leges? ATHENAS exprimit Livius *Lib.* 3. *cap.* 31. attamen *& alias Græciæ civitates* addit. Contra *accita eſſe, quæ uſquam egregia*, obſervat Tacitus *Annal. Lib.* 3. *cap.* 27. quod ad *Græcas urbes, quæ erant in Italia*, id eſt, ad Magnæ Græciæ civitates reſtringere videtur Dionyſ. Halicarn. *Lib.* 10. *cap.* 58. *&* 61. De Lacedæmone adhuc ſub judice lis eſt, unde leges quaſdam petitas eſſe adfirmant Plin. *Epiſt. Lib.* 8. *epiſt.* 24. Athen. *Deipnoſoph. Lib.* 6. *cap.* 21. & Ammian. Marcell. *Lib.* 16. *cap.* 5. negant contra Auguſtinus *de civit. Dei Lib.* 2. *cap.* 16. Galvan. *de uſufr. cap.* 6. *num.* 5. quorum ſententia vel ideo veroſimilior eſt, quod Spartæ deſcribi nihil legum potuit, quum Lycurgi ῥῆτραι litteris mandatæ non eſſent, ceu obſervant Plutarch. *in Lycurgo, pag.* 47. & Schol. Græc. *in Lucian. Tomo* 1. *pag.* 26. Add. Ev. Otton. *præf. Tomi III. Theſauri jur. civ. cap.* 3. *pag.* 7. *ſeqq.*

* HERMODORUM illum Epheſium urbe ſua expulerant cives per oſtraciſmum, non crimine ullo exſilium iſtud meritum, ſed virtute, qua ceterorum civium ſuorum luminibus officere videbatur. Quod conſilium adeo damnavit Heraclitus, philoſophus, ut diceret, ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι, καὶ τοῖς ἀνήβοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, ὅς τινες Ἑρμόδωρον ἑωυτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον, λέγοντες μηδὲ

εἷς

§. 26. Priores has tabulas anno V. C. 303. promulgatas prius populo, & centuriarum ſuffragiis, more majorum probatas, tabulis, ſive *eboreis*, *l.* 2. §. 4. *D. de orig. jur.* ſive *roboreis*, & paucis annis poſt *æneis* in-

εἷς ὀνήϊστος ἔστω εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλη τε καὶ μετ' ἄλλων: *merentur Epheſii omnes adulti mori, impuberibuſque urbem derelinquere, quoniam Hermodorum, ſuum benefactorem, expulerunt, dicentes: noſtrum nemo meritis excellat, quoniam ſi quis erit talis, alibi degat, & cum aliis*. Diogen. Laert. *Vit. philoſ. Lib.* 9. *ſegm.* 2. Cic. *Tuſcul. quæſt. Lib.* 5. *cap.* 36. Exſtat præterea *epiſtola*, quæ inter Heraclitea tertia eſt, in qua per ſomnium ſe vidiſſe ait, ad Hermodori leges univerſi orbis diademata accedere, & ex Perſarum more, ἐγκλείοντας τὸ στόμα προσκυνεῖν αὐτὰς, *ore obvoluto eas adorare*. Immo addidit, Sibyllam cum alias plurima, tum id quoque vaticinatam eſſe:

Ἐξ Ἰάδος γαίης ἥξειν
σοφὸν Ἰταλίησιν
*Venturum Jonia ſapientem ex urbe Latinis*.

Vid. Stanleii *Hiſtor. philoſ. Parte* 18. *cap.* 3. *pag.* 832. Sed fungus ſit, qui fucum non videat. Non ſane ipſe has leges ſcripſit Hermodorus, quod Strabo *lib.* 14. *pag.* 951. *edit. nov.* velle videtur, ſed, ut Pomponius *l.* 2. §. 4. *D. de orig. jur.* ſcribit, *auctor decemviris fuit ferendarum legum*, id eſt, ut ego interpretor, conſilio illos juvit, & obſcuriora interpretatus eſt. Quamobrem illum *decemvirorum interpretem* vocat Plinius *Hiſt. nat. lib.* 34. *cap.* 5. Et quis, quæſo, dubitet, quin illis opus fuerit interprete, nulla Græcæ ſapientiæ cognitione imbutis? Falluntur etiam, qui & Juſtinianum verbis *l.* 2. §. 29. *C. de vet. jur. enucl. haſce itaque leges &* ADORATE, *& obſervate*, ad illud Heracliti ſomnium adludere, & pontificem *cap.* 5. 10. *de præſcript.* Hermodoro *Epheſini legislatoris* elogium tribuere contendunt. Maran. *de æquit. pag.* 15. *Tom.* 1. *Opp. edit. nov. Epheſinus* enim *legislator* ſibi eſt Theodoſius imp. qui concilium Epheſinum indixit, Ciron. *Obſervat. lib.* 1. *cap.* 15. Ever. Otto *præfat. Tom.* 3. *Theſ. jur. civ. cap.* 1. *pag.* 4. quemque præſcriptionis tricennalis auctorem eſſe, præclare docuit Gonzal. Tellez *Tomo* 2. *Parte* 2. *pag.* 678. ut mirum ſit, virum doctiſſimum poſtea cum Jo. Savarone *ad Sidon. Epiſt. lib.* 8. *epiſt.* 6. pro *Epheſinus* reſcribi jubere *Eugenius legislator*.

inciderunt, Liv. *l.* 3. *c.* 7. & pro ROSTRIS, id eſt, eo loco, cui poſtea, circumactis plus quam centum annis navium Antiatium roſtra ſuffixa nomen fecerunt, Plin. *Hiſt. nat. l.* 16. *c.* 4. Liv. *l.* 8. *c.* 14. Flor. *l.* 1. *c.* 11.) publice poſuerunt, Liv. *l.* 3. *c.* 34. & 57. Dionyſ. Halic. *l.* 10. *c.* 66. *l.* 2. §. 4. *D. de orig. jur.* ſparſo ſimul rumore, duas adhuc tabulas illi corpori ad perfectionem deeſſe. Liv. 3. *c.* 34.

§. 27. Quum vero deinde in tyrannidem abiret illud decemvirale imperium, ac proinde populus magno duarum reliquarum tabularum deſiderio teneretur: Appii Claudii libidine & iniquitate * factum eſt, ut inſequente anno 304. magiſtratu ſe abdicare cogerentur decemviri, publicatis tamen prius duabus, quæ deeſſe dicebantur, tabulis. Dionyſ. Halicarn. *l.* 10. *cap.* 69. Liv. *l.* 3. *c.* 37. Itaque tota illa legislatio 12. conſtitit tabulis, *fonte univerſi publici privatique juris*, Liv. *l.* 3. *c.* 34.

§. 28. Neque tamen ex ſolis peregrinis legibus novum iſtud legum Romanarum corpus confectum eſt *, ſed & ex legibus patriis plura in illud migrarunt, ceu jam

* Nihil majorem decemviris invidiam concitavit, quam Appii iniquitas, qui alienato in libidinem animo, ut Virginia puella quantocyus potiretur, contra ſuam ipſe legem vindicias ſecundum ſervitutem decernere non dubitaverat. Inde enim maxima ſeditio, inde cædes Virginiæ vel potius parricidium, inde motus caſtrenſis, denique Appii carcer, omniaque ad plebis voluntatem inſtituta, quæ fuſius exſequitur Liv. *l.* 3. *c.* 43. *ſeq.*

* Non levem quorumdam reprehenſionem incurrunt Romani; quod peregrinas leges adſciverint, quum non omnes leges omni quadrare rei publicæ ex civilis prudentiæ principiis notiſſimum ſit. At *primo* non omnes illæ leges peregrinæ fuerunt: ſed pleriſque jam pridem ſua Romæ conſtitit auctoritas. *Deinde* non ſine delectu ex illa Græcarum legum farragine corpus quoddam informe & ſibi diſſimile, compoſuerunt decemviri, ſed, prudente

jam ſupra exemplo patriæ poteſtatis oſtendimus. (§. 15.*) De lege, quam de patronis & clientibus tulerat Romulus, idem adfirmat Servius *ad Virgil. Æneid. l. 6. v. 622.* de quibusdam Numæ inſtitutis Feſtus, *in voce: Murrata*. Quapropter & Dionyſ. *l.* 2. *c.* 28. monet, leges regias in 12. tabulis exſtitiſſe, & *l.* 10. *c.* 66. generatim docet, leges illas decemvirales compoſitas eſſe ἔγ τε τῶν Ἑλληνικῶν νόμων, καὶ παρὰ τῶν σφίσιν ἀγράφων ἐθισμῶν, *tum ex Grecorum jure tum ex patriis eorum conſuetudinibus*. Non mirum itaque eſt, Romanos, exciſa a Gallis urbe, leges etiam regias una cum 12. tabulis per Italiam conquiſiviſſe. Liv. *l.* 6. *c.* 1.

§. 29. Leges illæ 12. tabularum, ſcriptæ quidem verbis antiquis, ac proinde poſteris paullo obſcurioribus, Horat. *lib.* 2. *Epiſt.* 1. Seneca *Epiſt.* 114. Gell. *Noct. Attic. l.* 16. *cap.* 12. Symmach. *Epiſt. l.* 3. *epiſt.* 44 non tamen in metrum vel carmen umquam redactæ ſunt*. Ev. Otto *præf. Tomi* 3. *Theſaur. jur. civ. cap.* 1. *pag.* 5.

Vi-

te adhibita ἐκλογῇ ea tantum, quæ concinna rei publicæ ſuæ videbantur, in tabulas illas retulerunt. *Tum porro* non omnes leges peregrinas ſervabant integras, ſed eas, prout e re eſſet, emendabant, ſuæque civitatis accommodabant moribus, ceu ad oculum patebit, ſi quis leges Atticas cum Romanis contulerit, quod præter alios fecit Pard. Pratejus *in Juriſprud. vetere, Tomo* 4. *Theſ. jur. civ. Denique* in tanta patrum plebiſque æmulatione ipſam neceſſitatem Romanis id conſilium extorſiſſe ſatis patet ex oratione Romilii apud Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib.* 10. *cap.* 58. ut jam non dicamus, & alias gentes peregrina inſtituta non adſpernatas eſſe. Lycurgum e Cretenſibus leges ſuas accepiſſe, docet Plato *in Minoe*. Charondæ quoque & Zeleuci leges non niſi exterorum inſtitutorum συλλογὴν quamdam fuiſſe, obſervant Diodor. Sicul. *Biblioth. lib.* 12. *cap.* 11. & Strabo *lib.* 12. *pag.* 398. Quin prudentiam Romanorum, quam adſcitis exterorum inſtitutis oſtenderunt, mirifice laudat Salluſt. *in Bell. Catilin. cap.* 52.

* Vocantur quidem hæ leges CARMEN, veluti apud Ciceronem loco paullo ante lauda-

Viguerunt poſtea conſtante uſu, & multis juris noſtri capitibus dederunt originem, adeo ut Ciceronis tempore, qui juris prudentiæ dare vellent operam, ipſa verba *tamquam carmen neceſſarium* ediſcere cogerentur. Cicero *de Leg. l.* 2. *cap.* 23.

§. 30. Quum tamen quædam in illis rigidiores priſcorum mores redolerent: deterſa paullatim illa vitæ auſterioris rubigine, populus capita quædam abrogaſſe dicitur lata lege ÆBUTIA. *Id enim plerique colligunt ex loco Gellii *Noct. Attic. l.* 16. *cap.* 10. Videri poteſt, qui

dato. Sed *carmen* de quibuſvis verbis conceptis, etiam proſaicis, uſurpatur. Sic apud Livium *lib.* 3. *cap.* 64. reperimus *rogationis carmen*: & *lib.* 10. *cap. n*8. *dirum exſecrationis carmen*, denique apud Ciceronem *pro Muræna*, *cap.* 12. formula: SUIS UTRISQUE SUPERSTITIBUS PRÆSENTIBUS ISTAM VIAM DICO: INITE VIAM vocat *carmen compoſitum*. Eodem modo & Græca vocabula μέλος, ὕμνος, ᾠδὴ de ſoluta oratione uſurpari; oſtendit Gisbert. Cuper. *Obſerv. lib.* 2. *cap.* 10. *p.* 219. *ſeq.*

* Attulerat Charondas *ad Udalr. Zaſii Catalogum legum* monimentum, ex quo, ſi genuinum eſſet, lex illa poſſet mirifice illuſtrari:

L. ÆBUTIUS. TR. PL. VIR. POPULARIS. LEGEM. TULIT. AD. POPULUM. UT. XII. TABB. CAPITA. QUÆ. INUTILIA. ESSENT. REIP. TOLLERENTUR. QUÆ. LEX. MULTIS. CONTRADICENTIBUS. TANDEM. ROGATA. EST.

Sed vereor, ne a falſaria manu ſit totum iſtud monimentum, mirorque, laudatiſſimum Wielingium id non obſervaſſe. Locus Gellii ſatis obſcurus eſt. Ait enim auctor: *ſed enim quum proletarii, & Aſſidui, & Sanates, & vades, & ſubvades, & viginti quinque aſſes, & taliones, furtorumque quæſtio cum lance & licio evanuerint, omniſque illa XII. Tabularum antiquitas, niſi in legis actionibus centumviralium cauſſarum*, LEGE *ÆBUTIA lata*, *conſopita ſit*: *ſtudium ſcientiamque ego præſtare debeo juris & legum, vocumque earum, quibus utimur.* Ex eo enim Gellii loco alii colligunt, centumvirale judicium inſtitutum eſſe lege Æbu-

qui de ea lege operoſiſſime egit, Abr. Wielingius *de furto per lanc. & lic. concepto*, *cap. 6. pag. 94. ſequ.* Tamen & ætas & ipſa legis iſtius ſententia incertiſſima manet.

§. 31. Quin perpetuo fere uſu viguiſſe has leges, vel id argumento eſt, quod eas commentariis ſuis certatim juriſconſulti veteres, SEX. ÆLIUS, (non *Lælium*, uti vulgo ſcribunt, Turneb. *ad Cic. de leg. l. 2. cap. 23.*) MESSALLA, ANTISTIUS LABEO, SER. SULPICIUS, CAJUS, fortaſſis etiam ATEJUS CAPITO, * quem Plin. *Hiſt. nat. l. 14. cap. 13.* cum Scævola & L. Ælio conjungit.

§. 32. Quamvis vero permultis ſæculis caneſcerent duodecim iſtæ tabulæ, & Cyprianus *Epiſt. l. 2. epiſt. 2.* ſuo adhuc ævo eas publice exſtitiſſe, innuat, quin ſæculo VI. integræ procul dubio ſuperfuerint in CAII *Dodecadelto*, ex quo fragmenta non pauca in Digeſta relata animadvertimus *: periere tamen illæ in iſta re-

Æbutia, uti Siccama *de centumviral. judic. cap. 1. num. 8.* alii, legem Æbutiam tantum ad vocabula antiqua pertinuiſſe, contendunt, uti Paull. Buſius *Subtil. l. 2. cap. 1.* & Eu. Otto *præf. Tomi 3. Theſaur. jur. cap. 9. pag. 44.* Sed quum de ſolis vocabulis legem latam eſſe vix ſit veroſimile: ego quidem adſentiri malim Paullo Manutio *de legib. cap. 16.* quædam legum 12. tabularum capita hac lege abrogata eſſe, exiſtimanti, maxime quum Gelli verba alium ſenſum admittere vix videantur.

* Attamen quum Plinius nomen tantum auctorum, non librorum, exprimat: an in leges 12. tabularum ſcripſerit Capito, æque incertum eſt, ac quod de SER. SULPICIO, C. AULO OFILIO, VALERIO MESSALA fertur. Schubart. *de fatis juriſpr. Rom. Exerc. 2. pag. 255.* Ev. Otto *præf. Tom. 3. Theſaur. jur. pag. 47. ſeqq. & de Servio Sulpicio, cap. 7. §. 3. pag. 1598. Tom. 5. Theſaur. jur. civ.*

* Fragmenta ex CAII δωδεκαδέλτῳ ſuperſunt tantum ſequentia: *l. 1. D. de orig. jur. l. 18. l. 20. l. 22. D. de in jus voc. l. 6. D. ſi quis caut. in jud. ſiſt. fact. non obtemperav. l. 2. l. 4.*

rerum perturbatione, quam barbarorum irruptio in provincias Romanas invexerat, præter pauciſſima, quæ paſſim apud veteres ſcriptores ſuperſunt, fragmenta. Rittersh. *Dodecad. proleg. cap.* 5. *pag.* 13.

§. 33. Quamobrem nihil reliqui fecerunt viri docti, ut opus inſigne, &, judice Cicerone *de orat. l.* 1. *cap.* 44. *omnibus omnium philoſophorum bibliothecis anteponendum*, priſtinæ integritati, quoad ejus fieri poſſet, reſtituerent. Longum eorum catalogum texunt alii *: ſed notaſſe ſufficiet, omnium induſtriam ſuperaſſe JCtum eximium, JAC. GOTHOFREDUM, qui in *Fontibus quatuor juris civilis*, *Tomo* 3. *Theſauri jur. civ.* recuſis, non modo fragmenta omnia cum cura collegit, eaque a jureconſultorum interpretamentis cum cura ſejunxit, ſed

*l.* 4. D. *arb. furt. cæſ. l.* 48. *D. de pact. l.* 43. D. *ad leg. Jul. de adulter. l.* 9. D. *de incend. ruin. naufr. l. ult.* D. *de colleg. l. ult.* D. *fin. reg. l.* 3. D. *de litigioſ. l.* 19. D. *de uſuc. l.* 233. *l.* 234. *l.* 235. *l.* 236. *l.* 237. *l.* 238. D. *de verb. ſignif.* Quumque fragmenta iſta ex omnibus, quos CAJUS ſcripſerat, commentariorum libris depromta ſint, opus illud integrum ſuperfuiſſe oportet temporibus Juſtiniani, adeoque & leges 12. tabularum, quarum ipſa verba *κατὰ πόδα* jureconſultus ille interpretatus eſt.

* Congeſſerunt legum decemviralium fragmenta ex veterum monimentis JUSTUS LIPSIUS & FRANC. PITHOEUS. Eadem interpretati ſunt FRANC. BALDUINUS, FRANC. HOTOMANUS, JAC. RÆVARDUS, ANT. AUGUSTINUS, THEOD. MARCILIUS, PAULLUS MERULA, PARD. PRATEJUS, CONTIUS, CHARONDAS, RITTERSHUSIUS, AYMARUS RIVALLIUS, CLAR. SYLUIUS, RIC. VITUS, BASINSTOCHIUS, JAN. VINCENT. GRAVINA, & alii. Sed nemo paria fecit GOTHOFREDO, qui non contentus collegiſſe fragmenta, eaque qualicumque ordine explicaſſe, ipſas 12. tabulas ordini integritatique ſuæ reſtituere primus conatus eſt. Quamvis ne hunc quidem eximium virum omnia vidiſſe, aliquando etiam humani quid paſſum eſſe, exemplo non uno oſtenderit Ever. Otto in *præf. Tomi* 3. *Theſ. jur. civ. cap.* 8. *pag.* 26. *ſeqq.*

ſed & in qua unumquodque tabula poſitum fuerit, oſtendit, omniaque & ex fontibus ipſis probavit, & notis illuſtravit, bonæ frugis pleniſſimis.

§. 34. Ex hoc vero Jac. Gothofredi quantivis pretii opere patet, *primam* tabulam leges de in jus vocatione, & reliquis, quæ in jure fiebant; *ſecundam* de judiciis & furtis; *tertiam* de rebus creditis & contractibus; *quartam* de jure patrio & connubiis; *quintam* de hereditatibus & tutelis; *ſextam* de dominio & poſſeſſione; *ſeptimam* de delictis & criminibus, *octavam* de juribus prædiorum; *nonam* de jure publico; *decimam* de jure ſacro; *undecimam* & *duodecimam* reliquarum ſupplementa comprehendiſſe *.

§. 35. Poſtremo obſervandum, harum legum fragmenta inſignem utilitatem adferre poſſe juris ſtudioſis. Inde enim jurium multorum origines, inde Pandectarum & Codicis, ipſiuſque Edicti perpetui ordinem, ejuſque rationem, inde multarum actionum naturam atque indolem intelligent. Fuerunt ergo, qui juriſprudentiæ ſtudium a 12. tabulis auſpicandum eſſe monerent. Vid. V. C. Ev. Otto *præfat. Tomi 3. Theſaur. jur. civ. cap. 9. pag.* 44. Ego illis tantum, qui erectioris ingenii impetu ad interiorem ſapientiæ civilis cognitionem adſpirant, auctor ſum, ut ſibi familiares reddant has tabulas. Reliquis enim, qui cruda ſtudia propellere in forum, & ea tantum, quæ πρὸς ἄλφιτα ſunt, addiſcere properant, adclamari ſatius fuerit.

*Procul, o procul eſte, profani.*

CA-

* Jac. Gothofredus ſingulas leges tum ſtilo vetere, quo eas ſcriptas exiſtimat, ſiſtit, (quamvis eas, quarum ipſa verba legitima auctores veteres ſervarunt, majuſculis litteres diſtinguat, (tum & novam earum paraphraſin addit. Enimvero quum in repræſentanda vetere Latinitate juſto plus ſibi indulgeat vir doctiſſimus: non ſine fructu ſimul conſuli poterit Io. Nic. Funccius *de puerit. Lat. Linguæ, cap. 4. §. ſequ. pag.* 260.

# CAPUT III.

## DE STATU JURIS ROM. POST XII. TAB. AD TEMPORA AUGUSTI.

§.36. Cur poſt 12. tabulas tot novæ leges conditæ? §. 37. Plebs novis plebiſcitis pleraſque prærogativas patribus extorſit. §. 38. Quibus plebiſcitis ſeſe obligari negabant patres. §. 39. Quod tamen cautum primum lege Horatia. §. 40. Deinde Publilia; §. 31. Denique Hortenſia. §. 32. Ex eo tempore plebiſcita vim nomenque legum adſumſerunt. §. 43. Quid lege agere? & legis actio? §. 44. Origo legis actionum. §. 45. Quid per illas intelligatur? §. 47. Quid per actus legitimos? §. 47. Omnia hæc in latenti retinebant patricii. § 48. Prodidit arcanum Cn. Flavius, unde jus Flavianum. §. 49. Et iterum Sex. Ælius Catus, a quo jus Ælianum. §. 50. Interpretatio legum 12. tabularum. §. 51. Diſputatio fori. §. 52. Inde natum jus civile ſtricte dictum. §. 53. Quod initio clam habitum poſtea publice profeſſus eſt Tib. Coruncanius. §. 54. Magiſtratus initio pauci. §. 55. Poſtea his acceſſere cenſores & prætores. §. 56. Nec non ædiles curules. §. 57. Itemque magiſtratus majores extra ordinem creati. §. 58. XXviri, in quo numero decemviri ſlitibus judicandis. §. 59. Quatuor viri viri viar. curand. triumviri A. A. A. F. F. triumviri capitales, quinqueviri cis & ultra Tiberim, IIviri curat. viar. §. 60. Magiſtratus minores extrardinarii. §. 61. Illi habebant jus edicta proponendi. §. 62. Iiſque definiendi ea, quæ legibus non erant definita. §. 63. Quod exemplis probatur. §. 64. Omnes prætores, non ſolus urbanus edicta proponebant. §. 65. Edicta quotuplicia? §. 66. Modus illa proponendi. §. 67. Finis edictorum. §. 68. Iis aliquando prætores jus ſcriptum evertebant. §. 69. Quibus artibus id conſequuti ſint prætores. §. 70. De Gottl. Cortii vindiciis Prætoris

ris

*ris & juris honorarii. §. 71. Prætores edicta ſua per annum frequenter mutabant. §. 72. Hinc SCto juſſi ſunt ex edictis perpetuis jus dicere. §. 73. Poſtea etiam lege Cornelia. §. 74. Hinc jus prætorium multo quam antea, certius factum. §. 75. Edicta ædilium curulium. §. 76. Eorum capita, quæ in jure ſuperſunt. §. 77. Caput de funeribus & eorum ſumtibus. §. 78. De caſtratione puerorum, & rebus in ſcenam non projiciendis. §. 79. Edicta provincialia. §. 80. Eorum varietas. §. 81. Erant illa vel tralaticia, vel nova. §. 82. Quæ in edictis ſuis caverint boni præſides. §. 83. An lex Cornelia provinciales etiam magiſtratus obſtrinxerit? §. 84. Leges intra hæc tempora poſt 12. tabulas conditæ. §. 85. Earum recenſus. §. 86. Leges Acilia Calpurnia de ambitu, Æmilia cibaria, & Appuleja majeſtatis. §. 87. Lex Aquillia. §. 88. Lex Atilia. §. 89. Lex Atinia de uſucapione rerum furtivarum. §. 90. Lex Aufidia, & Cornelia Bæbia de ambitu. §. 91. Leges Calpurnia repetundarum & Cincia de donis & muneribus. §. 92. Plures leges Corneliæ. §. 93. Leges Didia ſumtuaria & Duilia Mænia de fœnoribus, Fabia de plagiariis. §. 94. Fabiæ de ambitu & re agraria, Fannia ſummaria, & Furia de modo legatorum. §. 95. Leges Genucia de fœnore, & Hoſtilia de furtis. §. 96. Lex Julia Cæſaris de vi. §. 97. Leges Juliæ majeſtatis & repetundarum. §. 98. Lex Julia de novarum tabularum expectatione disjicienda. §. 99. Leges Lætoria, & Licinia de fœnore. §. 100. Leges Licinia Cornelia ſumtuaria & Luctatia de vi. §. 101. Leges Mamilia de finibus, Manlia de viceſima manumiſſionis, & Maria de ambitu. §. 102. Leges Oppia & Orchia. §. 103. Leges Pinaria de ambitu, & Plautia de vi. §. 104. Leges Pœtelia de ambitu, & Pœtelia Papiria de obæratis in compedibus non habendis. §. 105. Leges Pompejæ de vi & ambitu. §. 106. Leges Pompejæ repetundarum & de parrici-*

*ricidiis*. §. 107. *Leges Publicia*, *Publilia*, *Remmia*. §. 108. *Leges Scantinia & Scribonia*. §. 109. *Leges Serviliæ de adulteris & ſtupris*, *nec non de repetundis*. §. 110. *Leges Titia de ſponſionibus*, *Julia de ambitu*, *& Voconia*. §. 111. *SCta hoc tempore non erant ſpecies juris ſcripti*. §. 112. *Juriſconſultorum hujus ætatis recenſus*. §. 113. *Inter hos primi* C. Papirius *&* Appius Claudius *decemvir*. §. 114. Appius Claudius Cæcus. *Ejus cognomina*. §. 115. *Ejus honores*, *res geſtæ*, *& inventum*. §. 116. *Sempronii* Σοφȣ̃ *honores*. §. 117. *An uxorem ludos ſpectantem repudiarit?* §. 118. *Tiberius Coruncanius*. §. 119. *L. Cincius Alimentus*. §. 120. *P. Scipio Naſica vir optimus a ſenatu dictus*. §. 121. *Ejus honores*, *res geſtæ*, *filius*. §. 122. *An & Q. Mucius eorum temporum JCtus*. §. 123. *P. Ælius Petus*. §. 124. *Sex. Ælius Catus*. §. 125. *L. Acilius an P. Atilius Sapiens*. §. 126. *Ser. Fabius Pictor & Q. Fabius Labeo*. §. 127. *T. Manlius Torquatus*. §. *C. Marcius Figulus*. §. 129. *M. Porcius Cato*, *Cenſorius*, *pater*. §. 130. *Ejus opera*. §. 131. *M. Porcius Cato filius*. §. 132. *Ejus ſcripta*. §. 133. *C. Livius Mamilianus*. §. 134. *P. Mucius Scævola*. §. 135. *Ejus ſcripta*. §. 136. *M. Junius Brutus*. §. 136. *Ejus libri*. §. 138. *M. Manilius*. §. 139. *Ejus opera*. §. 140. *Q. Mucius Scævola Augur*. §. 141. *Antipater*, *Virginius*, *Pompejus*, *Tubero Rutilius Rufus*. §. 142. *Rutilii Rutilii Rufi ſcripta*. §. 143. *C. Cornelius Maximus*, *& P. Licinius Craſſus Mucianus*. §. 144. *Q. Mucius Scævola pontifex max*. §. 145. *Ejus ſcripta*. §. 146. *C. Aquillius Gallus*. §. 147. *Ejus ſtudium juridicum*. §. 148. *Ejuſdem ſcripta*. §. 149. *L. Lucillius Balbus*, *Sex. Papirius*, *C. Juventius M. Tullius Cicero*. §. 150. *Ser. Sulpicii ſtudium juridicum*. §. 151. *Ejus honores*. §. 152. *Scripta ejuſdem*. §. 153. *Ser. Sulpicii auditores*. §. 154. *Studia Romanorum juvenilia*. §. 155. *JCti plerique Stoici*. §. 156. *Methodus docendi jura*. §. 157.

*Uni-*

*Unicuique erat facultas de jure reſpondendi . §. 158. Nec tamen eorum reſponſa judices obligabant .*

§. 36. ITA ſane perfectum, ſuiſque abſolutum numeris videri potuit illud legum Romanarum corpus. Sed laboravit reſpublica formæ vitio, tam quippe male temperata, ut non poſſet non perpetua inter patres & plebem gliſcere æmulatio. Sive ergo interpretandæ, ſive negotiis quotidie obvenientibus adplicandæ eſſent leges: eam poteſtatem ſibi vindicabant hinc patres, illinc tribuni plebis, qui nihil faciebant reliqui, ut patriciorum regnum everterent. Quod non potuit non legum Romanarum numerum mirifice amplificare *.

§. 37. Quod ut eo rectius intelligatur, ſciendum, tribunos plebis in roſtris eſſe dominatos, eoſque, quoties, patres altiora ſpirare, animadverterint, plebem turbulentis concionibus adverſus patres concitaſſe, & ſic fere quotannis nova PLEBESCITA de ſtatu rei publicæ mutando emendandoque, & plebis commodis augen-



* Recte ac prudenter Tacitus *Annal. Lib. 3. cap. 27. corruptiſſima re publica plurimæ leges*. Eſt enim corruptiſſima res publica, quoties plurimi in civitate novis rebus ſtudent. Id ſtatus præſentis tædium, ſtudiumque novarum rerum efficit, ut homines turbulenti quotidie de novis ferendi legibus cogitent. Quotidie ergo novæ leges feruntur, adeoque *corruptiſſima re publica plurimæ leges*. Quod obſervavit etiam Iſocrates, p. 292. negans eos eſſe ἀπολιτευομένους, qui videant τὰς στοὰς ἐμπιπλάναι γραμμάτων, *porticus litteris impleri*: (ſolebant enim Græci leges tabulis inciſas in porticibus proponere), ſed *apud quos animo inſcriptæ leges circumferantur a civibus*. Denique & Plato *apud* Strabonem *Geograph. Lib. 4. pag. 399. edit. nov.* ait: ὅτι παρ' οἷς πλεῖστοι νόμοι, καὶ δίκαι παρὰ τούτοις καὶ βίοι μοχθηροί, καθάπερ καὶ παρ' οἷς ἰατροὶ πολλοὶ, καὶ νόσους εἰκὸς εἶναι πολλάς: *apud quos plurimæ ſunt leges, apud hos etiam lites eſſe, & malos mores: ſicut morbi ſoleant eſſe multi, ubi multi ſint medici.*

gendis * fuiſſe perlata. Hoc modo ſane tribuni plebis cum alias prærogativas, tum præcipue *honores*, *ſacerdotia*, & *jus connubii*, immo & maximam *agri publici* partem paullatim extorſerunt, effeceruntque, ut priora jura plebi cum patribus eſſent communia, agri vero publici ſubinde inter plebejos inopes dividerentur.

§. 38. Sed initio non adeo faciles erant patres in poteſtate illa legislatoria plebi indulgenda. Hinc nova certamina: patribus non ſe, ſed plebem plebiſcitis teneri, non ſine æquitatis ſpecie contendentibus, plebe vero, ut & patres illis ſe ſubjicerent, acriter poſtulante. Liv. *l.* 3. *cap.* 55.

§. 39. Videbatur ei malo remedium inventum anno ab V. C. 306. plebe iterum in montem ſacrum ſecedente. Liv. *l.* 3. *cap.* 52. Creati enim tum conſules populares L. VALERIUS & M. HORATIUS legem rogarunt centuriatis comitiis, *ut, quod tributim plebs juſſiſſet* *, *populum teneret*. Quam legem non ſine offenſione patrum

* Jus connubii inter patricios & plebejos ſancitum anno ab V. C. 309. LEGE CANULEJA, de qua Livius. *l.* 4. *cap.* 1. *ſeq.* Auguſtin. *de civit. Dei*, *lib.* 3. *cap.* 17. Honorum jus plebeii cum patriciis commune habere cœperunt ab anno V. C. 386. per LEGEM SEXTIAM, de qua Liv. *ſub finem libri 6.* Val. Max. *lib.* 8. *cap.* 6. *exemplo* 3. Auctor *de vir. illuſtr. cap.* 20. Denique & pontificatum aliaque ſacerdotia promiſcue patribus & plebeiis dari plebs juſſit LEGE OGULNIA, condita anno ab V. C. 454. de qua Livius *lib.* 10. *c.* 6. At præcipua litium inter patres & plebem LEGES AGRARIÆ, de quibus vere Livius *lib.* 2. *cap.* 41. ad ann. V. C. 268. *tum primum* LEX AGRARIA *promulgata eſt: numquam deinde uſque ad hanc memoriam ſine maximis motibus rerum agitata*. De iis adcuratiſſime egit Ulr. Obrecht. *Diſſ. acad.* 6. *pag.* 109. *ſequ.*

* JUBERE & SCISCERE dicebatur populus vel plebs, magiſtratus vero FERRE, ROGARE, & PERFERRE. Jo. Frid. Gronov. *ad liv. lib.* 10. *cap.* 13. Non ſatis ergo Latina eſt phraſis, qua tresviri, *Inſtitutionum* auctores, uſi ſunt §. 15. *Inſt. de Lege Aquill. plebem Romanam, Aquillio tribuno rogante, hanc legem* TULISSE acriter ideo reprehenſi ab Hotomano ad *d.* §. 15.

trum perlatam eſſe, facile eſt ad exiſtimandum, quum hi, quidquid plebis commodo ſanciebatur, id ſuis decedere opibus credebant. Liv. *l.* 3. *cap.* 58. Dionyſ. Halicarn. *l.* 11. *cap.* 49.

§. 40. At ne hæc quidem lætitia populo admodum fuit diuturna. Patres enim nova cavillatione plebiſcitis iterum negabant obſequium, fortaſſis, quod ſe *populi* vocabulo comprehendi, negarent. Quo factum eſt, ut anno ab V. C. 416. Q. PUBLILIUS, dictator, nova, eaque admodum populari lege ſanciret, *ut plebiſcita* OMNES QUIRITES * *tenerent*. Liv. *l.* 8. *cap.* 12.

§. 41. At ne id quidem impedivit patres, quo minus plebem, legislatoriæ poteſtati inhiantem, alio modo ulciſcerentur, puta acerbitate iniquiſſimi fœnoris. Qua calamitate plebs ad deſperationem acta anno ab V. C. 465. in Janiculum montem ſeceſſit, quumque ad comprimendam ſeditionem parum opis eſſe videretur in conſulibus, ad ultimum, ut in re trepida, remedium deventum eſt, ut dictator diceretur Q. HORTENSIUS *. Hic tempori ceſſit, & non modo plebem a fœneratorum truculentia vindicavit, ſed & inſequente anno, lata nova lege adcuratius ſanxit, *ut, quod plebs juſſiſſet, omnes* QUIRITES *tenerent*. Gell. *Noct.*

D 3 *Attic.*

* QUIRITIUM vocabulo patres non minus, quam plebejos comprehendi, numquam dubitatum. Iidem enim *Quirites & Romani*, §. 2. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Liv. *l.* 1. *cap.* 13. quamvis de vocabuli origine parum inter auctores veteres conveniat. Vide præter *d.* §. 2. & Livium, Ovid. *Faſtor. lib.* 2. *v.* 475. Sed quamvis domi omnes Romani communi *Quiritium* nomine venirent: ab eo tamen poſtea abhorruerunt milites, qui exauctorati cenſebantur, ſimul ac eos ita adloqueretur imperator Suetdn. *Jul. Cæſ. cap.* 70. Lamprid. *Alex. cap.* 53. *ſequ.*

* Ridicula eſt Accurſii gloſſa *ad d.* §. 4. legem Hortenſiam *a quodam Hortenſio rege latam eſſe*. Sed talia ubique in Gloſſa, ut miſereri poſſis illius ſæculi, *quod doctores pedore & ſquallore horridos, pannis obſutos, ſemper illotos, ſemper intonſos, tamdiu perpeſſum eſt*, uti loquitur Rupertus *ad Pompon. enchirid.*

*Attic. l.* 15. *cap.* 27. §. 4. *Inſt. de jure nat. gent. & civil. & civil.*

§. 42. Et ex eo demum tempore plebiſcita perinde ac ipſæ leges, jure optimo maximo valuerunt: quin & LEGUM vocabulum adſumſerunt, ceu vel ex jure noſtro patet, in quo commemorantur LEGES *Aquillia*, *Atilia*, *Falcidia*, *Atinia*, *Scribonia*, *Voconia*, & aliæ, quas omnes non leges, ſed plebiſcita fuiſſe, conſtat *.

§. 43. Eadem fere LEGIS ACTIONUM fata fuiſſe deprehendimus, quæ ALTERUM erant patriciorum peculium, quod veluti ſeparatum a plebis rationibus diutiſſime retinuerant. De his quoque ut dicamus adcuratius: quicumque aliquid in jure rite & jure faciebant, ii LEGE AGERE dicebantur. Sigon. *de judic. l.* 1. *c.* 9. Hinc *lege agebant*, qui actione experiebantur *. Cic. *de orat. l.* 1. *c.* 10. *pro Cæcina*, *c.* 12. *in Verr.* 2. *c.* 37. *l.* 2. §. 6. *D. de orig. jur.* Valer. Max. *l.* 7. *c.* 7. Plin. *Hiſt. nat.*

* Characterem, quo leges & plebiſcita diſcerni poſſint, hunc nonnulli commendant, quod hæc unum nomen ferant, a tribuno plebis, qui plebem tum rogarit, illæ ab utroque conſule, adeoque duplici nomine vocentur, veluti in jure noſtro leges ÆLIA SENTIA, JUNIA NORBANA, JULIA & TITIA, PAPIA POPPÆA, ceteræ. Paull. Merula de *Leg. Rom. cap.* 24. Sed quamvis hoc ſe ut plurimum ita habeat: ſunt tamen & leges proprie ſic dictæ, quarum non niſi ab uno conſule vel dictatore nomen eſt. Tales ſunt, quas modo recenſuimus HORATIA, PUBLILIA, HORTENSIA. Tales tot leges CORNELIÆ, POMPEIÆ, JULIÆ, quibus & FABIAM *de plagiariis* addimus, quod leges de judiciis publicis raro ſolerent ab aliis, quam coſſ. vel dictatoribus, rogari.

* Fieri enim & id oportebat rite & ſollemniter, certis diebus, quibus magiſtratui fari licebat tria verba: DO, DICO, ADDICO, Cicero *pro Muræna*, *cap.* 11. certo ritu, qualis erat vetus ritus vindiciarum, certis denique formulis, ad quas adeo adſtricti erant actores, ut ipſæ actiones FORMULÆ vocentur, ut *formula injuriarum* apud Sueton. *Vitell. cap.* 7. *damni dati formula* apud Plin. *Epiſt. lib.*

*nat. l. 7. c. 5. lege agebant* lictores, dum colligabant manus, deligabant ad palum, virgis, ſecuri, gladio in corpus rei ſæviebant. Liv. *l. 26. c. 15.* & *16.* Valer.Max. *l. 3. c.* 8. Seneca *de ira l.* 1. *c.* 16. At præcipue tamen poſtea id nomen retinuerunt actus voluntariæ juris dictionis apud magiſtratus, apud quos erat legis actio, ſollemniter explicandi. *l.* 4. *D. de adopt.*

§. 44. Jam equidem, quo ritu, quibuſve conceptis verbis lege agi oporteret, legibus 12. tabularum non fuerat expreſſum. At patricii qui ſibi juris prudentiam obtentu juris patronatus, tamquam gentilem poſſeſſionem vindicabant, (*Antiq. noſtr. Rom. l.* 1. *tit.* 2. §. 29.) & pontifices, quales itidem tum ſoli patricii erant, certos commenti erant ritus, certas formulas, quibus tum voluntariæ, tum contentioſæ juris dictionis actus explicarentur, quin & certi erant dies, quibus lege agere vel fas, vel nefas eſſet, quorumque faſti, a Numa Pompilio primum confecti, Liv. 1. *c.* 9. in pontificum cuſtodia erant *. Cic. *pro Mur. c.* 11. Et hæc omnia LEGIS ACTIONUM nomine veniebant.

D 4 §. 45.

*lib.* 9. *epiſt.* 59. *formula de dolo malo* apud Cicer. *de offic. lib.* 3. *cap.* 13. Omnis ergo actio ſollemniter & rite erat inſtituenda, adeo, ut qui in formula aberraſſet, cauſſa caderet. Cic. *de invent. Lib.* 2. *c.* 19. Sen. *Epiſt.* 49. Quinctilian. *Inſt. orat. Lib.* 3. *cap.* 6. §. 68. Hinc Pomponius noſter *l.* 2. §. 6. D. *de orig. jur. Deinde*, inquit, *ex his legibus eodem tempore fere actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent, quas actiones* NE POPULUS, PROUT VELLET, INSTITUERET, *certas* SOLLEMNES*que eſſe voluerunt.*

* Vere ergo hæc omnia comparata erant ad tuendam pontificum patriciorum in civitate potentiam. Hinc patres initio hæc *in latenti retinere ſtudebant*: *l.* 2. §. 35. *D. de orig. jur. interpretandique* potiſſimum *ſcientia & actiones apud collegium pontificum erant*: *l.* 2. §. 6. *D. eod.* Eoque non poterat non evenire, quod ſcribit Cicero *pro Muræn. cap.* 11. *erant in magna* POTENTIA, *qui conſulebantur, a quibus etiam dies,* tam-

§. 45. Sunt ergo ACTIONES LEGIS quilibet actus, tum contentioſæ, tum voluntariæ jurisdictionis, apud magiſtratum, apud quem legis actio erat *, ſollemni ritu, certiſque formulis explicandi, quique & id proprium habebant, ut nec diem, nec conditionem, nec procuratorem admitterent. *l.* 77. *&* *l.* 123. *D. de reg. jur.* & a pupillis ſine tutorum auctoritate non poſſent explicari. *l.* 19. *D. de auctor. tut.*

§. 46. Eædem erant ACTUUM LEGITIMORUM adfectiones, qui tamen, ſi adcuratius loqui velimus, (nam aliquando omnino promiſcue accipiuntur, uti *l.* 4. *D. de adopt.* juncta *l.* 77. *D. de reg. jur.*) a prioribus in eo differunt, quod & ipſi ſollemniter quidem, adhibitiſque certis formulis, nec tamen abſciſſe apud magiſtratum eſſent explicandi. Et tales erant *hereditatis aditio*, *ſervi optio*, *mancipatio*, niſi cum *ceſſione in jure* eſſet conjuncta, *acceptilatio*, & ſimiles *. *l.* 77. *D. de reg. jur.*

§. 47. Omnem hanc formularum, rituum, dierumque

*tamquam a Chaldæis, petebantur* : & quod ille repetit *de orat. Lib.* I. *cap.* 41. *veteres illi, qui huic ſcientiæ præfuerunt,* OBTINENDÆ *atque* AUGENDÆ POTENTIÆ SUÆ *cauſſa pervulgari artem ſuam noluerunt.*

* Elegans eſt conjectura Guil. Marani, qui *ad l.* 77. *D. de reg. jur. Tomo* 2. *Opp. pag.* 620. LEGIS ACTIONES dictas eſſe putat, quæ non niſi lege lata, adeoque apud populum explicari potuerint. Id enim ſaltim de adrogatione tradit Gell. *Nott. Attic. lib.* 4. *cap.* 19. de teſtamentis Juſtinianus *pr. Inſt. de teſtam. ord.* Poſtea tamen certis magiſtratibus eam facultatem datam eſſe ſpecialibus legibus, ut apud eos eſſet legis actio, eoque facto priſtinum nomen nihilominus manſiſſe.

* Errant ergo, qui hæc confundunt, quum non unum, ſed multiplex inter actiones legis & actus legitimos diſcrimen ſit, ceu oſtenderunt Franc. Hotoman. *Quæſt. illuſtr.* 33. *pag.* 226. & Guil. Budæus *ad l.* 4. *D. de adopt.* Omnes actiones legis erant & actus legitimi, quippe certo ritu certisque formulis explicandæ: at hi non omnes erant actiones legis, quia non apud magiſtratum, ſed privatos intra parietes, explicabantur.

que cognitionem patricii & pontifices, qui ſoli juris prudentiam formularia, tamquam avitam poſſeſſionem ſibi retinebant, in latenti habebant *, ut plebs omnis a ſe penderet, ipſique rebus omnibus intereſſent. Sane neque actionem quiſquam ſine periculo inſtituere, neque adoptare, emancipare, ſimilemve actum explicare poterat, niſi hæc adiiſſet oracula, eique formulas, ritus, dies, tamquam ex tripode eloquuti eſſent iſti Apollines. *l.* 2. §. 6. *D. de orig. jur.* Cic. *de orat. l.* 1. *cap.* 61.

§. 48. Sed id quoque forenſe regnum evertit anno ab V. C. 449. CN. FLAVIUS, ſcriba, patre libertino natus, qui formulas iſtas cum faſtis, ab Appio Claudio Cæco, cui tamquam ſcriba adparuerat, in codicem collectas publicavit, eoque munere tantam a populo gratiam

* Livius *l.* 8. *cap.* 46. diſerte ait, *in pontificum penetralibus repoſitum fuiſſe jus civile, faſtoſque, ex quibus, quando lege agi poſſet, ſciretur, plebi* ante Cn. Flavium *ignotos* manſiſſe. Idque & Cicero *pro Muræn. cap.* 11. teſtatur. Hinc miræ fraudes pontificum, faſtos in gratiam vel odium quorumdam hominum pro lubitu turbantium, de quibus conqueſtus Ammianus Marcellinus *l.* 26. *cap.* 1. *hæc nondum extentis fuſius regnis, diu ignoravere* Romani, *perque ſæcula multa obſcuris difficultatibus implicati, tunc magis errorum profunda caligine fluctuabant, quum in ſacerdotes poteſtatem tranſtuliſſent intercalandi, qui licenter gratificantes publicanorum vel litigantium commodis, ad arbitrium ſuum ſubtrahebant tempora, vel augebant. Hocque ex cœpto emerſerunt alia plurima, quæ fallebant, quorum meminiſſe nunc ſupervacuum puto.* Magis perſpicua ſunt illa Cenſorini *de die nat. cap.* 20. *quod delictum ut corrigeretur, pontificibus datum eſt negotium, eorumque arbitrio interkalandi ratio permiſſa. Sed horum plerique ob odium vel gratiam, quo quis magiſtratu citius abiret, diutiuſve fungeretur, aut publici redemptor ex anni magnitudine in lucro damnove eſſet, plus minuſve ex libidine interkalando, rem ſibi ad corrigendum mandatam, ultro depravarunt.* Eamdem pontificum fraudem notarunt Sueton. *Jul. Cæſ. c.* 40. Solin. *c.* 3. & Macrob. *Saturn. l.* 1. *c.* 14.

tiam iniit, ut ædilis crearetur *, *l.* 2. §. 7. *D. de orig. jur.* Liv. *l.* 9. *c.* 46. Cicero *pro Muræn. c.* 11. & *ad Attic. l.* 6. *epiſt.* 1. & *de orat. l.* 1. *c.* 40. Plin. *Hiſt. nat. l.* 33. *c.* 1. Gell. *Noct. Attic. l.* 6. *c.* 9. Idque eſt JUS illud FLAVIANUM, de quo eo loco Pomponius.

§. 49. Quam ægre hanc jacturam tulerint patres, vel ex eo patet, quod amiſſam recuperare cupientes poſſeſſionem, novas excogitarunt formulas, eaſque, ne in vulgus manarent, non litteris, ſed notis perſcripſerint *, quo nihilominus rebus omnibus intereſſent.

* Ita rem referunt Pomponius & Gellius, immo & Cicero, qui Flavium quum id myſterium enarraret, ſcribam fuiſſe ajunt. Livius contra illum *hæc omnia* IN ALBO ait *propoſuiſſe*, quod quum a magiſtratibus fieri ſoleret, videri poteſt jam tum ædilis fuiſſe, quum hoc beneficio plebem adficeret. At potuit Cn. Flavius, uti fieri ſolet, primum clanculum enunciaſſe id arcanum, & promiſſo illius mereri ædilitatem, poſtea ædilis creatus, & *actionum formulas*, & *faſtos*, (utroſque enim ei tribuit Cicero,) in ALBO propoſuiſſe, maxime quum ſe contemni a patribus & nobilibus animadverteret. Ceterum hujus modi eſſe faſtos dixeris, quos edidit, commentarioque illuſtravit Siccama *apud* Græv. *Theſaur. antiq. Rom. Tomo* 8.

* *Notæ* non ſunt *ſiglæ*, ſeu litteræ ſingulares tota vocabula exprimentes, veluti S. P. Q. R. pro *Senatus populuſque Romanus*, ſed certa ſigna, quibus unum plurave vocubula involvebant, ut  quod eadem verba ſignificabat, ceu pluribus exemplis oſtendit ὁ πάνυ Cujac. *Obſ. l.* 12. *c.* 40. Unde qui notis excipiebant alterius verba dicebantur NOTARII, qui ſiglis, SINGULARII vel SINGULARES, ut in *l.* 1. §. 8. *C. de offic. præf. præt. Afric.* Utroſque jungit Manil. *Aſtron. l.* 4. *v.* 197. ubi de nato ſub Virginis ſigno:

*Hic & ſcriptor erit velox, cui* LITTERA *verbum eſt,*
*Quique* NOTIS *linguam ſuperet, curſimque loquentis*
*Excipiat longas nova per* COMPENDIA *voces.*

Plura habet Scaliger *in Notis ad Manil. pag.* 287. & Jo. Ge. Grævius ad Cicer. *pro Mur. cap.* 11. Tales ergo hic intelliguntur *notæ*, quales Tironis & Senecæ nomina p æ ſe ferentes in fine *Theſauri inſcri-*

ſent. Sed iterum circa annum ab V.C. 552. ſecretum prodidit *egregie cordatus homo*, uti ab Ennio vocatus eſt, SEX. ÆLIUS CATUS, de quo nos infra pluribus. Is liber JURIS ÆLIANI nomine venit **. *l.* 2. *D. de orig. jur.* Add. Cicero *pro Muren. c.* 11.

§. 50. TERTIUM, quod patres juri 12. tabulis comprehenſo adſtruxerant, quodque tamquam avitam poſſeſſionem ſibi ſolis retinere cupiverant, eſt INTERPRETATIO & DISPUTATIO FORI, quarum meminit Pomponius *l.* 2. §. 5. *D. de orig. jur.* Juriſconſulti enim ex legibus illis, quas Diodor. Sic. *Biblioth. l.* 12. *βραχέως καὶ ἀπερίττως*, Gell. *Noct. Attic. l.* 20. *c.* 1. *eleganti atque abſoluta brevitate verborum* ſcriptas fuiſſe, ait, per interpretationem, quam extenſivam vocant, varia eliciebant jura nova, varias actiones utiles, aliaque, quæ propalam & κατὰ τὸ ῥητὸν legibus iſtis haud comprehendebantur *. Atque inde eſt, quod paſſim non modo *interpretes*, ſed & AUCTORES & CONDITORES JURIS vocantur. Cujac. *Obſerv. l.* 7. *cap.* 25. Briſſon. *de verb. ſign. ſub voce*: *Juris auctores*.

§. 51.

*ſcriptionum* edidit Jan. Gruterus. Contra quæ ſub Valerii Probi, Magnonis, Petri Diaconi nominibus exſtant *Notæ Romanæ*, *Notæ juris*, *Notæ litterarum*, editæ a Dionyſ. Gothofr. *Auct. ling. Lat. pag.* 1451. *ſeqq.* eæ, ſi a paucis diſceſſeris, non *notas*, ſed ſiglas ſiſtunt. Ceterum ſæpe critici Tribonianum notas male expreſſiſſe putant, eoque medio emendandi ſæpe, tamquam Deo e machina, utitur Cujacius. Sed vanum plerumque eſſe hoc præſidium, jam alii oſtenderunt, maxime Bynkersh. *Obſ. l.* 1. *c.* 23. & *l.* 7. *c.* 21.

** JUS ÆLIANUM differre non videtur a Sex. Ælii Cati *Tripertitis*, in quibus *lege* 12. *tabularum propoſita*, *jungebatur interpretatio*, *dein ſubtexebatur* LEGIS ACTIO. *l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.* Nec alia eſſe videtur LEX ÆLIA apud Ciceron. *Topic. c.* 2. ubi librarii abſurde repoſuerunt *lex Ælia Sentia*, qualis Ciceronis tempore nulla extitit. Henr. Noriſ. *Cenotaph. Piſan. Diſſ.* 3. *cap.* 9. *pag.* 423.

* Sic patronorum tutela dicitur LEGITIMA, *non quod* NOMINATIM *de hac tutela in* 12. *tabulis cautum eſſet*, *ſed*

quod

§. 51. Iidem juriſconſulti, quum ſæpe, ut fit, de interpretando adplicandoque jure diſſentirent, vel in ipſo foro, vel, uti Scholiaſtes *Juvenalis ad Satyr.* 3. *v.* 128. memoriæ prodidit, juxta Apollinis templum, inter ſe diſceptabant. Cujus modi diſputationis forenſis exempla exſtant, non modo recentiora, *l.* 19. *D. de lib, & poſtum. l. ult.* §. 26. *D. de muner. & honor. l.* 17. *D. de jure patron.* ſed & vetera: veluti Craſſi & Galbæ apud Ciceron. *de orat. l.* 1. *c.* 56. nec non Scævolæ, Manilii & Bruti apud eumdem *de finib. l.* 1. *cap.* 4. Quidquid vero *poſt magnas varietates obtinuerat*, *l. ult. D. pro legat. l.* 32. *D. de obligat. & Act. l.* 55. §. 1. *D. de legat.* 2. id juris habebat auctoritatem, & ex DISPUTATIONE FORI *venire* dicebatur, Aſcon Pædian. *in Verrin.* 3. & JURIS RECEPTI vel RECEPTÆ SENTENTIÆ nomen accipiebat *. Feſtus, *in Receptum*. *l.* 215. *D. de verb. oblig. l.* 41. *D. de reb. cred.*

§. 52.

*quod perinde acciperetur, ac ſi verbis legis introducta eſſet.* §. *un. Inſt. de legit. patr. tut.* Actiones UTILES in jure noſtro utramque faciunt [paginam. Eæ vero dicuntur *exemplo*, vel *ad exemplum*, & veluti *ad ſimilitudinem directam compoſitæ*. *l.* 5. §. 21. *D. ut in poſſeſſ. legat. l.* 1. *C. de precar. & interdict. Salu. l.* 13. §. 25. *D. de action. emt.* Et videntur accepiſſe nomen UTILIUM, quaſi *utibilium*, quia tametſi nec legum verbis, nec in albo prætoris proditæ eſſent, uti tamen iis liceret ob paritatem rationis. Promiſcue veteres dixiſſe UTILE & UTIBILE patet ex locis Plauti *Moſtellar. Act.* 4. *Sc.* 1. *v.* 2. Terent. *Phorm. Act.* 4. *Sc.* 4. *v.* 9. Alia jura a juriſconſultis per interpretationem reperta, collegimus in *Antiqu. Rom. l.* 1. *tit.* 2. §. 30.

* Quum vero *recipi* dicatur, quod uſu ac conſuetudine inoleſcit: omnia illa jureconſultorum interpretamenta, & quæcumque per diſputationem fori ad liquidum perduxiſſe ſibi videbantur, tamquam conſuetudines valuerunt. Hinc vocantur *jus*, *quod* SINE SCRIPTO *venit*: *l.* 2. §. 5. & §. 12. *D. de orig. jur.* MOS, *pr. Inſt. de pupill. ſubſtit.* Cic. *de legib. l.* 2. *c.* 24. *jus* CONSUETUDINIS, *quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobavit*. Cicero *de invent. l.* 2. *c.* 55.

§. 52. Omnia iſta jura, interpretatione prudentum, vel diſputatione fori introducta, JUS CIVILE communi nomine vocantur. *l.* 2. §. 5. *D. de orig. jur.* Cicero *de offic. l.* 3. *c.* 16. itemque JUS CONSENSU RECEPTUM, *pr. Inſt. de adquiſ. per adrog.* nec non JUS COMMENTICIUM, uti *l.* 20. *D. de pœn.* interpretatur Bynkershoekius *Obſ. l.* 5. *c.* 16. Ut adeo jus civile, quod alioquin latius patet, ſæpe opponatur legibus, Cic. *pro Cæcin. c.* 26. adeoque ſolam τὴν τῶν σοφῶν νομοθεσίαν (uti vocat Theophil. *an* 2. *Inſt. de offic. jud.*) id eſt jus a jureconſultis interpretando diſputandoque invectum denotet.

§. 53. Hanc quoque ſcientiam initio in penetralibus ſuis repoſitam habebant patricii generis juriſconſulti, rati, id, quod res erat, non parum ſe inde auctoritatis conſequuturos, ſi ſibi ſolis hanc poſſeſſionem retinerent. Enimvero circa annum ab V. C. 500. repertus eſt, qui hos juriſconſultorum circulos turbaret, TIBERIUS CORUNCANIUS, vir conſularis, triumphalis, & primus e plebe pontifex maximus. *Epit. Liv. l.* 18. *Ante hunc enim ex omnibus, qui ſcientiam nacti ſunt, publice profeſſum neminem traditur: ceteri autem ad hunc* IN LATENTI *jus civile retinere cogitabant* *, *ſolumque conſultatoribus potius, quam diſcere volentibus ſe præſtabant. l.* 2. §. 35. & §. 38. *D. de orig. jur.*

§. 53.

* Tales fuere vetuſtiſſimi juriſconſulti omnes PAPIRIUS, APPII CLAUDII, SEMPRONIUS SOPHUS, C. SCIPIO NASICA, OPTIMUS, Q. MUCIUS, quippe nec docendo, nec ſcribendo celebritatem conſequuti. At qui poſt Tiberium Coruncanium memorantur, partim publice profeſſi ſunt, veluti SEX. & P. ÆLII, fratres, & P. ATILIUS, *l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.* BALBUS LUCILLIUS, AQUILLIUS GALLUS, SER. SULPICIUS: *l.* 2. §. 43. 44. *D. eod.* partim Juris civilis myſteria ſcriptis divulgarunt. Sic enim SEX. ÆLII *Tripartita veluti cunabula juris continuerunt. l.* 2. §. 38. D. *eod.* P. MUCIUS. BRUTUS

&

§. 53. Interea contigit, ut MAGISTRATUUM ROMANORUM numerus non parum amplificaretur. Quum enim initio bini tantum CONSULES rei publicæ præeſſent, (§. 13.) & præter eos ac TRIBUNOS PLEBIS, (§. 19.) itemque binos ÆDILES PLEBIS, tribunorum adjutores, anno ab V. C. 261. ſimul cum illis creatos, Gell. *Noct. Att. l.* 17. *c.* 21. Dionyſ. Halicarn. *l.* 6. *c.* 81. ac denique QUÆSTORES, jam a regibus inſtitutos, deinde a primis conſulibus reſtitutos, & poſtea ſubinde multiplicatos *, Plutarch. *in Poplicol. p.* 1031. Tacit. *Annal. l.* 11. *c.* 22. Ulpian. *l. un. D. de offic. Quæſt.* nulli in urbe magiſtratus ordinarii eſſent: poſtea multi

& MANILIUS *jus civile fundarunt*. *l.* 2. §. 39. *D. eod.* Q. MUCIUS *jus civile primus conſtituit generatim in libros decem & octo redigendo*. *l.* 2. §. 41. *D. eod.* Demum in vulgus manavit id ſecretum, ut non modo plebeii, ſed & peregrini, ſummam ſibi ſcientiam adquirerent, vereque cecinerit Juvenalis *Satyra* 8. *v.* 47.

*Tamen ima plebe Quiritem*
*Facundum invenies: ſolet hic defendere cauſſas*
*Nobilis indocti: veniet de plebe togata,*
*Qui juris nodos & legum ænigmata ſolvit.*

* Initio duo erant patricii generis, qui *urbani* dicebantur. Eos anno ab V. C. 363. duplicari voluerat ſenatus, ut præter duos urbanos duo conſulibus ad miniſteria belli præſto eſſent. Exigente vero plebe, ut pars ex plebe fieret, tota res de augendo quæſtorum numero tum omiſſa eſt. Liv. *l.* 4. *c.* 43. Nihilominus quatuor, & in his tres plebeii creati anno V. C. 346. Liv. *l.* 4. *c.* 54. Anno 487. denuo ampliatus quæſtorum numerus, ut eſſent octo. *Epit. Liv. l.* 15. ex Cornelii Sullæ poro inſtituto viginti, Tacit. *Annal. l.* 11. *cap.* 20. ex Cæſaris quadraginta creari cœperunt. Dio Caſſ. *l.* 43. *pag.* 237. At quo plures fuerunt ſub principibus, eo minus auctoritatis retinuerunt: cura ærarii primum ad prætorios viros; Dio Caſſ. *l.* 53. *pag.* 497. Sueton. *Aug. cap.* 36. poſtea ad præfectos ærarii translata: Tacit. *Annal. l.* 13. *cap.* 28. *Hiſtor. l.* 4. *cap.* 9. Plin. *Epiſtol. l.* 3. *epiſt.* 4. ut demum quæſtura ingreſſus tantum gerendorum honorum, ſententiæque in ſenatu dicendæ eſſet. *l. un.* §. 3. *D. de offic. quæſt.*

ti alii, tum ordinarii eſſent: poſtea multi alii, tum ordinarii, tum extraordinarii acceſſerunt. Idque tanto facilius indulgebat populus, quanto magis eo imminui videretur potentia conſulum, quippe inter plures diſtrahendam.

§. 55. Sic primum anno V. C. 312. CENSORES cenſui agendo, luſtro condendo, legendo ſenatui, moderandæque diſciplinæ publicæ creati ſunt. Dionyſ. Halicarn. *l.* 11. *c.* 67. Liv. *l.* 4. *cap.* 4. *l.* 2. §. 17. *D. orig. jur.* Deinde anno 388. juri dicundo inſtitutus eſt PRETOR *urbanus*, cui anno ab V. C. 507. acceſſit alter, qui inter cives & peregrinos jus diceret, & his paullatim alii, ut primum eorum numerus ad quatuor, deinde ad ſex, mox ad octo, denique ad decem, duodecim, immo & ad ſedecim excreverit *. Dio Caſſ. *l.* 58. *pag.* 634. *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* Lipſ. *Excurſ. D. ad Tacit. Annal. l.* 1.

§. 56. Eodem tempore, quo primum prætorem urbs vidit, & duo ÆDILES CURULES creati, qui foro rerum promercalium, ludis, viis, ædibusque publicis, omnibus denique, quæ ad decus & tutelam urbis pertinere videbantur, præeſſent. Liv. *l.* 6. *extr.* & *l.* 7. *c.* 1. *l.* 2. §. 26. *D. de orig. jur.* Iis Julius Cæſar rei frumenta-

ta-

* Ex his unus jurisdictionem *urbanam*; alter *peregrinam*; quidam *provincias prætorias*, reliqui *quæſtiones publicas* ſortiebantur. Maxima erat dignitas prætoris urbani, qui ideo PRÆTOR MAJOR dicebatur. Feſt. *in Major. conſul.* Plutarch. *in Brut. p.* 987. Dio Caſſ. *lib.* 42. *pag.* 195. Cæſar *de bello civili l.* 3. *cap.* 20. & COLLEGA COSS. cui omnia abſentium coſſ. officia incumbebant. Cic. *ad diverſ. l.* 10. *epiſt.* 12. Plin. *Panegyr. c.* 77. Gell. *Noct. Attic. l.* 13. *cap.* 15. Dio Caſſ. *l.* 59. *pag.* 659. Aliquando tamen duæ conjungi ſolebant jurisdictiones, veluti *urbana* & peregrina, Liv. *l.* 24. *cap.* 44. *l.* 25. *c.* 3. *l.* 27. *c.* 36. quemadmodum & apud Gruter. *Inſcr. pag.* 503. laudatur ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ΚΑΙ' ΕΠΙ' ΤΩΝ ΞΕΝΩΝ. Ita & duas de criminibus quæſtiones interdum conjungi conſueviſſe, jam olim obſervavit Sigon. *de judic. lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 400.

tariæ cauſſa quatuor alios ex plebe, & in his binos, quos CEREALES vocavit *, adjecit. Dio Caſſ. *l.* 43. *extr. l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* Sueton. *in Jul. c.* 41.

§. 57. Addimus magiſtratus majores, aliquando extra ordinem creatos, veluti DICTATORES, in re trepida ab alterutro conſulum, cujus ſors exierat, nocte, ſilentio dictos: Livius *l.* 8. *c.* 23. Dio Caſſ. *l.* 36. DECEMVIROS legibus ferendis, quos ſemel tantum creatos, diximus. (§. 25.) TRIBUNOS MILITUM COS. POTEST. qui ab anno V. C. 311. quum de conſule alterutro ex plebe creando patribus cum plebe non conveniret, aliquamdiu loco coſſ. faſces tenuerunt: Liv. *l.* 3. *c.* 51. *c.* 51. *l.* 4. *c.* 6. INTERREGES, ad quos, abdicantibus ſe conſulibus, vel in magiſtratu exſtinctis, imperium curaque comitiorum conſularium redibat: Liv. *l.* 3. *c.* 8. *l.* 5. *c.* 31. *l.* 6. *c.* 1. *l.* 7. *c.* 17. *&* 21. *l.* 8. *c.* 23. denique PRÆFECTOS URBI, qui initio profectis ab urbe regibus, deinde feriarum Latinarum cauſſa, reliquis magiſtratibus in monte Albano ſacra facientibus, ut urbi interim præeſſent, ex nobili juventute extra ordinem creabantur *. Tacit. *Annal. l.* 6. *c.* 10. 11. Gell. *Noct. Attic. l.* 14. *extr. Excerpta Peireſc. pag.* 477. *& l.* 2. §. 33. *D. de orig. jur.*

§. 58.

* Alias ædilibus plebis præcipue incubuit cura annonæ & rei frumentariæ, adeo ut nihil in nummis frequentius ſit, quam ædilitatis iſtius χάραγμα puta duo modii cum ſpicis. Vaillant. *de famil. Rom. Tom.* 2. *pag.* 213. Ez. Spanh. *de uſu & præſt. numiſm. T.* 2. *pag.* 153. *ſeqq.* Videtur ergo Cæſar hanc annonæ curam ab ædilibus plebeiis ad cereales (quamvis & hi ex plebe eſſent,) tranſtuliſſe. Ceterum ineptiunt Alex. ab Alexandro *Genial. dier. l.* 2. *c.* 15. & Roſin. *Antiqu. Rom. lib.* 7. *c.* 1. & quotquot eos ſequuntur, ac ii, qui ex locis Dionis & Pomponii duos *prætores cereales*, quales numquam Roma vidit, exſculpunt. Eos vero jam ſatis refellit Bern. Henr. Reinoldus *Varior. cap.* 3. *pag.* 26. *ſeq.*

* Cave ergo hos præfectos urbi confundas cum illis, qui poſtea ab Auguſti temporibus ur-

§. 58. Sed & minores MAGISTRATUS alii *quotannis* vel ſtatis temporibus, alii interdum *extra ordinem* creabantur. Primi generis erant, qui numero rotundo XXVIRORUM nomine veniebant, quamvis eorum XXVI. numerarentur. Dio Caſſ. *l.* 54. *pag.* 540.[In eo numero erant DECEMVIRI STLITIBUS JUDICANDIS *, qui prætori cognoſcenti aderant in conſilio, Ulpian. *Fragm. tit.* 1. §. 13. & haſtæ judicioque centumvirali præerant. Sueton. *Aug. c.* 36. *l.* 2. §. 29. *D. de orig. jur.* Ger. Noodt, *de Juriſd. l.* 1. *c.* 12. Siccama *de judic. centumvir. c.* 9.

§. 58. In eodem XXVIRORUM numero erant QUATUORVIRI VIARUM PUBLICARUM CURANDARUM *, de quibus *l.* 2. §. 30. *D. de orig. jur.* Gruter. *Inſcr. p.* 16. *n.* 10. TRIUMVIRI A. A. A. F. F. id eſt, *auro*, *argento*, *æri flando feriundo*, Cic. *l.* 7. *ad diverſ. epiſt.* 13. TRIUM-

urbi præerant, & de quibus ſingularis in Pandectis exſtat titulus *de officio præfecti urbi*. Noſtri enim, de quibus hoc loco loquimur, fuerunt magiſtratus extraordinarii, & qui vice aliorum abſentium fungebantur: ii, qui ab Auguſto conſtituti, ordinarie præerant urbi, & quævis fere jura reliquorum magiſtratuum uſurpabant, non modo jus gladii intra urbem, ſed & jurisdictionem intra centum ab urbe lapides ſibi vindicantes. Sed de his infra plura dicendi locus erit.

* STLITIBUS veteres dicebant pro *litibus*, ut aſperitate quadam juvarent litteram nimis lenem L. Sic & *locus* illis erat STLOCUS, *latus* STLATUS, Feſt. *voce: Stlata*. De eo ἀρχαϊσμῷ plura Jan. Ruggerſ. *Lect. var. l.* 5. *c.* 16. Funcc. *de puerit. Lat. lingu. cap.* 4. §. 4. *p.* 263. Ceterum poſtremis temporibus auctum hunc numerum eſſe, vel inde patet, quod & XVVIRI immo & XXVIRI STLIT. JUD. occurrunt in marmoribus apud Reineſ. *Inſer. Claſſ.* 6. *num.* 42. 50. & 131.

* Dicti enim VIOCURI, Varr. *de lingua Lat. l.* 3. *p.* 6. & 38. Cujac. *Obſ. l.* 12. *cap.* 40. IVVIRI VIAR. CURAND. IV. VIAR. CURAND. Gruter. *Inſcript. pag.* 26. *n.* 10. IVVIRI ITER. Idem *pag.* 1066. *num.* 7. *pag.* 1078. *num.* 14. & *p.* 1083. *num.* 11. quod exponunt *quatuor viri iteris* pro itineris, cujus ἀρχαϊσμοῦ veſtigia paſſim ſuperſunt. De iis, uti & de reliquis magiſtratibus omnibus viarum curatoribus adcuratiſſime ſuo more egit Everard. Otto *de tutela viar. Part.* 2. *cap.* 5.

VIRI CAPITALES, qui carceris cuſtodiæ ſuppliciisque ſumendis præerant, quin & de furibus ſervis aliisque vilioribus capitibus cognoſcebant apud columnam Mæniam, *l.* 2. *§.* 30. *D. de orig. jur.* Epit. Liv. *l.* 11. Valer. Max. *l.* 5. *c.* 4. *exemp.* 7. Rupert. *ad Pomp. Enchir. l.* 2. *c.* 16. *p.* 138. *ſequ.* QUINQUIVERIS CIS & ULTRA TIBERIM, qui ſuæ quisque regionis ædificiis nocturno tempore incendiorum cauſſa præerant, *l.* 2. §. 31. *D. de orig. jur.* Liv. *l.* 31. *c.* 14. &, quorum poſtea ſuppreſſum eſt officium, IIVIRI CURATORES VIARUM extra urbem, *l.* 2. §. 3. *D. eod.* Dio Caſſ. *l.* 53. *pag.* 540. Ev. Otto *de tutel. viar. part.* 2. *c.* 5. *pag.* 375.

§. 60. Denique & extra ordinem aliquando creatos animadvertimus magiſtratus quosdam minores, veluti PRÆFECTOS ANNONÆ, Liv. 4. *c.* 12. QUINQUEVIROS MENSARIOS, Liv. *l.* 7. *c.* 21. DUUMVIROS NAVALES, qui oræ maritimæ præerant, claſſisque ornandæ reficiendæve curam habebant. Liv. *l.* 8. *c.* 30. *l.* 40. *c.* 18. *&* 26. Celebratur etiam in jure noſtro PRÆFECTUS VIGILUM, qui & ipſe magiſtratus extraordinarius *: *l.* 2. §. 33. *D. de orig. jur.* ſed eum ab Auguſto demum conſtitutum, non hujus eſſe epochæ, patet ex *l.* 3. *pr. D. de offic. præf. vigil.*

§. 61. Quum itaque conſulum munia poſtea per tot majores minoresque magiſtratus ſpargerentur: non mirum profecto eſt, plerosque eamdem ſibi ſumſiſſe poteſtatem, edictis jura nova conſtituendi, qua conſules uſos eſſe diximus (§. 18.) Uti enim hoc ideo fa-

* Præfectum vigilum magiſtratum eſſe negat Pomponius *l.* 2. §. 33. *D. de orig. jur.* Sed ſenſus eſt, eum inter magiſtratus ordinarios non fuiſſe, ceu ad eum locum recte obſervarunt Cujacius, *pag.* 24. *ſequ. edit. nov.* Jan. Guill. *de magiſtrat. Rom. litt.* G. *p.* 1. & Bynkersh. *Prætermiſſ. p.* 262. Quum vero ipſe Pomponius *d. l.* 2. §. 18. *eod.* dictatorem vocet magiſtratum, qui & ipſe extra ordinem in re trepida ſolebat creari: cur, quæſo, id nomen abjudicemus præfecto vigilum?

faciebant conſules, quod in regum locum ſucceſſiſſent (§. 18. juncta §. 4.): ita nihil æquius videbatur, quam eadem poteſtate gaudere reliquos magiſtratus, in quos quædam conſularis poteſtatis partes fuerant translatæ*.

§. 62. Quod itaque obſervavit Ariſtoteles *Polit. l.* 3. *c.* 11. *oportere leges dominas eſſe, ſi ſint recte ſcriptæ, magiſtratus autem* EDICERE *de illis*, περὶ ὅσων ἐξαδυνατοῦσιν οἱ νόμοι λέγειν ἀκριβῶς, διὰ τὸ μὴ ῥᾴδιον εἶναι, καθόλου δηλῶσαι περὶ πάντων: *de quibus leges exquiſite aliquid decernere nequeant*, *eo*, *quod non facile ſit ſermo-*

* Cauſſa ergo, quamobrem magiſtratus edicta poſſent proponere, non erat IMPERIUM, ceu exiſtimavit Car. Sigon. *de jure civ. Rom. lib.* 1. *cap.* 20. Nam & ÆDILES CURULES edicta proponebant, qui nec vocationem, nec prenſionem habebant, Gell. *Noct. Att. l.* 13. *cap.* 13. itemque TRIBUNI PLEB. *quos* SINE IMPERIO *eſſe*, diſerte ait Appius Claudius apud Liv. *l.* 2. *cap.* 52. nec non SACERDOTES, veluti pontifices & decemviri ſacrorum, Liv. *l.* 40. *cap.* 37. augures, Valer. Max. *l.* 8. *cap.* 2. *exempl.* 4. & in primis PONTIFEX MAX. cujus de edicto perpetuo, ſub ſacerdotii auſpicium propoſito videndi Tacit. *Hiſtor. l.* 2. *cap.* 91. Gell. *Noct. Attic. l.* 2. *cap.* 28. Jac. Guther. *de jure pontif. l.* 1. *cap.* 12. Jo. Andr. Boſ. *de pontif. max. Rom. cap.* 4. §. 1. Henr. Dodwell. *Adpend. prælect. Cambden. p.* 655. *ſeqq.* Et tamen ſacerdotes ſine imperio & poteſtate fuiſſe, ſcribit Livius *lib* 4. *cap.* 54. ipſeque fatetur Car. Sigon. *ibid. l.* 1. *cap.* 19. Fundamentum ergo genuinum juris edicendi eſt HONOR, quo quicumque fungebantur, ii & edicta reddebant. Honoribus autem fungebantur non modo magiſtratus, nec hi ſoli dicebantur HONORATI, Liv. *l.* 25. *cap.* 5. Ovid. *ex Ponto, l.* 4. *epiſt.* 5. *v.* 2. & *ad Liviam, v.* 329. Salluſt. *Catilin. cap.* 34. vel HONORE USI apud Flor. *Hiſtor. l.* 1. *cap.* 13. & Gruter. *Inſcr. pag.* 253. *num.* 6. *pag.* 387. *num.* 8. *pag.* 392. *num.* 2. verum etiam ſacerdotes, ut docent exempla apud Gruter. *pag.* 357. *num.* 3. & *pag.* 364. *num.* 1. Unde & hi æque edicebant, ac illi. Nec alia eſt ratio, cur jus, quod ex magiſtratuum edictis deſcendit, dicatur HONORARIUM. *l.* 52. §. 6. D. *de oblig. & act.* §. 7. *Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* Cujac. *Not. prior. ad d.* §. 7. & Revard. *de auctoritat. prudent. cap.* 10. *pag.* 1008.

*mone generali ſingulos caſus comprehendere* : id ſemper obſervarunt MAGISTRATUS ROMANI plerique, ut alucinentur omnino, qui ſolos PRÆTORES edicta reddidiſſe exiſtimant*.

§. 63. Quemadmodum ergo ſupra edicta REGUM (§. 4.) & CONSULUM (§. 18.) vidimus : ita apud veteres non minus celebrantur edicta DICTATORUM, quæ *pro numine olim obſervata eſſe*, ait Livius *l.* 8. *c.* 34. CENSORUM, ea, quæ ad civium diſciplinam pertinebant, complexa, Cornel. Nepos *Caton. c.* 1. & ex quibus quædam decerpſit Plin. *Hiſt. nat. l.* 8. *c.* 57. *l.* 13. *c.* 13. *l.* 14. *c.* 14. *l.* 36. *c.* 1. TRIBUNORUM PLEBIS, Cicero *in Verr.* 2. *c.* 41. qui aliquando & una cum prætoribus, & de communi utriusque collegii ſententia, edicta proponebant, Cic. *de offic l.* 3. *c.* 20. & ex edictis ſuis jus dicebant. Idem *in Verr.* 2. *c.* 41.*

§. 64.

* Ejus ſententiæ fuit Jaſon *in l.* 1. *pr. D. de nov. oper. nunciat. n.* 7. Et quamvis viro non indocto ignotum non fuerit, proconſules etiam & ædiles curules edixiſſe, ex *gloſſa* tamen *ad* §. 7. *Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* notat, præſides quoque provinciarum, & ædiles ex prætoribus fuiſſe. Quo nihil dici potuiſſet abſurdius. At, ſi fingamus, eos jure prætorio gaviſos, (quod tamen de ædilibus curulibus nemo dixerit) : pleroſque ſane alios magiſtratus edicta propoſuiſſe, jam obſervarunt Pomponius *l.* 2. §. 10. *D. de orig. jur.* Modeſtinus *l.* 52. §. 6. *D. de obligat. & action.* Theophilus *ad* §. 7. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Guil. Maran. *in Paratitl. pag.* 91. Camill. Borell. *de edict. magiſtrat.* 1. 17. 6. & alii.

* Eo minus vero dubitandum de magiſtratibus, qui liberam adhuc rem publicam adminiſtrabant, quo certius conſtat, ea jam occupata pleroſque magiſtratus jus edicendi ſibi more majorum vindicaſſe. Turcii Aproniani, PRÆFECTI URBI, (de quo aliiſque Aproniis legendus Lud. Anton. Muratorius *Anecdot. Tom.* 1. *pag.* 141. *ſeqq.*) bina edicta notatu digniſſima exſtant apud Gruter. *Inſcr. pag.* 747. *num.* 6. 7. Similia aliorum *præfectorum urbi* ſuggerit Ammian. Marcellin. *Hiſtor. l.* 27. *cap.* 9. *l.* 28. *cap.* 4.

Avi-

§. 64. At celeberrima omnium ſunt edicta PRÆTORUM, ÆDILITIA & PROVINCIALIA, quia ex is pleraque in jus juſtinianeum migrarunt. Edicebant vero non modo prætores URBANI, verum etiam PEREGRINI *, Valer. Max. *l.* 1. *c.* 3. *exempl.* 2. Boeth. *ad Cicer. Topic.* Theophil. *ad* §. 7. *Inſt. de jur. nat. gent.* & *civ.* immo & qui eorum PROVINCIAS aut QUÆSTIONES PUBLICAS fuerant ſortiti. De illis paullo poſt erit dicendi locus. Horum exempla exſtant apud Ciceron. *pro P. Sext. cap.* 41. Varron. *de lingua Lat. l.* 5. *pag.* 62. Add. Fridr. Brummer. *ad leg. Cinc. c.* 6. §. 7. & 8.

§. 65. Edictorum prætoriorum æque, ac aliorum magiſtratuum alia REPENTINA erant, quæ, prout res inciderent, proponebantur, alia ad PERPETUAM JURISDICTIONEM, id eſt, per totum magiſtratus tem-

 pus

Avidii porro Flacci, PRÆFECTI AUGUSTALIS Ægypti edictum laudat Philo *in Flacc. pag.* 966. & *p.* 972. Quin ne minores quidem magiſtratus dubitaſſe edicta de rebus ad curam ſuam pertinentibus reddere, patet exemplo QUAESTORUM, de quibus Cicero *in Verr.* 3. *cap.* 7. *L. Octavio & C. Cottæ coſſ. ſenatus permiſit, ut vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te* QUAESTORES *in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderent, legemque his rebus, quæ ipſis viderentur,* EDICERENT. Ubi manifeſto permittitur conſulibus, quod antea ad quæſtorum pertinebat officium, ut edicta de venditionis legibus proponerent.

* His a nobis adlatis teſtimoniis Ev. Otto *in Not. ad Inſtit. pag.* 42. addit aliud Ciceron. *ad diverſ. Lib.* 13. *epiſt.* 59. ubi Tullius Curtium Peduceanum, prætorem tum peregrinum, *edicti & inſtituti ſui* admonet. Recte ergo id jam olim obſervavit Bern. Henr. Reinoldus *Varior. cap.* 37. *pag.* 267. quum ea de re dubitaſſent viri doctiſſimi, Franc. Hotomanus *de magiſtrat. pop. Rom. pag.* 396. & Nic. Hieron. Gundling. *in* Πρῶτ. *Pandect. tit. de orig. jur.* §. 31. quorum prior prætorem peregrinum ex edicto urbano: poſterior ex juris naturæ & gentium principiis jus dixiſſe, cenſent. Sed ubi manifeſta in promptu ſunt veterum teſtimonia, ariolari nec licet, nec decet.

pus explicandam, pertinebant *, *l. 7. pr. D. de juriſdict.* Horum porro quædam erant TRALATITIA, quæ ex ſui quisque deceſſoris edicto in ſuum totidem pæne verbis transferebat, & NOVA, quæ quisque de ſuo veteri edicto quotannis adſtruebat. Quamvis enim multo maxima pars eorum, quæ prætores edicere conſueverant, certa viderentur propter vetuſtatem: Cicero *de invent. l. 2. c. 22.* non temere tamen quisquam auſpicabatur præturam, quin nova quædam adſueret capita **, vel ætatem latura, ſi laudem haberent æquitatis, vel negligenda a poſteris, ſi ambitioſa aut iniqua eſſent. Ex quo patet, cur edictum prætorium a Cicerone *in Verrem 2. c. 42.* vocetur *lex annua, cui finem adferant Kalendæ Januariæ.*

§. *66.* Ea edicta prætores ſub auſpicia magiſtratus ſui

* Equidem in *l. 7. D. de juriſdict.* verba quædam a Triboniano explicationis cauſſa inſerta eſſe videntur viris doctis. Cujac. *Obſ. lib. 21. c. 24.* Jan. a Coſta *ad* §. 12. *Inſt. de action.* At res ipſa tamen, puta quod edicta quædam perpetuæ juriſdictionis cauſſa propoſita, alia repentina fuerint, aliunde ſatis certa eſt. De prioribus nemo dubitaverit. *Repentinorum*, vel *peculiarium*, quæ *ex tempore* proponi ſolita ſint, meminit Cicero *in Verr. 3. cap. 14.* edictorum, *quæ ratio temporum reddi* poſtularit Plinius *Hiſt. nat. l. 37. cap. 1.*

** Atque hinc intelligitur, cur quædam edicta auctorum ſuorum nomina retinuerint, veluti DRUSI apud Ciceron. *ad Attic. lib. 7. Epiſt. 2.* CN. OCTAVII quod metus cauſſa. Idem *ad Q. fratr. lib. 1. epiſt. 7.* C. AQUILLII de dolo malo. Id. *de nat. deor. lib. 3. c. 30.* PUBLICII de actione in rem, & reſtitutione majorum viginti quinque annis. §. 4. *Inſt. de act. l. 35. D. de oblig. & act. l. 57. D. mand.* Ut jam non dicam de actionibus SERVIANA, CALVISIANA, FABIANA, PAULLIANA, edicto CARBONIANO, interdicto SALVIANO, quæ omnia ex prætorum ſunt edictis, eaque nomina acceperunt, quod prætores iſti primi hæc edicta, tamquam nova, tralatitiis majorum ſuorum adſtruxerunt, eaque poſtea ob æquitatem a poſteris retenta maximam paullatim auctoritatem in foro ſunt conſequuta.

ſui ſolebant proponere. Inituri enim honorem in concionem adſcendebant, & pro roſtris habita more majorum oratione, quæ eſſent in jure dicundo obſervaturi, EDICEBANT. Cicero *de finib. l.* 2. *c.* 22. Id eſt, edictum ſuum, domi compoſitum, non modo per præconem recitari, ( quod ex μιμήσει imperatoris hiſtrici apud Plaut. *in prolog. Pœnuli v.* 11. *ſequ.* colligitur *), verum etiam ſcriptum in ALBO publice proponi jubebant. Unde formula edictalis: APUD. FORUM. PALAM. UNDE. DE. PLANO. RECTE. LEGI. POTEST, ( vel ἀρχαϊκῶς, POTESTUR, de qua forma vid. Voſſ. *de arte grammat. l.* 5. *c.* 36. *pag.* 319. *Tom.* 2. *Oper.*) De ea formula legi poſſunt Joſeph. *Antiqu. Judaic. l.* 13. *c.* 12.



* Ibi enim prologus comœdiæ, qui ſe *magiſtratum* vel *imperatorem hiſtrionicum* fingit, primum præconem ita excitat:

*Exſurge, præco, fac populo audientiam:*
*Jamdudum exſpecto, ſi tuum officium ſcias.*

Deinde recitat ipſum edictum fictitium:

BONUM FACTUM 'ST, *edicta ut ſervetis mea*,

eoque finito ſubiicit:

*Hæc, imperata quæ ſunt, pro imperio hiſtrico,*
BONUM, *hercle*, FACTUM, *pro ſe quiſque ut meminerit*.

Eſt vero hæc formula: BONUM FACTUM, antiqua & ſollemnis, quam edictis ſuis præmittebant magiſtratus, quamque Joſephus *Antiquit. Jud. l.* 15. *cap.* 10. & *Lib.* 18. *cap.* 5. exprimere ſolet: ΚΑΛΩΣ ΕΧΕΙ, quæ verba ſollemnia in *Hudſoniana* peſſime vertuntur: *proinde æquum eſſe cenſeo:* Appianus vero *de bello civil. l.* 4. *pag.* 593, 595. & 607. & veteres lapides apud Selden. *in Marm. Arundell. pag.* 130. Reineſ. *Inſcript. pag.* 497. Smith. *de ſept. eccleſ. Aſiæ, pag.* 20. *ſequ.* & Jac. Gronov. *in Memoria Coſſoniana, pag.* 142. 145. & 148. ΑΓΑΘῌ ΤΥΧῌ, qua formula ideo uti noluiſſe videtur Ioſephus Judæus, quod *Bonam Fortunam* pro dea colerent Romani. Alex. ab Alexandr. *Genial. dier. lib.* 1. *cap.* 12. Dalechamp. *ad Plin. Hiſt. nat. lib.* 1. *cap.* 7. Ceterum de formula edictali: BONUM FACTUM, conſuli debet Barn. Briſſon. *de formul. pop. Rom. lib.* 3. *pag.* 274. *ſequ.*

12. *l.* 18. *c.* 4. Auſon. *Grat. act. ad Gratian. Imp. cap.* 21. Cujac. *Obſ. l.* 7. *c.* 29.

§. 67. His porro edictis prætores non modo leges, propoſitis actionibus vel exceptionibus, adjuvabant, ſed & multa, quæ prætervidérant legislatores, conſtituebant, quin & rigorem legum æquitate temperabant, ne videlicet ſummum jus in ſummam evaderet injuriam. Quæ omnia eleganter complexus Papinianus, *jus prætorium* ADIUVANDI, *vel* SUPPLENDI, *vel* CORRIGENDI *juris civilis gratia, propter utilitatem publicam, introductum eſſe*, ait *l.* 7. §. 1. *D. de juſt. & jur.*

§. 68. Ipſum equidem jus ſcriptum directe mutare edictis ſuis non poterant prætores, idque non modo ipſi præ ſe ferunt, quoties in edictis ſuis LEGES, SCTA, EDICTA, DECRETAQUE PRINCIPUM diſerte excipiunt, *l.* 7. §. 7. *D. de pact. l.* 1. §. 5. *D. de poſtul. l.* 1. §. 1. *D. quib. ex cauſſ. maj.* ſed & juriſconſulti paſſim profitentur. *l.* 12. §. 4. *D. de Public. in rem act. l.* 12. §. 1. *D. de bon. poſſ.* Enimvero ut mali magiſtratus poteſtate, etiam legitima, facile abutuntur: ita & de prætoribus idem obſervat Dio Caſſ. *Hiſtor. l.* 36. *pag.* 19. dum ſcribit: οὐ γὰρ οἱ στρατηγοὶ πάντα τὰ δικαιώματα, ἃ περὶ τὰ συμβόλαια διετέτακτο, ἐτόιουν, οὔτε ἐσάπαξ τοῦτ᾽ ἐποίουν, οὔτε τὰ γραφέντα ἐτήρουν, ἀλλὰ πολλάκις αὐτὰ μετέγραφον: *neque enim prætores omnia ea jura, quæ ad contractus dirigendos conſtituta erant, obſervabant, neque id unquam fecerant, ſed ſæpenumero ea variaverant* *.

§. 69.

* Poteſt id per inductionem, quam vocant, probari, modo ad leges 12. tabularum reſpicere velimus. Ita ſane prætor mutavit pœnam furti manifeſti, Gell. *Noc. Attic. l.* 11. *cap. ult.* Theophil. *ad* §. 2. *Inſt. de perpet. & temp. act.* pœnam frugis noctu demeſſæ, Plin. *Hiſt. nat. l.* 18. *c.* 3. injuriarum, Gell. *Noct. Attic. l.* 20. *c.* 1. actiones arborum furtim cæſarum. Plin. *Hiſt. nat. l.* 17. *c.* 1. depoſiti dolo malo abnegati, *Pariat. Moſ. & Rom. leg. tit.* 10. §. 6. condi-

§. 68. Quod ergo directe non poterant prætores, id indirecte, adhibitisque quibuſdam artibus, eos præſtitiſſe, dudum oſtendimus. Nam & NOVIS excogitatis VOCABULIS leges eludebant, & actiones civiles, datis EXCEPTIONIBUS & RESTITUTIONIBUS, evertebant, & FICTIONIBUS ſuis efficiebant, ut aliam pæne faciem induerent jura civilia *, *Antiq. Rom. l.* 2. *tit.* 14.

§. 70.

ditionem liberorum emancipatorum, §. 9. *Inſt. ſucceſſ. ab inteſt.* nec non cognatorum. *l.* 1. *D. unde cogn.* Nec magis prætor pepercit aliis legibus, veluti Aquilliæ, cujus capita quædam exſtitiſſe *de ſervo corrupto & de effuſis & dejectis*, quæ deinde prætor edicto ſuo excluſerit, ſuſpicatur Bynkersh. *Obſ. l.* 1. *c.* 13. Jam obiter addo, eam veram ac genuinam eſſe rationem, cur actiones quædam pœnales, licet prætoriæ, tamen ſint perpetuæ, veluti actiones furti manifeſti, *pr. Inſt. de perpet. & temp. act.* arborum furtim cæſarum, *l.* 7. §. 6. 7. *D. arb. furt. cæſ.* furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios, *l. ult.* §. 9. *D. naut. caup. ſtab.* depoſiti miſerabilis, *l.* 18. *D. depoſ.* ſervi corrupti, *l.* 13. *D. de ſerv. corr.* de effuſis & dejectis, ſi non de occiſo libero homine agitur, *l.* 5. §. 5. *D. de his, qui effud. vel dejec.* Omnes enim hæ actiones non ſunt origine prætoriæ, ſed civiles, at immutatæ & correctæ a prætoribus.

* Ita NOVIS ludebant VOCABULIS, dum iis, qui *heredes* eſſe non poterant, dabant *bonorum poſſeſſionem*, dum argentarios non *promittere*, ſed *recipere*, eoſque, qui rem a ſe aliiſque promiſſam iterum promittebant, *conſtituere*, dicebant, atque inde dabant actiones *receptitiam & conſtitutæ pecuniæ*: *l.* 1. §. 1. *l.* 16. §. 2. *l.* 18. §. 1. *l.* 25. *D. de conſt. pec. l.* 2. *C. eod.* quaſi inter *paciſci*, *promittere*, *recipere*, *conſtituere*, tantum intereſſet diſcriminis, ut priora non mererentur actionem, poſteriora mererentur. Deinde & variis EXCEPTIONIBUS elidebant jura: & iis quidem non tantum æquis, veluti *pacti*, *doli mali*, ſimilibus, ſed & iniquiſſimis, qualis vere fuit *exceptio lenocinii* apud Valer. Max. *l.* 7. *cap.* 7. *exempl.* 7. Quod & de RESTITUTIONIBUS dicendum, quas ſæpe dabant prætores mali, quando minime oportebat, ceu patet exemplo C. Verris apud Ciceron. *in Verr.* 1. *cap.* 16. FICTIONUM exempla omni exceptione majora ſunt in §. 4. *Inſt. de action.*

§. 70. Enimvero adverſus omnes, qui prætori hæc exprobrant, ſtilum vindicem, quod mireris, expedivit GOTTL. CORTIUS, editis Lipſiæ *Vindiciis prætoris ac juris honorarii*, ubi iis, qui talia ſcripſerunt, tam vehementer indignatur, ut magis non potuiſſet, ſi conjuraſſent adverſus rem publicam. Et tamen vir ille doctus, effuſa omni bile, magno conatu maximas nugas egit. *

§. 71.

* Primo enim mutato ipſo quæſtionis ſtatu §. 4. *p.* 3. ſe non perfidorum ac malitioſorum prætorum, ſed præturæ cauſſam acturum, minatur. Quaſi ipſam præturam quisquam mortalium impugnaſſet, aut alii prætores, quam perfidi ac malitioſi, iſtis artibus abuſi ſint. Cum larvis ergo pugnat vir doctus, neminem habiturus adverſarium. Deinde oſtenſurus, prætores, ne ſi voluiſſent quidem, his artibus uti potuiſſe, a §. 5. multa ex adverſariis ſuis corradit de inſigni Romanorum cura in ſervandis legibus, de edictis conſentiente ſenatu ſcriptis, de inter ceſſione tribunorum plebis, qua & adverſus iniqua edicta prætorum uti potuerint, denique de jurejurando, quod in leges jurarint prætores. Enimvero, qua fronte negatur fieri potuiſſe id, quod re ipſa factum eſt? Jus prætores edictis evertiſſe, & Dio teſtatur, & Cicero: qui ergo everti non potuit? Cur, quæſo, C. Verrem, talia auſum non cohibuit inſignis iſta Romanorum cura in ſervandis legibus? cur hunc ſenatus non in ordinem coegit auctoritas? cur tribuni plebis non domuerunt? & cur hominem non ſaltim juris jurandi religio in officio continuit? Præterea, ſi quid aliud, falſum eſt, prætores edicta ſua, vel de ſenatus, vel de collegii tribunicii ſententia compoſuiſſe, neque id probant adducta a viro docto teſtimonia. Præterea ridiculum eſt, vindicem initio negare, prætores his artibus uti potuiſſe, & poſtea tamen §. 8. non modo fateri, eos jura mutaſſe, ſed & jure id ab illis factum eſſe contendere: partim, quod *ſimilis legiſlatoriæ eſſe debeat prætorum poteſtas*, (quo neſcio an quidquam ſcribi potuiſſet inſulſius), partim, *quod populo potius vitio vertendum ſit, quod tamdiu vetuſtis obſcurisque legibus inhæſerit*. Quid ergo ſibi vult vindex? cur iis indignatur, qui prætores

jura

§. 71. Sed & id ſibi adrogaverant prætores, ut edicta per annum, quotieſcumque collibitum eſſet, mutarent, idque plerumque facerent εἰς χάριν καὶ κατ' ἔχθραν τινῶν, *in gratiam odiumque certorum hominum*: Dio Caſſ. *l.* 36. *pag.* 19. Aſcon. Pædian. *in argum. orat. pro C. Cornelio, majeſt. reo* *, adeo, ut ad coercendam

jura mutaſſe cenſent? cur id fieri potuiſſe negat? Non minus abſonum eſt, quod §. 9. illam veterum querelam, in primis locum Dionis Caſſii non de ordinariis annuis, ſed de ſubitaneis prætorum edictis accipiendum eſſe ait, veluti de citatoriis, monitoriis, ſimilibusque. Quaſi vero lex Cornelia, de qua ibi agit Dio Caſſius, ad edicta ſubitanea pertinuerit, & quaſi ulli magiſtratui lege præcipi poſſit, ut omnia edicta ſubitanea, citatoria, monitoria ſub auſpicium honoris ſui ſemel ſimulque proponat. Nugæ! Denique ubi ad rem ipſam ſe accingit vindex, artes iſtas prætoribus injuria tribui oſtenſurus, multum interfuiſſe monet inter bonorum poſſeſſionem & hereditatem, ubi pleraque, quæ nemo dupondiorum ignorat, quædam & falſiſſima adfert. Deinde exceptiones æque, ac reſtitutiones in integrum æquiſſimas eſſe contendit, quum nemo eas iniquitatis coarguerit, & veriſſimum tamen ſit, prætores, qui æquas vel exceptiones vel reſtitutiones invexerunt, potuiſſe etiam invehere iniquiſſimas, easque aliquando re ipſa invexiſſe. Poſtremo, ne quid ineptiarum deſit; fictiones fictiones eſſe negat, easque nihil aliud, quam *veritates probabiles, & interpretationes extenſivas eſſe*, contendit. Nam veritas admodum probabilis eſt, eum, qui uſucepit, uſucepiſſe, non uſucepiſſe autem, qui uſucepit. Hoc vero eſt, quod ignorabamus miſeri. Quæ ſub finem diſſertationis adcumulantur de abſentium præſentia, de ſervitute pœnæ, id eſt, Furiarum, & ſimilibus juris, quod homo iſte numquam intellexit, capitibus, tam frigida ſunt, ut nolim ea recenſendo anno tam inſalubri febrim lectori excitare. Saltim ſi veterum prætorum aliquis has prætoris vindicias legiſſet, eum non dubito exclamaturum fuiſſe:

*Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis*
*Tempus eget.*

* Feciſſe id animadvertimus C. Verrem. Is edicto L. Annio heredi ſecundo P. Annii Aſellii edicto condonavit hereditatem, excluſa filia unica

dam iſtam prætorum licentiam opus eſſet edicto ipſorum prætorum: QUOD QUISQUE JURIS IN ALTERUM STATUIT, UT IPSE EODEM JURE UTATUR. *l.* I. *D. quod quisque jur. in alt. ſtat.*

§. 72. Id quum demum intolerabile videretur civitati liberæ, & jus incertiſſimum redderet: anno ab V. C. 585. *L. Æmilio Paullo* & *C. Licinio Graſſo* coſſ. *V. Kal. Apr.* in curia Hoſtilia factum eſt SC. UTI PRÆTORES EX SUIS PERPETUIS EDICTIS * JUS DICERENT. Cujus SCti notitiam verbaque debemus *Actis diurnis*, quorum fragmenta quædam inſignia ediderunt Steph. Vin. Pighius *Annal. Rom. Tom.* 2. *pag.* 378. Reineſ. *Inſcript. Claſſ* 4. *num.* 2. & omnium adcuratiſſime Henr. Dodwello, Adpend. *prælect. Cambden. p.* 665. *ſeq.*

§. 73. At ne id quidem SC. par fuit illi prætorum licentiæ. Nam multo poſt illa tempora C. Verres in ur-

ca herede a patre inſtituta. Cic. *in Verr.* I. *cap.* 41. De eo edicto Cicero *ibid. cap.* 42. *ac ſi hoc juris non unius cauſſa hominis edixiſſes, cautius compoſuiſſet*. Idem. *cap.* 45. refert, ridiculum edictum propoſuiſſe Verrem in gratiam heredis Minucii, cujus teſtamentum alioquin jure nullum erat. *Componit*, inquit, *edictum, iis verbis, ut quivis intelligere poſſit, unius hominis cauſſa conſcriptum eſſe, tantum quod hominem non nominat*. Talia permulta ſunt in illis in Verrem orationibus.

* Neque tamen PERPETUUM dicitur hoc edictum, quaſi æternum duraturum, quale eſſe debuit illud a Salvio Juliano compoſitum ſub Hadriano: ſed quod illud per totum annum nullam ſubiturum eſſet mutationem. Nam *perpetuum* dicitur etiam, quod eſt continuum, vel non interruptum, quamvis non infinitum. Sic *palus* PERPETUA apud Cæſarem *de Bello Gall. l.* 7. *c.* 57. PERPETUA *amicitia* apud Q. Ciceron. *de petit. conſul. c.* 6. *biennium* PERPETUUM apud Terent. *Hecyr. Act.* I. *ſcen.* 2. *v.* 12. ubi Donatus: *ut continuationem caſus ſui oſtenderet*, PERPETUUM *dixit*. Hujus notionis quum non meminiſſent Menardus *in Cicer. in Verr.* I. *pag.* 103. Guil. Grot. *de vit. JCtor. l.* 2. *c.* 6. non mirum eſt, eos maxime cæcutiiſſe circa naturam edicti perpetui, quale ante Hadrianum Imp. invaluerat.

urbe, & in Sicilia edicta ſua in gratiam odiumque aliorum frequenter mutabat, & varie jus dicebat. Cicero in *Verr.* 1. *c.* 46. Nec religioſius reliqui prætores edicta ſua ſervabant. Quo factum eſt, ut anno ab V.C. 586. C. CORNELIUS, trib. pleb. magna cum nobilium hominum offenſione * legem ferret, UT . PRÆTORES . EX . EDICTIS . SUIS . PERPETUIS . JUS . DICERENT . *Quæ* LEX CORNELIA *tum gratiam ambitioſis prætoribus, qui* VARIE *jus dicere adſueverant, ſuſtulit*, uti obſervat Aſcon. Pædian. *ibid.* Meminit ejuſdem legis Dioſſ. *l.* 36. *pag.* 19. qui ejus ſententiam ita exprimit: Κατ' ἀρχάς τε εὐθὺς στρατηγοὺς τὰ δίκαια, οἷς χρήσονται προλέγειν καὶ μηδὲν ἀπ' αὐτῶν παρατρέπειν: *ut & ſtatim prætores principio edicerent, quo jure eſſent uſuri, & deinde nequaquam ab eo deflecterent.*

§. 74.

* Rem perſpicue expoſuit Aſcon. Pædianus in *argumento orationis pro C. Cornelio, majeſtatis reo.* C. Cornelius, homo non improbus vita habitus, quæſtor Cn. Pompeii, dein tribunus plebis, Piſone conſule, retulerat ad ſenatum, *nequis legatis exterarum nationum pecuniam expenſam ferret.* Relationem repudiabat ſenatus, quo ex ordine plerique hac credita pecunia permagnum & turpiſſimum lucrum faciebant. Offenſus ea re Cornelius in concionibus ſenatum turpis lucri accuſat, ſimulque legem rogat, qua ſenatus minueretur auctoritas, *ne quis, niſi per populum, legibus ſolveretur.* At ſenatus facile monuit P. Servilium Globulum, tribunum pleb. ut Cornelio obſiſteret. Et ſane orto tumultu, in quo & C. Piſonis coſ. faſces fracti, lapideſque in conſulem ex ultima concione jacti ſunt, concilium tum dimittendum fuit. Poſtea ſine tumultu pertulit legem paullulum emendatam, *ne quis a ſenatu legibus ſolveretur, niſi ducenti adfuiſſent.* Audacior hoc ſucceſſu factus & alias leges, & hanc de prætorum edictis promulgavit tulitque, per quas contentiones pæne totus ejus tribunatus peractus eſt. Sequenti deinde anno reus majeſtatis factus eſt a Cominiis fratribus, defenſuſque a Cicerone, deſiſtentibus accuſatoribus, evaſit, nomenque ejus de reis exemtum eſt. Plura ſciremus, ſi orationes illæ Ciceronis integræ ad nos perveniſſent. Jam vix fragmenta quædam nobis ſervavit laudatus Aſconius.

§. 74. Hac ergo lege effectum eſt, ut non modo paullo minus neceſſarium eſſet edictum: QUOD QUISQUE JURIS IN ALTERUM STATUIT, niſi quis repentino aliquo edicto damnum ſenſiſſet, ſed & ipſum jus prætorium in poſterum paullo videretur certius, quod pleraque tralaticia edicta in albo legerentur, & prætores, licet quotannis edicerent, pauca tamen nova capita veteribus adſtruerent. Hinc JCti ex eo tempore edicta prætoris colligere, ſuiſque illuſtrare cœperunt animadverſionibus, veluti SER. SULPICIUS, *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* * A. OFILIUS, *d. l.* 2. §. 44. *D. eod. l.* 1. *D. ne quis eum, qui in jus voc.* ET ANTISTIUS LABEO, *l.* 1. §. 5. *D. de fugitiv.* Gell. *Noct. Att. l.* 13. *c.* 10.

§. 75. Eodem jure, quo prætores, etiam ÆDILES CURULES de rebus ad curam ſuam pertinentibus (§. 56.) edicta propoſuiſſe diximus, * (§. 61.) quæ & ipſa

* Sunt hi ipſi libri, qui alias *ad Brutum* ſcripti dicuntur. Hinc Pomponius: *Idem* Ofilius *edictum prætoris primus diligenter compoſuit, nam ante eum* SERVIUS *duos libros ad Brutum perquam breviſſimos ad edictum ſubſcriptos reliquit.* Et *l.* 5. §. 1. *D. de inſtit. act.* laudatur SERVII *liber primus ad Brutum*: non quaſi Bruti, JCti, libros commentario illuſtrarit, ſed quod has meditationes edictales M. Bruto, Julii Cæſaris interfectori, cui Cicero etiam libros *de finibus* & *de natura deorum*, itemque *Oratorem* & *paradoxa* ſua nuncupaverat, inſcripſiſſet. Ev. Otton. *Ser. Sulpic. cap.* 7. §. 3. *pag.* 1598. *Tom.* 5. *Theſaur. jur. civ.* Ceterum quum vix minus neceſſariis ſcriptionibus operam dediſſe virum negotioſiſſimum, probabile ſit: recte ex ipſa brevitate, qua uſus dicitur, colligere mihi videor, prima hunc libellum complexum eſſe juriſprudentiæ elementa, eumque adeo in gratiam auditorum prodiiſſe. Studium ſane juris tum ab edicto auſpicatos eſſe plerosque, teſtatur Cicero *de legib. lib.* 1. *c.* 5. *a prætoris edicto pleríque nunc, non a* 12. *tabulis, ut ſuperiores, hauriendam juris diſciplinam, putant.* Vid. Jac. Perizon. *de leg. Vocon. pag.* 219. *edit. nov.* Ever. Otto *ib. p.* 1599.

* Quod jus ab ipſa magiſtratus ſui origine videntur uſurpaſſe. Nam jam Plautus qui

ipſa *juris honorarii portio* erant. §. 7. *Inſt. de jur. nat. gent. & civil.* Nec tamen, ſicuti prætores, ſingulis videntur edixiſſe, ſed communiter. Cujac. *Obſ. l.* 25. *c.* 16. Unde vix legas in *Digeſtis*: *ait ædilis*: ſed in numero plurativo: AJUNT, VOLUNT, NOLUNT, PRÆCIPIUNT, & DENUNCIANT, LOQUUNTUR, ORDINE FECERUNT ÆDILES, cetera. *l.* 1. §. 1. *l.* 17. §. 17. *l.* 25. *pr. l.* 44. *pr. l.* 37. *l.* 38. §. 1. *l.* 25. §. 10. *D. de ædil. edict.*

§. 76. Quamvis vero Ev. Otto *de tutel. viar. Part.* 3. *c.* 2. *pag.* 428. contra Albericum a Porta, Fulgoſium, Zoeſium, & Boeckelmannum, recte obſervavit, non unum fuiſſe edictum ædilicium, ſed plura, & ad varias cauſſas, de quibus eorum erat juriſdictio, pertinentia, eaque demum in unum collecta corpus ſuis partibus & titulis diſtincta videri: in jure tamen noſtro tria tantum ſuperſunt capita, quæ ſola Salvius Julianus in edictum perpetuum retulit, *l.* 1. §. 1. *ſeq. D. de edil. edict.* Unum de mancipiorum, *l.* 1.* §. 1. *D. eod.*

qui centum circiter & ſeptuaginta annis poſt primos ædiles curules ſcripſit, ad edictum eorum, tamquam rem notiſſimam, ſuo more adludit *in Captiv. Act.* 4. *ſcen.* 2. *v.* 43.

*Eugepe*, EDICTIONES AEDILICIAS *hic habet quidem*:
*Mirum adeoque eſt, ni hunc fecere ſibi Ætoli agoranomum.*

Loquitur enim de Ergaſilo paraſito, qui adcurrens in via invehitur in *piſtores ſcrophipaſcos, qui alunt furfuri ſues, quarum odore præterire nemo piſtrinum poſſit*: deinde in *piſcatores, qui præbeant populo piſces fœtidos, qui advehantur quadrupedanti crucianti canterio, quorum odor ſubbaſilicanos omnes abigat in forum*: tum in *lanios, qui concinnent liberis orbas oves, qui locent cædundos agnos, & duplam agninam dent, qui petroni nomen indant verveci ſectario*. Hæc omnia ad ædilium curam pertinebant, adeoque eleganter a Plauto vocantur *edictiones ædiliciæ*.

* At ne id quidem caput ſatis integrum in Pandectis reperitur. Quum enim in *l.* 1. §. 1. *de edil. ædict.* venditores tantum jubeantur CERTIORES FACERE EMTORES, QUID

*eod.* alterum de jumentorum venditionibus, *l.* 38. §. 1. 2. *D. eod.* tertium de cane, verre, ſimilibuſque animalibus ibi, ubi vulgo iter fit, non habendis, *l.* 40. *ſeq. D. eod.* Quod poſtremum erudite illuſtravit Otto *ibid.*

§. 77. Paſſim tamen & aliorum hujus edicti capitum exſtant veſtigia. Quum enim & funerum cura penes ædiles eſſet: permulta edixiſſe videntur de ſumtibus funerum, ritibus funebribus, & ſtructura monimentorum ſepulcralium. Ovid. *Faſtor. l. 6. v. 663.*

*Adde quod* ÆDILIS *pompam qui funeris irent,*
*Artifices ſolos juſſerat eſſe decem* *.

Et Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 2. *num.* 73. *pag.* 291. elegans deſcribit marmor, in quo C. Ceſtii heredes profitentur,

QUID MORBI VITIIQUE CUIQUE SIT, EAQUE OMNIA PALAM RECTE PRONUNCIENT: verba vetuſta & τοπικά apud Gell. *Noct. Attic. l.* 4. *c.* 2. ita ſe habent: TITULUS SERVORUM UTEI SCRIPTUS SIT COERATO, ITA UTEI INTELLIGI RECTE POSSIT, QUID MORBI, *cet.* Tituli hujusmodi, quo vitia morbive mancipiorum exprimi ſolebant, meminerunt Seneca *Epiſt.* 46. & Philoſtrat. in *Vit. Apollon. Tyan. l.* 3. *c.* 25. *pag.* 15. *edit. Olear.* ubi ἔπαινος τῶν ἀνδραπόδων ΤΟ ΜΗ ΚΛΕΠΤΕΙΝ ΑΥΤΑ: *titulus mancipiorum*: NON FURANTUR.

* Quum ex Cicerone *de legib. l. 2. c.* 23. conſtet fuiſſe: TRIBUS RICINIS ET DECEM TRICINIBUS FORIS EFFERRE JUS ESTO: verba Ovidii ſollicitare non dubitat Jac. Gothofredus *Not. in* 12. *tabul. p.* 233. pro *ædilis*, reſcribens EDICTIS, & per *edicta* intelligens 12. tabulas, quæ adpellatio ſine exemplo eſſe videtur. Et cur non legem 12. tabularum, luxu inſequentium ſæculorum, ut fieri ſolet, everſam, in uſum revocare potuerint ædiles? Vid. Petr. Burmann. *ad Ovid. Tom.* 3. *pag.* 424. *ſeq.* Hos ſane de minuendis funerum impenſis edixiſſe, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt ob lapidem Reineſianum. Ex quo ſimul patet, quomodo ſint intelligenda verba Ciceronis *Philipp.* 8. *c.* 7. *ſenatum cenſuiſſe, atque e re publica exiſtimare, ædiles curules* EDICTUM, *quod de* FUNERIBUS *habeant, Ser. Sulpicii L. E. Lemo-*

tur, ſe monimentum feciſſe ex pecunia, quam pro ſuis partibus receperint ex venditione Attalicorum, QUÆ EIS PER EDICTUM ÆDILIS IN SEPULCRUM C. CESTII INFERRE NON LICUERIT. Conf. Cicer. *ad Attic. l.* 12. *epiſt.* 35. 36.

§. 78. Aliud edicti ædilicii caput de caſtratoribus puerorum quadruplo puniendis, memoratur *l.* 27. § 6. *D. ad leg. Aquill.* quod juvenili, ſed docta commentatione illuſtravit Ever. Otto edita *Steinvord.* 1710. Apud Macrobium porro *Saturn. l.* 2. *c.* 6. legimus ædiles aliquando propoſuiſſe edictum: NEQUIS ALIQUID IN SCENAM PRÆTER POMUM JACERE VELLET: Caſcellium vero JCtum, interrogatum, num nux pinea pomum ſit? facete reſpondiſſe: *ſi in Vatinium miſſurus es, pomum eſt* *.

§. 79. Denique & magiſtratus provinciales, quales libera adhuc re publica erant COSS. PRÆTORES, PROCOSS. PROPRÆTORES, (Car. Sigon. *de jure provinc. l.* 2. *c.* 1.) edicta in provinciis ſuis proponebant. Habebant equidem ſingulæ provinciæ ſuas leges, quæ victis gentibus ab imperatore de decem legatorum ſententia dari ſolebant, ſancte deinde ſervandæ a præſidibus. Cicero *in Verr.* 2. *cap.* 13. Liv. *l.* 33. *c.* 31. & 32.



*monia Rufi funeri remittere.* Ea enim Paullus Manutius recte interpretatus eſt de ſumtibus funerum, quum contra ſatisfacere vix videantur conjecturæ Jac. Gutherii *de jure Man. l.* 2. *c.* 1. & Jo. Guil. Hoffmann. *Hiſt. triumvirat.* §. 10. *pag.* 31. *ſeqq.*

* Fuiſſe & alia edicti ædilicii capita, & inde colligi poſſe videtur, quod *l.* 2. *D. de diverſ. & temp. præſcript.* Marcellus PLERASQUE *actiones* ÆDILICIAS *certo tempore finiri*, ait. Quum enim hodie nullam ſciamus, quæ non ſit temporalis: conſequi videtur, ut quarumdam, quæ perpetuæ fuerunt, ipſa memoria interciderit. At nervos huic argumento incidit Bynkershoekius, *Obſ. l.* 3. *c.* 8. cujus conjectura, pro PERÆQUE, extrita una littera, legentis PERÆQUE tam eſt elegans & veroſimilis, ut omnibus adſenſum extorquere videatur.

*l.* 45. *c.* 25. erant etiam quædam in provinciis civitates αὐτονόμοι, quibus ob bene merita ſuæ leges permiſſæ *: Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc.* 2. *c.* 9. denique & ipſæ leges Romanæ ſæpe ad univerſum orbem Romanum ſingularibus ſanctionibus porrigebantur: Ulpian. *Fragm. tit.* 11. §. 18. 20. *& ibi* Schulting. *l.* 5. *pr. D. de manumiſſ.* attamen his omnibus veluti auctarium & ſupplementum accedebant EDICTA PROVINCIALIA.

§. 80. Qui nimirum mittebantur in provincias, exemplo prætorum, ipſi quoque ſub auſpicium magiſtratus ſui, quomodo jus dicturi eſſent de quibuslibet cauſſis, edictis denunciabant: Sigon. *de jur. prov. l.* 2. *c.* 5. idque faciebant non modo conſules & procoſſ. ſed & prætores & proprætores, uti patet exemplis L. Domitii & P. Licinii Nervæ, prætorum Siciliæ, apud Valer. Max. *l.* 6. *c.* 3. *exempl.* 6. *& in Excerpt. Peireſc. pag.* 633. Totidem ergo erant edicta PROVINCIALIA, quot provinciæ, celebranturque paſſim edictum SICILIENSE, *Cicer. in Verr.* 1. *c.* 43. ASIATICUM, & SYRIACUM, Id. *ad Attic. l.* 6. *epiſt.* 1. nec non CILICICUM *. Id. *ad diverſ l.* 3. *epiſt.* 8.

§. 81.

* Non univerſa provincia easdem a victore leges accipiebat, ſed prout ſe civitates adverſus victorem populum geſſerant, de eoque meriti fuerant, ita vel duriores vel mitiores leges accipiebant. Carol. Sigon. *de jure provinc. l.* 1. *c.* 1. Aliquando humanioris ingenii imperatores totam provinciam ſuis uti legibus patiebantur: & tale exemplum L. Æmilii Paulli, Macedonibus αὐτονομίαν concedentis eſt apud Livium *l.* 45. *c.* 32. Si civitas αὐτονόμος, ſuis relictis legibus, jus Romanum ſua ſponte adoptaſſet, populus ille FUNDUS FACTUS dicebatur. Cicer. *pro Balb. c.* 8. Gell. *Noct. Attic. l.* 16. *c.* 13. Qua de re doctiſſimæ exſtant NIC. RIGALTII, ISM. BULLIALDI, & HENR. VALESII Diatribæ *de populis fundis*, junctim editæ *Divione* 1656. 8. recuſæ in Grævii *Theſauro Antiqu. Rom. Tom.* 2.

* Ex his locis adparet, univerſa quidem fuiſſe hæc ædicta: at ſæpe præſides prudentiores, optima quæque ac

fa-

§. 81. Ceterum & hæc provincialia edicta vel TRALATICIA erant, vel NOVA: Pleraque enim ex deceſſorum ſuorum edictis retinebant: at nihilominus tamen iiſdem & nova quædam adſuebant *. Cicero *ad diverſ. l. 3. epiſt.* 8. Quin ea in re vel maxime elucebat magiſtratuum provincialium prudentia, ſi quid novi, quod provinciis ſuis ſalutare eſſet, conſtituiſſent. Quo nomine L. Lucullum laudat Cic. *Quæſt. acad. l.* 4. *c.* 1. quod *in eo tanta fuerit prudentia in conſtituendis temperandiſque civitatibus, tanta æquitas, ut multo poſt ſteterit Aſia, Luculli inſtitutis ſervandis, & quaſi veſtigiis perſequendis*: Similes ſunt laudes, quibus Quintum fratrem proſequitur *l.* 1. *epiſt.* 1.

§. 81. Recte porro obſervatum eſt a Carolo Sigon. *de jure prov. l.* 2. *c.* 5. tria potiſſimum in edictis ſuis componendis exercendiſque cavere ſolitos eſſe bonos præſides, qui famæ ſervirent: *primum*, ne quid edicerent contra legem vel formulam provinciæ, (§. 79.) quo nomine male audiebat C. Verres, quod in Sicilia pleraque edixiſſet contra legem Rupiliam. Cicero *in Verr.* 2. *cap.* 13. *Alterum*, ne quod in urbe antehac



ſan-

ſaluberrima, non modo ex urbano, ſed & ex aliarum provinciarum edictis in ſua tranſtuliſſe. Fecit id ſane Cicero, qui *ad Att. l.* 6. *epiſt.* 1. de ſeipſo refert, quædam adſe de Bibuli, Syriæ procoſ. nonnulla ex Q. Mucii edicto Aſiatico in ſuum Cilicicum tranſtuliſſe: pleraque de jure dicundo, præter ea, quæ ſine edicto ſatis commode explicari non poſſe viſa ſint, ἄγραφα reliquiſſe, & præmonuiſſe tantum provinciales, ſe de eo genere ſua decreta ad edicta urbana adcommodaturum.

* Ita ipſe Cicero *ad diverſ. l.* 3. *epiſt.* 8. teſtatur, ſe pleraque ex Appii Pulcri edicto iisdem verbis tranſcripſiſſe in ſuum, & nova quædam addidiſſe de minuendis civitatum ſumtibus, quibus ipſe magnopere delectetur. Fuere ergo in illo Ciceronis edicto Cilicico quædam TRALATICIA, alia a Cicerone de NOVO addita: idque & reliqui, qui in provincias ibant, magiſtratus adcurate obſervabant.

ſanxerant, edictis everterent provincialibus, quod eidem C. Verri exprobrat Cicero *in Verr.* 1. *c.* 16. *Poſtremum*, ne quid ipſi umquam decernerent adverſus edictum ſuum. Cicero *ad Attic. l. 6. epiſt.* 1.

§. 83. Quandoquidem vero vix dubitandum eſt, quin idem ſibi aliquando adrogarint magiſtratus provinciales, quod ſibi prætores urbanos ſumpſiſſe vidimus, puta ut edicta ſua, quoties collibitum eſſet, mutarent: (§. 71.) nihil etiam videtur certius, quam LEGEM CORNELIAM de edictis perpetuis, ſupra deſcriptam, (§. 73.) provinciales etiam magiſtratus obſtrinxiſſe. Quin, ſi dicendum, quod res eſt, prætorum provincialium iniquitas occaſionem primum dediſſe videtur ſenatui de edictis magiſtratuum perpetuis cogitandi. *

§. 84. Quamvis ergo jam eſſent in urbe leges 12. tabularum, plebiſcita, legis actiones, jus civile, ex interpretatione prudentum & fori diſputatione ortum, ac denique edicta magiſtratuum quam plurima: non tamen quotannis deerat occaſio novas rogandi ferendique LEGES, novaque PLEBISCITA, quibus permulta, antea vel plane non, vel aliter, quam e re publica videretur, definita ſancirentur. Eas cum cura jam collegerunt alii. * Licebit tamen & hic earum texere catalogum; & quædam ab aliis non obſervata paſſim adſpergere.

§. 85.

* Diximus ſupra (§. 72.) L. Æmilium Paullum coſ. anno ab V. C. 585. auctorem fuiſſe ſenatui condendi SCti, ut prætores ex edictis ſuis perpetuis jus dicerent. Jam vero ex *Epit. Liv. l.* 43. patet, circa ea tempora prætores nonnullos eo, quod avare & crudeliter adminiſtraſſent provincias, damnatos eſſe, quæ fuſius narrat ipſe Livius *l.* 43. *c.* 2. & 10. De remedio ergo cogitandum fuit, quo nimia coerceretur prætorum licentia, maxime in provinciis, ubi ſenatus populique abſentia magiſtratibus iniquis ſpem impunitatis multo maximam injiciebat.

* Huc pertinet ANT. AUGUSTINI liber *de legibus &* al-

§. 85. Nos omiſſis iis, quæ ad jus Romanorum publicum pertinent, eas tantum, quæ de jure privato, publicisque judiciis agunt, obſervata litterarum ſerie *, paucis recenſebimus, ita tamen, ut in earum ætatem, ubicumque id fieri poterit, ſimul inquiramus, &, quid illis ſancitum ſit, paucis indicemus. Quod ſtudioſis eo gratius futurum ſperamus, quo minus in omnium manibus verſantur, quæ paullo ante laudavimus, doctiſſimorum virorum opera.

§. 86. Agmen ducit LEX ACILIA CALPURNIA *de ambitu*, lata anno ab V. C. 697. *M. Acilio Glabrione* & *C. Calpurnio Piſone* coſſ. qua cautum, *ut id crimen & mulcta coerceretur, & damnati nullum amplius magiſtratum capere nec ſenatui intereſſe poſſent, & accuſatoribus certa præmia conſtituerentur* *. Dio Caſſ. *l.* 36. *pag.*



alter *de SCtis Romanorum*, cum Fulvii Urſini *fragmentis* editus *Romæ* 1583. 4. & poſtea aliquoties in Gallia. Paulli Manutii *de legibus*, & ſeparatim aliquoties, & cum priore inſertus *Tomo* 2. *Theſauri Græviani*. Ediderunt & Udalr. Zasius, & Pomp. Lætus, & Franc. Hotomanus *legum Romanarum catalogos*, ſed in quibus præter earum nomina & objectum vix quidquam notabile invenias, quamvis Zasii catalogum paſſim illuſtrarit Lud. Charondas, & cum aliis ejuſdem argumenti ſcriptis inſeri metuerit locupletiſſimo *Antiquit. Rom. Theſauro*. Addi debent Paulli Merulæ *de legibus Romanorum* libri diligentiſſime ſcripti, & cum aliis ejuſdem lucubrationibus, ad antiquitates Romanas pertinentibus editi *Lugd. Bat.* 1686. 5. & collegæ olim conjunctiſſimi, nunc amici desideratiſſimi, Christ. Gottfr. Hoffmanni *Hiſtoria juris Rom. Juſt. pag.* 42. *ſeqq.*

* Quum plerarumque legum ætas incerta ſit; res ardua eſt, earum chronotaxin adcuratam dare. Auſus hic quædam eſt Steph. Vin. Pighius *in Annal. Rom.* ſed in eo opere permulta hariolatur auctor, pauciſſima certis ac exploratis veterum teſtimoniis probat. Nos temporis characteres ubique, quoad ejus fieri poteſt, notabimus.

* Eſt hæc lex inter eas, quas inviti tulerunt coſſ. Auctor enim eſt Dio Caſſius, adeo ab ambitu non alienos fuiſſe coſſ. ut ipſi alieno ſtudio & magna contentione eum

*pag.* 18. Sigon. *de Judic.* 2. *c.* 30. *pag.* 435. Nec prætermittenda LEX ÆMILIA *cibaria* lata a *M. Æmilio Lepido* & *Q. Luctatio* coſſ. anno ab V. C. 675. qua non ſumptus cœnarum, ſed ciborum genus & modus præfinitus eſt. Gell. *Noct. Attic. l.* 2. *c.* 24. Macrob. *Saturn. l.* 2. *c.* 13. Cui jungimus LEGEM APPULEJAM *majeſtatis* conditam anno ab V. C. 652. *C. Mario* V. & *M. Aquillio* coſſ. qua vis præcipue in urbe ac ſeditio videtur vindicata. Cic. *de orat. l.* 2. *c.* 25. 49.

§. 87. LEX AQUILLIA *de damno injuria dato* plebiſcitum perantiquum, at incertæ ætatis *. Ejus capita primum & tertium ſuperſunt in *l.* 2. *pr.* & *l.* 27. §. 5. *D. ad leg. Aquill.* Caput ſecundum in uſu eſſe negavit Juſtinianus §. 12. *Inſt. de leg. Aquill.* Hinc plures inanem operam impenderunt quæſtioni, quid illo capite cautum fuerit? Vid. Jac. Cujac. *in Paratil. D.* & *C. ad h. t.* cui nonnulla obvertunt Bynkersh. *Obſerv. l.* 1. *c.* 13. & Ger.

eum magiſtratum ſint adepti. Piſonem certe ambitus accuſatum vix evaſiſſe. A ſenatu ergo coacti hanc legem rogarunt, quod C. Cornelius tribunus pl. acerbiſſimas pœnas ambitus reis conſtituere cogitaret, atque id maxime populo adprobante. Et ſane in fragmentis Ciceronianæ *orat. pro C. Cornelio, majeſt. reo*, legimus *populum ea legem flagitaſſe*, ſenatum autem exiſtimaſſe immodicarum pœnarum denunciatione terrorem injici hominibus, modicis autem pœnis propoſitis nec accuſatores, nec judices defuturos. Hinc auctorem ferendæ legis conſulibus fuiſſe.

* Certum eſt, hanc legem exſtitiſſe ante Ciceronem, qui *in Bruto, c.* 34. meminit *legis Aquiliæ de injuriis*: immo & ante Brutum & Scævolam, qui primi jus civile fundaſſe dicuntur. Nam hos legem etiam Aquilliam expoſuiſſe, conſtat. *l.* 27. §. 22. *l.* 39. *pr. D. ad leg. Aquill.* Uterque quum circa annum ab V. C. 600. floruerit: probabile eſt, auctorem hujus plebiſciti fuiſſe L. *Aquillium* P. F. L. N. *Gallum*, quem anno ab V. C. 572. tribunum plebis fuiſſe, tradit Steph. Vin. Pigh. *Annal. Rom. Tom.* 2. *p.* 330. quamvis, quem ille auctorem habeat, fatear me ſcire juxta cum ignariſſimis. Præturam tamen eum geſſiſſe anno ab V. C. 576. teſtis eſt Liv. *l.* 41. *c.* 18.

Ger. Noodt. *de leg. Aquill. c.* 1. *pag.* 176. & qui rem ſingulari ſcriptione dignam credidit, Claud. Chiffletius *de ſecundo capite de leg. Aquill. Tomo* 5. *Theſaur. jur. pag.* 873. *ſeqq.* Immo plura fuiſſe hujus legis capita, quæ deinde perierunt, quod ea prætor mutaſſet, admodum eſt veroſimile. Ger. Noodt. *de lege Aquill. cap.* 1. Bynkersh. *Obſ. l.* 1. *c.* 13. Ceterum præter laudatum NOODTIUM hanc legem illuſtravit FRANC. BALDUINUS.

§. 88. Lege porro ATILIA cautum eſt, ut pupillis & mulieribus prætor cum majore parte tribunorum plebis tutorem daret *. *pr. Inſt. de Atilian. tut.* Addimus *mulieres*, quia & Hiſpala Fecennia, libertina, tutorem a prætore & tribunis accepit, teſte Livio *l.* 39. *c.* 9. Quod quum factum ſit anno ab V. C. 566. oportet hanc legem jam ante id tempus exſtitiſſe, adeoque probabile eſt, conditam illam eſſe a *L. Atilio Regulo*, tribuno plebis anno ab V. C. 443. Liv. *l.* 9. *c.* 30.

§. 89. LEX ATINIA, ipſa quoque incertæ ætatis *, rerum furtivarum uſucapionem, antequam ad domi-

 num

* Em. Merill. *Obſ. l.* 1. *c.* 37. ex eadem lege eſſe putat obligationem matris, intra annum a morte patris tutorem liberis impuberibus petendi. §. *penult. Inſt. de SC. Tertull.* Petendus enim eſt *ſecundum legem*, ut eſt in *Novella Theodoſii de tutoribus*, vel *ſecundum leges*, *l.* 10. *C. de legit. hered.* per quas probabiliter intelligi putat leges Atiliam & Juliam & Titiam. Sed quum mater tempore conditarum harum legum nondum eſſet heres liberorum, (quod jus per SC. Tertullianum demum accepit); adeoque & hereditate mulctari non potuerit ob petitionem tutoris omiſſam, & præterea id jus diſerte ex conſtitutione eſſe dicatur: *l.* 2. §. 2. *l.* 4. *pr.* §. 1. §. 4. *D. qui pet. tut. vel curat.* parum veroſimilis videtur hæc Merillii ſententia, malimque per *leges* intelligere conſtitutiones principum, quæ ſæpe LEGUM nomine in jure noſtro veniunt, uti *l.* 22. *C. de admin. tut. vel curat. l.* 12. *D. de legat. præſt.*

* Immo & ipſum nomen legis non ſatis certum eſt. Theophilus enim §. 2. *Inſt. de uſucap.* vocat Ἀτίλιον νόμον, quo nomine etiam reli-

num reverſæ ſint, inhibuit, quamvis & legibus 12. tabularum idem cautum fuiſſe conſtet. §. 2. *Inſt. de uſucap. l.* 215. §. 1. *D. de verb. ſignif.* Eam legem ſingulari libello illuſtravit Hadr. Pulvæus, nuper a Conrado cum Rævardi Triboniano, nec non *Tomo* 4. *Theſaur. jur. pag.* 327. edito, qui tamen magis in Cujacium injuriis, quam bonæ frugis plenus eſt.

§. 90. Nec prætermittenda LEX AUFIDIA *de ambitu*, anno ab V. C. 691. *Meſſalla* & *Piſone* coſſ. ab Aufidio Lurcone trib. pl. lata, in qua id de novo ſancitum erat, *ut qui nummos in tribu pronunciarit, ſi non dederit, impune eſſet; ſin dederit, ſingulis tribubus ſeſtertium* 30. *deberet*. Cic. *ad Attic. l.* 1. *epiſt.* 1. Ejuſdem generis, at paullo antiquior, eſt LEX BÆBIA ÆMILIA, uti Sigon. *de Judic. l.* 2. *c.* 30. vocat, vel potius BÆBIA CORNELIA, *de ambitu*, qua anno ab V. C. 571. cautum, *ne ſuffragationes & coitiones fierent* *. Plura de hac lege ignoramus.

§. 91. Nec minus nota eſt CALPURNIA *repetundarum* lata anno ab V. C. 604. a *L. Calpurnio Piſone*, tribuno ple-

liquis Græcis venit, habeturque id vocabulum etiam in quibuſdam *Inſtitutionum* editionibus. At plus tribuendum pandectis Florentinis, Ciceron. *in Verr.* 1. *cap.* 4. & Gell. *Noct. Attic. l.* 17. *cap.* 7. quibus conſtanter dicitur ATINIA. Quare veroſimile eſt, legem hanc latam a *C. Atinio Labeone*, tribuno plebis anno ab V. C. 556. Steph. Vin. Pigh. *Annal. Rom. Tom.* 2. *pag.* 255.

* Legis ipſius meminit Liv. *l.* 40. *c.* 19. ſed verbis his pauciſſimis: *& leges de ambitu conſules auctoritate ſenatus ad populum tulerunt*. Sed ſuperſunt quædam fragmenta ex oratione Catonis pro hac lege adlata a Nonio, quæ omnia ad largitiones pertinent: ex quibus adeo non inepte colligit Sigonius legem hanc potiſſimum largitionibus corruptionibuſque tribuum ac centuriarum fuiſſe oppoſitam. Rogarunt legem ejus anni conſules, *P. Cornelius Cethegus* & *M. Bæbius Tamphilus*, ut adeo neſcire me fatear, cur Sigonius hanc legem tribuerit Æmilio Paullo, tum non conſuli, ſed longe ab urbe adverſus Macedonas bellum gerenti.

plebis, qua cautum, ut provinciales pecuniam, quam magiſtratus contra leges acceperint, conſtituto Romæ judicio repetere poſſent. Cic. *in Verr.* 4. *c.* 56. In primis vero celebris LEX CINCIA *de donis & muneribus*, qua vetitum, ne quis ob cauſſam quamdam donum munuſve caperet. Liv. *l.* 34. *c.* 4. Tacit. *Annal. l.* 11. *c.* 5. Latam eam novimus a *M. Cincio Alimento*, tribuno pleb. anno ab V. C. 549. *Cornelio* & *Sempronio* coſſ. nec quiſquam ignorat eruditiſſimum de ea *Commentarium* ſcripſiſſe FRIDERICUM BRUMMERUM, editum *Lutet. Pariſ.* 1668. 4. recuſumque Lipſ. 1712. 8.*

§. 92. Sequuntur variæ leges CORNELIÆ, nec ætatis unius, nec ejuſdem omnes auctoris. Ut enim jam non repetam, quæ paullo ante de variis legibus a C. CORNELIO, tribuno plebis, anno a V. C. 686. latis, diximus: (§. 73.*) lex CORNELIA FULVIA *de ambitu*, qua capitale eſſe cœpit, ſuffragia donis & pecuniis emere, rogata eſt anno ab V. C. 594. *Cn. Cornelio Dolabella* & *M. Fulvio Nobiliore* coſſ. *Epit. Liv. l.* 47.

* Eo commentario Brummerus, quidquid de hac lege dici poterat, tam luculenter expoſuit, ut nemo Iliada poſt hunc Homerum ſcribere velit. Nam *c.* 1. ſtatim de auctore & nomine legis egit, eaque occaſione de ipſa gente Cincia quædam non vulgaria diſſerit. Deinde non modo capita hujus legis expendit, quorum primum, de quo *cap.* 2. fuit, NE QUIS OB CAUSSAM ORANDAM DONUM MUNUSVE CAPIAT; alteram, de quo *c.* 12. UT NE PLUS . . . HS. DONARE LICERET, EXTRA QUAM SI CONJUNCTIS PERSONIS DONARETUR, QUOD EO AMPLIUS DONATUM ESSET, RATUM NE ESSET: tertium, de quo *c.* 13. UT IN DONATIONE QUIBUSCUMQUE PERSONIS FACTA MANCIPATIO TRADITIOVE INTERVENIRET. Sed & ubique occaſione hujus legis, relationes ejusdem, temperamenta, obſervationem, fraudes ei factas, & totam donorum & munerum, quæ vel advocatis, vel aliis data ſunt, hiſtoriam adcurate exponit, ut quidem nihil, quod ad illuſtrandam hanc legem facere videatur, omiſerit. Sententiam tamen ejus, quod *c.* 2. per *l. ult. C. Theod. de ſponſal.* ſublatum ſit, recte refellit Ant. Schulting, *ad Ulp. Fragm. pag.* 561.

47. Incertæ ætatis eſt LEX CORNELIA *de luſu & ſponſionibus*, cujus ſit mentio *l.* 3. *D. de aleator.* LEGES vero CORNELIÆ *majeſtatis*, *de ſicariis*, *veneficis*, *incendiariis*, *parricidiis*, *falſis*, *injuriis*, *limitibus*, & *teſtamentis* * omnes nomina obtinuerunt a *L. Cornelio Sulla*, dictatore, adeoque perlatæ videntur anno ab V. C, 564. vel inſequente.

§. 93.

* Lege *majeſtatis*, quæ ante Juliam ejuſdem argumenti apud Romanos obtinebat, cautum fuerat, *ut rei majeſtatis eſſent, qui interceſſionem ſuſtulerint, aut magiſtratui, quo minus munere ſuo fungerentur, impedimento fuerint, qui exercitum e provincia eduxerint, aut ſua ſponte bellum geſſerint, exercitum ſollicitaverint, ducibus hoſtium captis ignoverint, ducibus hoſtium captis ignoverint, poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defenderint, qui, quum cives Romani ſint, apud reges externos verſati ſint, apud reges externos verſati ſint. Ut porro & mulieris teſtimonium de hoc crimine acciperetur, nec ulla pœna ſit calumniatoribus. Denique ut damnatis aqua & igni interdiceretur.* Cicero *in Piſon. cap.* 21. *pro Cluent. cap.* 35. Aſcon. Pædian. *argum. orat. pro. Cornel. majeſt. reo*, Cic. *in Verr.* 1. *cap.* 5. & ibi Aſcon. Pædianus *in Schol.* Legis CORNELIAE *de ſicariis* capita varia fuerunt, veluti *de iis qui homines occiderint, quorum dolo malo incendium factum fuerit, qui hominis occidendi furtive faciendi cauſſa cum telo ambularint, qui, quum magiſtratus eſſent, publicive judiciis præeſſent, dediſſent operam, quo quis falſum judicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur, condemnaretur, qui hominis necandi cauſſa venenum confecerint, dederint, quive falſum teſtimonium dolo malo dixerint, quo quis judicio publico rei capitalis condemnaretur: quive quum magiſtratus judiceſve quæſtionis ſub capitalem cauſſam pecuniam acceperint, ut publica lege quis reus fieret. l.* 1. *pr.* & §. 1. *D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Paull. *Sent. rec. l.* 5. *tit.* 23. §. 1. Pœna erat aquæ & ignis interdictio, bonorumque ademtio, ſine diſcrimine, cujus eſſet conditionis, *l.* 3. §. 5. *l.* 1. §. 2. *D. eod.* poſtea in honeſtioribus deportatio, in vilioribus ultimum ſupplicium. *l.* 3. §. 5. *l.* 16. *D. eod.* Paull. *ib.* Quin & occiſi cognatis aliquid eſſe adjudicatum pro ſatisfactione, patet ex *l.* 4. §. 1. *D. eod.* & *Collat. leg. Moyſ.* & *Rom. tit.*

1,

§. 93. Nec minus celebris eſt lex DIDIA *ſumtuaria*, lata anno ab V.C. 610. *Appio Claudio* & *Q. Metello* coſſ. qua cautum, *ut univerſa Italia lege Fannia teneretur, utque non modo qui ſumtuoſius epularentur, ſed & convivæ in pœnas legis inciderent*. Macrob. *Saturnal. l.* 3. *c.* 17. Cui ſubjungimus legem DUILLIAM MÆNIAM, a *M. Duillio* & *L. Mænio*, trib. pl. anno ab V.C. 398. *Marcio* & *Manlio* coſſ. perlatam, *ne quis fœnus unciario majus exerceret*. Liv. *l.* 7. *c.* 27. Noodt. *de fœnor. & uſur. l.* 2. *c.* 4. FABIAM *de plagiariis* latam eſſe volunt anno ab V.C. 571. Ex ea capitale crimen naſcebatur adverſus eum, qui liberum hominem ſciens emit, ſuppreſſit, vendidit, donavit, in dotem dedit, permutavit, fugitivum alienum ſuſcepit, celavit, invinctum habuit, ſervo alieno fugam perſuaſit. *l.* 1. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. §. 2. *D. ad leg. Fab. de plagiar.* Pœnaque ex ea lege num-

1. §. 11. Cujac. *Obſ. l.* 14. *c.* 4. LEX CORNELIA *de parricidiis* paſſim memoratur, *l. ult.* C. *Th. ad leg. Cornel. de falſ. l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* immo & *l.* 1. *pr. D. ad leg. Pom. de parricid.* Nam ibi aut legendum: *quæ eſt legis Corneliæ de parricidiis*, aut eamdem fuiſſe oportet legem CORNELIAM *de ſicariis & de parricidiis*. Vid. Schulting. *Juriſprud. vet. antejuſtin. pag.* 513. De lege CORNELIA *de falſis*, quæ & *teſtamentaria*, omnia nota ſunt ex Paulli *Sent. rec. l.* 5. *tit.* 25. §. 1. *ſeqq.* Et ex hac lege etiam eſſe videtur *fictio legis* CORNELIAE, qua is, qui apud hoſtes deceſſit, in civitate deceſſiſſe, fingitur. *l.* 18. *D. de captiv. & poſtlim. l.* 12. *D. qui teſt. fac. poſſ.* Paull. *Sent. reo l.* 2. *tit.* 4. §. 8. De lege quoque CORNELIA *de injuriis* omnia pervulgata ſunt. Addi tamen poteſt Schulting. *ib. pag.* 440. Legis CORNELIAE *de limitibus* meminit Hyginus *de limit. pag.* 152. eaque cautum fuerat, *ut per actuarios limites pupulo, ſicut per viam publicam iter faciendi jus eſſet*. Quamvis ab hoc, an alio Cornelio lata ſit, nondum conſtet. Quin quum junguntur *leges Sempronia & Cornelia & Julia*: fieri poteſt, ut lex dicta ſit *Cornelia Julia*. Collegas autem *Cn. Cornelium Coſſum* & *C. Julium Julum*, tribunos milit. coſ. pot. reperias anno ab V.C. 347. Liv. *lib.* 4. *cap.* 58.

nummaria fuiſſe dicitur *. *l. ult. D. eod.* Paull. *Sent. rec. l.* 5. *tit.* 6. §. 14.

§. 94. Sunt & aliæ leges FABIÆ, veluti illa *de ambitu* vel *numero ſectatorum*. Sed eam perlatam non eſſe comperio, quippe *cui tenuiores reſtiterunt*, teſte Cicerone *pro Muræn. c.* 34. Certior eſt lex FABIA, quamvis & ipſa incertæ originis, *de re agraria & limitibus*, cujus capita quædam exſtant inter Guil. Goeſii *Rei agrariæ ſcriptores*, *pag.* 339. Addimus legem FANNIAM *ſumtuariam*, latam anno ab V. C. 592. C. *Fannio* & *Meſſalla* coſſ. cujus ſanctiones * fuſius deſcribunt Plin. *Hiſt. nat. l.* 10. *c.* 50. Gell. *Noct. Attic. l.* 2. *c.* 24. Athenæus *Deipnoſ.* 6. *extr. p.* 274. Macrob. *Saturn. l.* 3. *c.* 17. ac poſtremo legem FURIAM incertæ ætatis *de modo legatorum*, de qua *pr. Inſt. de lege Falc.* Cujac. *Obſ. l.* 19. *cap.* 31.

§. 95.

* Eam pœnam nummariam vel pecuniariam in publicatione dimidiæ partis bonorum conſtitiſſe, ſuſpicatur Rittershuſius *ad Paull. ibid.* Et ſane ipſe Paullus apud *Pariat. legum Moſ. & Rom. tit.* 14. §. 2. ait, honeſtiores ademta dimidia parte bonorum in perpetuum relegatos, humiliores aut in metallum damnatos, aut in crucem ſublatos. At id ex ipſa lege Fabia eſſe, ex Paulli loco non liquet. Immo vero Ulpianus *ibid.* §. 3. mentionem facit pœnæ ſeſtertiorum quinquaginta millium: quamvis & hæc ſumma ſatis grandis, & vix probabilis videatur. Schulting. *Juriſpr. vet. antejuſtin. p.* 783. Immo ne ratio quidem excogitari poſſe videtur, cur *capitale crimen* vocetur *l.* 1. *D. ad l. Fab. de plag.* ſi mere pecuniaria illa pœna fuerit.

* Inter alia cautum ea lege fuerat, *ut ludis Romanis plebeiis Saturnalibus & aliis quibusdam diebus centenos æris in ſingulos dies impendere liceret: decemque aliis diebus ſingulis menſibus tricenos; ceteris autem omnibus diebus denos. Ne quid volucrum poneretur, præter unam gallinam, quæ non eſſet altilis.* Ita legem deſcribunt Plinius, Gellius, & Macrobius. Athenæus vero addit, vetuiſſe legem, *ne præter domeſticos convivæ plures tribus exciperentur, aut ad ſummum* (immo potius κατ' ἀγορὰν, *die nundinarum*, ceu docet Caſaubon. *Animadverſ.*

§. 95. Porro hac temporis periodo perlatæ LEX GENUCIA *de fœnore* anno ab V. C. 413. *C. Martio* 4. & *Q. Servilio* coſſ. a *L. Genucio* trib. pl. qua prohibitum, ne cui fœnerare liceret. Liv. *l.* 7. *c.* 42. Ger. Noodt *de fœnor. & uſur. l.* 2. *c.* 4. LEX HOSTILIA *de furtis*, puta *ut furti agere liceret eorum nomine, qui apud hoſtes vel rei publicæ cauſſa abeſſent. pr. Inſt. de iis, per quos ager. poſſ.* lata, ut videtur, ab *A. Hoſtilio Mancino* & *A. Atilio Serrano* coſſ. ab V. C. 583.*.

§. 96. Sequuntur leges JULIÆ, quarum tam multæ ſunt, ut vel ſolæ longum tractatum poſcerent, ſi de iis agendum eſſet adcuratius. Sed quum pleræque ab Auguſto demum latæ ſint: ad hanc periodum pertinet tantum lex JULIA, *de rebus vi poſſeſſis non uſucapiendis*, quæ Plautia * recentior, lata eſt a *C. Julio Cæſare*, dictatore, eaque cautum, *ut nec rerum vi poſ-*

*ad Athen.* 6. 21. *p.* 295.) *quinque, & id ſingulis menſibus ter tantummodo fieret: neve pluris, quam duabus drachmis & dimidia obſonarent e foro.* Porro eamdem legem *carnis in fumum. inveteratæ in annum talenta quindecim abſumere permiſiſſe* ait, & *leguminum, & olerum, quæcumque terra gignat, decocta.* Talia erant fungi, helvellæ, beta, malva, & ſimiles cibi parabiles. Caſaubon. *ibid. pag.* 296.

* Legis hujus nusquam alias fit mentio, quam *d. pr. Inſt. per quos ag. poſſ.* nec aliud ſupereſt ejus caput, quam quod pro iis, qui apud hoſtes aut rei publicæ cauſſa abeſſent, furti agere permiſit, quum adhuc nulli procuratores in foro admitterentur. Quum vero vix probabile ſit de eo ſolo legem latam: veroſimile eſt, quædam alia hac lege de furtis conſtituta eſſe. Ceterum ſententia Joſephi Nerii, *Analect. l.* 1. *c.* 26. hanc legem ab *hoſtibus* nomen accepiſſe exiſtimantis, non minus abſona eſt, quam derivatio legis Fuſiæ Caniniæ a *cane*, Falcidiæ *a falce*, vix in gloſſatoribus toleramus.

* PLAUTIA multo antiquior eſt JULIA, lata quippe *Catulo* & *Lepido* coſſ. anno ab V. C. 663. auctore præcipue Q. Catulo conſule, at rogante C. Plautio, tribuno plebis, a quo & nomen tulit. At quia & hac lege uſucapio reum vi poſſeſſarum fuit inhibita: junguntur a Juſtiniano §. 3. *Inſt.*

*poſſeſſarum ulla eſſet uſucapio*, §. 2. *Inſt. de uſucap. l.* 33. §. 2. *D. eod.* & *iis, qui vim fecerint publicam, aqua & igni interdiceretur*. Cic. *Philipp. I. cap.* 9.

§. 97. Inter leges JULIAS, a Julio Cæſare latas, eſt etiam JULIA *maieſtatis*, cujus itidem meminit Cicero *Philipp. I. cap.* 9. Ea tamen, quæ in Pandecte explicatur, non Julii Cæſaris, ſed Auguſti, eſſe videtur. Sigon. *de judic. Lib. II. cap.* 29. Quod nos quidem non ſatis expeditum eſſe, arbitramur, quum contra certiſſimum ſit, legem hanc ſæpe, ſub malis potiſſimum principibus, auctam, & acrioribus pœnis firmatam eſſe. Tacit. *Annal. l. I. c.* 72. Freher. *Parerg. l.* 2. *c.* 9. De ejus legis capitibus videndi Sigon. *ibid. p.* 429. & qui *ſingularia ejus legis* expendit, Nic. Hier. Gundlingius. Addimus legem IULIAM *de repetundis*, ab eodem Julio Cæſare in primo conſulatu anno ab V. C. 695. Cic. *in Vatin. c.* 12. *pro Rabir. c.* 14. *pro Sext. c.* 64. *in Piſon. c.* 21. *in Brut. c.* 27. *de offic l.* 2. *c.* 21. *in Verr.* 3. *c.* 84. Sueton. *Jul. cap.* 43. Legis quædam capita ſuperſunt in ipſo *titulo D. ad leg. Jul. repetund.* Alia ex Cicerone * collegit Car. Sigon. *de judic. l.* 2. *c.* 27. *pag.* 425. *ſeqq.*

§. 87. Nec omittenda LEX JULIA Cæſaris *de fœnore*. Quum enim populus novas tabulas frequentiſſime poſtularet: improbam illam ſpem disjecit Cæſar, lata lege, *ut debitores creditoribus ſatisfacerent per æſtimatio-*

*Inſt. de uſucap.* leges Julia & Plautia, quum potius inverſo ordine dicendum fuiſſet Plautia & Julia, ut in *l.* 33. §. 2. *de uſurp. & uſucap.*

* Fuit hæc ex legibus ampliſſimis, quippe cujus plura, quam centum, capita fuiſſe obſervat Cicero *ad diverſ. l.* 8. *epiſt.* 7. Quum enim πολύμορφον ſit hoc crimen, & quod ſe facile in omnes formas ac ſpecies commutat: non mirum profecto eſt, oppoſitam illi legem capitibus compluribus conſtitiſſe. De pœna criminis, hac lege propoſita, omnia ſatis incerta ſunt. Quæ tamen de ea dici poſſunt, omnia occupavit Ant. Schulting. *Juriſpr. vet. ante-juſtin. p.* 525.

*tionem poſſeſſionum, quanti quaſque ante civile bellum comparaſſent, deducto ſummæ æris alieni, ſi quid uſuræ nomine numeratum perſcriptumve * fuiſſet*. Qua conditione quarta fere pars crediti deperibat. Sueton. *Jul. c.* 42. Jul. Cæſ. *de bello civil. l.* 3. *c.* 1. Ex quo loco ſimul colligitur, legem hanc perlatam eſſe *Cæſare* & *Servilio* coſſ. anno ab V. C. 607. quum victo Pompejo in urbem victor revertiſſet.

§. 99. Celeberrima porro eſt LEX LÆTORIA, quam Plautus *Pſeudol. Act.* 1. *ſcen.* 3. *v.* 68. *quinamvicennariam*; alii male *Plætoriam* vel *Plectoriam* vocant. Quum ergo Plauto fuerit antiquior, eam *M. Lætorium Plancianum*, tribunum plebis circa annum ab V. C. 490. auctorem habuiſſe probabile eſt *. Hac quoque multo antiquior eſt LICINIA *de fœnore de capite deducendo*; lata anno ab V. C. 376. a *C. Licinio Stolone*, tribuno pleb. Liv. *l.* 6. *c.* 35.

§. 100.

* *Numeratum* dicitur, quod de domo ſolutum: *perſcriptum*, quod per argentarios. Eo ſenſu accipiendæ præſcriptiones apud Ciceron. *de orat. l.* 1. *c.* 58. Burmann. *ad Sueton. Cæſ. c.* 42. ubi & oſtendit, Henr. Valeſium *ad* Excerpta *Peireſc. p.* 27. *pecuniam perſcriptam* male accipere pro in tabulas rationum relata, vel nondum ſoluta. Ceterum eam legem nova alia adjuvit Cæſar. Quum enim multi plurimum pecuniæ clam habere dicerentur: ἀπηγόρευσε, μηδένα πλεῖόν πεντακισχιλίον καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ καὶ χρυσίῳ κεκτῆσθαι: *ne quis in auro vel argento plus quam* 40. *ſeſtertium poſſideret, vetuit*. Dio Caſſ. *Hiſt. l.* 41. *pag.* 171.

* Multis capitibus conſtitit LEX LÆTORIA, quæ tamquam ſparſa Hippolyti membra hic juvat colligere. Primum enim hæc lex annos minorennitatis definivit, *l.* 2. C. *Th. de donat.* dicta ob hanc ipſam cauſſam *quinavicennaria*. Plaut. *Pſeud. Act.* 1. *ſcen.* 3. *v.* 68. Deinde ex hoc ipſo Plauti loco patet, creditoribus negatam eſſe actionem adverſus adoleſcentes, quibus crediderant pecuniam. Tertio eadem lex minoribus cauſſa cognita curatores dari juſſit. Jul. Capitolin. *in Marc. c.* 10. Quarto adoleſcentes inſti-

§. 100. Exſtitit etiam LEX LICINIA CORNELIA *ſumtuaria*, lata anno ab V.C. *656.* a *P. Licinio Craſſo* & *Cn. Lentulo* coſſ. cujus ſanctiones recenſent Cicero *ad diverſ. l. 7. epiſt. 26.* Gell. *Noct. Attic. l. 2. c.* 24. Macrob. *Saturnal. l. 2. c.* 13. * Addimus LEGEM LUCTATIAM *de vi*, latam *Q. Luctatio* & *C. Mario* 4. coſſ. anno ab V.C. *65*. qua in in primis cautum novimus, ut de vi diebus etiam feſtis ludiſque publicis quæreretur. Cicero *pro Cœl. cap. 9.*

§. 101. Proxima eſt LEX MAMILIA *de finibus agrorum*, frequentiſſime laudata a ſcriptoribus rei agrariæ, in primis a Siculo Flacco *de condit. agror. pag.* 8. lataque anno ab V.C. *642.* * Ei addimus LEGEM MANLIAM *de viceſima a manumiſſis ærario inferenda*, latam

ſtipulari vetuit, eorumque promiſſis vim omnem obligandi detraxit. Plaut. *Rudent. Act. V. ſcen.* 3. *v.* 24. Sueton. apud *Priſcian. Lib.* 8. Denique quinto minores in quocumque contractu dolo malo læſos reſtitui in integrum juſſit. Cic. *de offic. l.* 3. *c.* 15.

* Videtur hac lege antiquior, FANNIA, quam ſupra deſcripſimus, in uſum revocata, quum gliſcente luxu, mox, ut fit, exoleviſſet. Macrob. *Saturn. l.* 2. *c.* 13. Saltim ipſa legis Liciniæ ſanctio alteri eſt ſimillima, niſi quod paullo plus, quam Fannia, in ſingulas cœnas expenſum tulit. Nam & illa cavebatur, ut *Kalendis, nonis, nundinis Romanis cuique in dies ſingulos centenos dumtaxat aſſes edundi cauſſa conſumere liceret: nuptiis ducenos: ceteris vero diebus, qui excepti non eſſent carnis aridæ pondo tria & ſalſamentariorum pondo: quod autem e terra, vite, arbore natum eſſet impune conſumere liceret.* Hinc *centenaria cœna* Feſto eſt, in quam per legem Liciniam non plus centuſſibus, præter terra nata, impendere licebat. Gell. *Noct. Att. l.* 2. *c.* 24. Ceterum Macrobius memoriæ prodidit, *legis iſtius ferundæ probandæque tantum ſtudium ab optimatibus impenſum eſſe, ut conſulto ſenatu juberetur, ut ea tantummodo promulgata priusquam trinundino confirmaretur, quaſi jam populi ſententia confirmata.*

* Quum hujus legis MAMILIÆ ſanctiones, fragmentaque a Guil. Goeſio *Rei agrar. auct. pag.* 339. *ſeqq.* exhibita pauciſſimi intelligant: eam le-

tam a *Cn. Manlio* & *C. Martio* coſſ. anno ab V. C. 398. Liv. *l.* 7. *c.* 16. nec non LEGEM MARIAM *de ambitu*, rogatam a *C. Mario* tribuno plebis, anno ab V. C. 934. & *ut pontes anguſtiores fierent*, præcipientem. Cic. *de legib. l.* 3. *c.* 17.



legem paullo adcuratius expendere, operæ pretium fuerit. Leges 12. tabularum quinque pedum ſemitam inter fundos relinqui juſſerant, quæ *limitare iter*, & Græcis *μεθόρια* dicebatur. Idem & lex MAMILIA ſanxerat, teſte Flacco Siculo *de condit. agr. pag.* 8. cujus en ipſa verba: *ſignantur arbores finales utrimque, id eſt, ex utraque poſſeſſione, intra pedes quinos, ut legis Mamiliæ commemoratæ rationem habeant.* Et planius Aggenus Urbic. *Comment. in Frontin. pag.* 53. *De fine*, inquit, LEX MAMILIA *quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit, quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedentium occupat, vel circumactus aratri, quod uſucapi non poteſt.* Similia ſunt apud Frontinum *pag.* 40. & Simplicium *pag.* 83. quæ hic non adſcribimus. Erat ergo hoc ſpacium inter fundos, & in ipſis finibus: non quaquaverſum circa fines, uti contra Hotom. oſtendit Guil. Goeſ. *Not. ad Sicul. Flacc. pag.* 129. Ejus porro limitaris itineris nulla erat uſucapio. Aggen. Urbic. *p.* 53. Alciat. *de quinque ped. præſcript. Tomo* 3. *Opp. pag.* 345. Goeſ. *ib. p.* 191. Ergo ſi quando de hoc quinque pedum limitari itinere naſcebatur controverſia, quod imminutum eſſe ab alterutro vicino diceretur, ea vocabatur *controverſia finalis*, vel *de finibus*, ſeu *judicium finium regundorum*, in eoque nulla habebatur præſcriptionis ratio. Sin de ipſo agro lis intercederet: erat hæc *controverſia de loco*, quæ non ad agrimenſorem, ſed ad prætorem, pertinebat. Poſtea mos invaluit, ut ſpacium quinque pedum, non uſucapi quidem, at actioni de eo longiſſimo tempore præſcribi poſſet. Sed id quoque mutarunt Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius Augg. *l.* 4. *C. Th. fin. regund.* quam adcurate expoſuit, & a Jac. Gothofredi *ἑρμηνείᾳ* vindicavit Guil. Goeſ. *in Not. pag.* 192. Denique quum Juſtinianus præſcriptionem tricennalem limitaris itineris in uſum revocaſſet: *l.* 3. *C. fin. reg.* factum eſt, ut ſpacium quinque pedum ſenſim plane aboleretur, & fines fierent lineares, quorum de confuſione quo-

§. 102. Æque pulcra fuit LEX OPPIA *de cultu mulierum*, lata anno ab V. C. 539. *Q. Fabio* & *T. Sempronio* coſſ. a C. *Oppio* tribuno plebis. Ea vetitum, *ne qua mulier plus ſemiuncia auri haberet, neu veſte verſicolori uteretur, neve juncto vehiculo in urbe, vel oppido, aut propius inde mille paſſibus, niſi ſacrorum cauſſa, veheretur*. Liv. *l.* 34. *c.* 1. & Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 44. *ſequ.* Sed de hac lege nihil eſt, quod addamus poſt eruditiſſimam Jo. Guil. Hoffmanni *de lege Oppia* Diſſertationem, quæ prodiit *Francof. juxta Viadr. anno* 1736. LEX ORCHIA *de numero convivarum* nomen tulit a C. *Orchio*, tribuno plebis, qui anno ab V. C. 570. *Q. Fabio* & *M. Claudio* coſſ. hanc legem ſumtuariam rogavit. Feſtus *in Obſonitavere*, Macrob. *Saturnal. l.* 2. *c.* 13.

§. 103. LEX PINARIA *de ambitu* ſatis antiqua eſt, rogata quippe anno ab V. C. 323. a *L. Pinario*, tribuno mil. conſul. poteſt. ejuſque collegis. Placuerat enim ſenatui tollendæ ambitionis cauſſa tribunos legem promulgare, *ne cui album inveſtimentum addere petitionis cauſſa liceret* *. Liv. *Liv.* 4. *c.* 25. De PLAUTIA *quæ vim*, *&* *re-*

quotidianas naſci querelas oportuiſſe, facile unusquisque intelligit. Fuerunt vero & alia hujus legis capita: veluti, *ut curaret ille, qui coloniam deduxerit, limites ut fiant, terminique ut conſtituantur, neve quis ejiciat, locove moveat, qui ita conſtituti fuerint: ne limites, qui conſtituti fuerint, ſerendo occuparentur, aliave ratione reddantur inutiles uſibus publicis: ut terminum, qui amotus fuerit, is, cujus ager eſſet, reſtitueret.* Quorum capitum verba legitima ſuperſunt apud Guil. Goeſ. *p.* 329. *ſeqq.*

* Mos erat petitoribus honorum, togam candidam ſumere, eamque creta ita imbuere, ut plane ſplenderet: unde & λαμπρὰν vocat Polyb. *Lib.* 10. *cap.* 4. quemadmodum & ipſi petitores ab hac toga candida *candidati* dicebantur. Lipſ. *Elect. l.* 1. *c.* 13. Bernegg. *ad Suet. Cæſ. cap.* 19. *&* 24. Hinc & togam candidam abjiciebant, qui abjecerant ſpem potiundi honoribus: quale exemplum Cicereii eſt apud Valer. Max. *l.* 4. *cap.* 5. *exempl.* 3. Cur vero illum morem hac lege abolitum voluerit ſenatus, vix con-

*& rerum vi extortarum uſucapionem* cohibuit, jam ſupra (§. 96.) diximus. Ea cautum fuerat, *ut aqua & igni interdiceretur iis, qui adverſus rempublicam conjuraſſent, inſidias ſenatui feciſſent, magiſtratibus vim attuliſſent, qui cum telo fuiſſent in publico, aut ſeditionis cauſſa loca ſuperiora occupaſſent: qui poſſeſſorem e fundo hominibus armatis dejeciſſent dolo malo, aut armatis objectis, ut inde profugerent, cauſſam attuliſſent: denique ne prædium, unde vi dejectus ſit poſſeſſor, uſucaperetur.* Quæ legis capita ex Cicerone, Suetonio, & Dione Caſſio miro ingenii acumine eruit Carol. Sigon. *de judic. l. 2. c. 33.*

§. 104. Nec minus memorabilis eſt lex Pœtelia *de ambitu*, lata a C. *Pœtelio*, trib. pl. anno ab V. C. 397. C. *Fabio* & C. *Plautio* coſſ. Liv. *l. 7. c.* 15. qua cautum fuerat, *ne, qui honores peterent, nundinas & conciliabula obirent* *. Ab ea lege diverſa eſt Pœtelia Papiria, qua, rogantibus C. *Pœtelio* & L. *Papirio* coſſ. anno ab V. C. 429. cautum eſt, *ne quis, niſi noxam meritus, in compedibus haberetur, utque pecuniæ creditæ cauſſa bona in poſterum, non corpora, obnoxia*



conjectura adſequimur, niſi huc trahere velis locum Plutarchi, ex *Quæſt. Rom. p.*276. qui petitores, quando in campum deſcenderint, tunicas poſuiſſe, refert, ejusque rei cum alias, tum hanc potiſſimum rationem reddit: ἵνα μὴ δεκάζωσιν, ἀργύριον ἐν τῷ κόλπῳ κομίζοντες: *ne argentum in ſinu geſtantes ſuffragia redimerent.*

* Inter artes eorum, qui honores petebant, & illa erat quod candidati nundinas, conciliabula, immo & municipia & colonias obirent, omniumque ſibi gratiam prenſando conciliare adniterentur. Quod & poſt latam hanc legem tam impudenter factum, ut ſeditiones & tumultus inde metuerentur, ac proinde C. Mænius, dictator, anno ab V. C. 439. quæſtiones exerceret adverſus eos, qui magiſtratuum petendorum cauſſa coitiones feciſſent: quod adverſus rem publicam eſſent. Liv. *lib. 9. cap.* 26.

*eſſent*. Liv. *l.* 8. *c.* 28. Varro *de lingua Lat. l.* 6. 5. *pag.* 85. Tertullian. *Apologet. c.* 4.

§. 105. Sed & Cn. Pompejus, quamvis ſago, quam toga, illuſtrior, leges tamen quaſdam reipublicæ ſalutares tulit, quæ ab illo POMPEJARUM nomen tulerunt, quia pleræque anno ab V. C. 700. quo ipſe inuſitato exemplo faſces ſolus tenuit, ab eo rogatæ ſunt. Eo pertinent LEGES POMPEJÆ *de vi & de ambitu*, uno eodemque die ex SC. promulgatæ, quibus tam pœnam exaſperavit, quam formam judiciorum breviorem reddere ſtatuit. Utraque enim ſanxit, *ut, priuſquam cauſſa ageretur, teſtes audirentur per triduum, eorumque dicta conſignarentur, quarta die omnes in diem poſterum adeſſe juberentur, & fieret judicum ſortitio: tum porro accuſatori duæ, reo tres horæ ad dicendum concederentur: denique, ubi cauſſa perorata eſſet, & accuſatori, & reo liceret quinos ex ſingulis ordinibus rejicere, utque adeo ex* 81. *judicibus ſorte datis quinquaginta & unus, ſententias laturi, ſupereſſent* *. Aſcon. Pædian. *in Argum. orat. pro Milone*. Cicero *ad Attic. l.* 10. *epiſt.* 4. Dio Caſſ. *l.* 40. *pag.* 145. Cæſ. *de bello civ. Lib.* 3. *cap.* 1.

§. 106. Ejuſdem auctoris ætatiſque eſt LEX POMPEJA *de pecuniis repetundis*, de qua Appianus *de bello civil. l.* 2. *p.* 441. Νόμῳ τε ὥριζεν, ἀπὸ τῆς ἑαυτῶ τὸ πρῶτον ὑπατείας ἐς τὸ παρόν, εὐθύνειν τὸν ἐθέλοντα: *legem tulit, ut ex eo tempore, quo ipſe primum conſul fuiſſet, uſque in alterum conſulatum liceret a magiſtratibus rationes*

* Fuiſſe & alia iſta lege comprehenſa, jam Dio obſervavit, veluti, *certus patronorum numerus eſſet, ut ne laudatores* (ἐπαινέται) *admitterentur*, de quo reorum præſidio videndus Car. Sigon. *de judic. l.* 2. *c.* 19. *ut & ii accuſatores admitterentur, qui olim ſimili de cauſſa poſtulati eſſent, eique, qui duos reos feciſſet, atque unum damnaſſet, impunitas pro præmio daretur*. Ut adeo facile adpareat, tam intolerabilem reipublicæ ambitum tum factum eſſe, ut res ipſa legem ſeveriſſimam poſtulare videretur.

*tiones actorum expetere* , & quidem , ut idem paullo ante monuerat, ob δωροδοκίαν καὶ δεκασμὸν , id eſt , *munerum corruptelas & largitiones* : quod ipſum repetundarum crimen eſſe , nemo non videt. At celeberrima omnium LEX POMPEJA *de parricidiis*, quam anxia pæne induſtria illuſtravit Jo. Franc. Ramos *in Triboniano ſive de errorib. Triboniani de pœna parricidii* *, recuſ. *Lugduni Batavor.* 1728. 4.

§. 107. PUBLICA LEX *de luſu & ſponſionibus*, cujus mentio ſit *l.* 3. *D. de aleat.* non modo incertæ ætatis, verum etiam in ſe obſcura eſt, niſi quod ea ſponſiones de rebus honeſtis fieri permiſerit. De lege PUBLILIA *de plebiſcitis* jam ſupra, quantum ſatis eſt, diximus (§. 40.) Hic vero prætermittenda non eſt LEX REMMIA, quam alii RHEMMIAM, alii REMNIAM, RE-



* Errores illi Triboniani varii, veluti quod dicat, Pompejum aſperrimum crimen parricidii nova pœna perſequutum, quum pœna cullei ſit antiquiſſima, ſed ex lege Cornelia non niſi in parricidio proprio, locum habuerit: quod non indicarit, qua in re a lege Cornelia diſcreparit Pompeja. Diſcrimen autem in eo ſtatuit Ramos, quod quum ex lege Cornelia ii tantum inſuerentur culleo, qui parricidium proprie ſic dictum admiſiſſent: Pompejus hanc pœnam & ad reliquas perſonas cognatas & adfines, quarum mentio ſit *l.* 1. *D. ad leg. Pomp. de parricid.* produxerit. Præterea & alias parricidii pœnas, quas Tribonianus omiſerit, recenſet, & ubique hominem tantum non parricidii poſtulat, ut jureconſultus ille Salamanticenſis inter Tribonianomaſtigas jure poſſit referri. Ceterum pœnæ cullei meminerunt poſt legem Pompejam Seneca *de clement. l.* 1. *c.* 15. & 23. Juvenal. Sat. 8. *v.* 214. *Satyr.* 13. *v.* 155. Suet. *Auguſt. c.* 33. ex quo loco etiam patet, pœnam illam non niſi confeſſis reis infligi potuiſſe. Quamobrem non videtur admittenda Cujacii divinatio, cullei pœnam tantum ante leges Corneliam & Pompejam, moribus obtinuiſſe, at per legem Pompejam in pœnam legis Corneliæ de ſicariis mutatam, denique a Conſtantino M. *l. C. de his, qui par. vel lib. occid.* in uſum revocatam eſſe ſuſpicantis. Vid. Cujac. & Schulting. *ad Paull. Sent. recept. l.* 5. *tit.* 24. *p.* 512. *ſeqq.*

REMIAM, alii MEMMIAM adpellitant, cujuſque de origine nihil conſtat, niſi quod fuerit antiquiſſima, ipſiſque decemviralibus legibus non multo recentior, ex mente Henr. Brencmanni *de leg. Remm. c.* 3. Ceterum ea cautum fuiſſe, *ut qui per calumniam innocentem accuſaſſet, ejus fronti littera K. inureretur* *, patet ex Cic. *pro Sex. Roſc. c.* 20. Julian. Μισοπωγ. *pag.* 357.

§. 108. Non minus dubiæ ætatis ſunt LEGES SCANTINIA *de nefanda Venere*, cui facem accenderunt Jo. Fridr. Chriſtius *Diſſ. de lege Scantinia*, & Jo. Guil. Hoffmannus *in Comment. ad legem Juliam de adulter. cap.* 1. §. 16. *pag.* 26. & SCRIBONIA *de uſucapione*, quam ſingulari commentatione illuſtravit Jac. Rævardus. * Ea lege *uſucapionem ſervitutum ſublatam eſſe*, quam JCti

* Sunt, qui litteram C. tamquam initialem vocabuli CALUMNIA præferunt, alii litteram D. tamquam primam vocis DELATOR: Turneb. *Adverſ. l.* 8. *c.* 22. Immo quidam hic ad litteram Θ confugiunt, tamquam vocis Græcæ θάνατος indicem. Sed quemadmodum veteres Romani, conſentientibus omnibus pro CALUMNIA, ſcribebant KALUMNIA, quemadmodum pro caput *Kaput*, pro calendæ *Kalendæ*: ita rem omnem conficit Juliani locus ex Μισοπώγον. ubi Antiochenis, K. id eſt Konſtantium deſiderantibus optat duplex ΚΑΠΠΑ, tamquam calumniæ pœnam juſtiſſimam. Brencmann. *c.* 5. *p.* 1587. *Tom.* 4. *Theſ. jur. civ.* Scire autem Julianum rem potuiſſe, nemo negaverit, quum & ſub imperatoribus adhuc extitiſſe lex Remmia videatur. *l.* 13. *D. de teſtib.*

* Ant. Auguſtin. *de legib. pag.* 130. hanc legem tribuit auctori *L. Scribonio Liboni*, cujus meminit Cic. *in Brut. c.* 23. *& de orat. l.* 1. *cap.* 53. Sed eam ſententiam ſolidis argumentis profligavit Galv. *de uſufructu*, *c.* 12. §. 4. *p.* 113. Sane Ciceronis ætate adhuc ſervitutum uſucapionem proceſſiſſe, diſcimus *ex Orat. pro A. Cæc. c.* 26. Quare probabilius eſt, legem Scriboniam ſub Auguſto latam eſſe a *L. Scribonio Libone* coſ. collega *M. Antonii* 2. coſ. anno 719. ceu viſum eſt Galvano *ibid.* & Herm. Noordkerkio *Diſq. de lege Petron. c.* 3. §. 6. *p.* 90. Saltim tardius latam eſſe, (quod putavit Jac. Rævardus *de*

JCti diſputatione fori invexerant, ſatis patet ex *l.* 4. §. *ult. D. de uſurp. & uſucap.*

§. 109. Exſtitiſſe porro legem quamdam SERVILIAM *de adulteriis & ſtupris*, circa annum ab V. C. 694. a *P. Servilio Vatia* coſ. rogatam, fretus loco Valerii Maximi *l.* 8. *c.* 1. *exempl.* 8. acute conjicit Jo. Guil. Hofſmann. *de lege Jul. de adult. l.* 1. *c.* 21. *pag.* 33. Certius eſt, LEGEM SERVILIAM *repetundarum*, cujus fragmenta ex monimento vetuſtiſſimo extulit Sigon. *de judic. l.* 2. *cap.* 27. anno ab V. C. 648. rogatam eſſe. Eam vero ita illuſtravit laudatus Sigonius, ut ocium nobis feciſſe videatur.

§. 110. De LEGE TITIA *de luſibus & ſponſionibus*, cujus mentio fit *l.* 3. *D. de aleat.* nihil me, quod dicam compertum habere, fateor. At TULLIA *de ambitu* auctorem habet *M. Tullium Ciceronem*, coſ. cum *C. Antonio*, anno ab V. C. 689.*. Denique celeberrima olim fuit LEX VOCONIA *de mulierum hereditatibus & de legatis*, lata a *Q. Voconio Saxa*, trib. pl. anno ab V. C. 583. *Cæpione* & *Philippo* coſſ. ſed de ea ſingularibus commentationibus tam adcurate egerunt FRANC. BALDUINUS & JAC. PERIZON., ut plura addere nihil attineat.



*de lege Scribon. p.*497.) & quidem anno ab V. C. 768. *L. Scribonio Libone* & *Siſenna Statilio Tauro* coſſ. eo minus crediderim, quo rarius tum leges rogari ſolebant a conſulibus.

* Hanc legem jam ſuperiore anno 50. *Julio Cæſare* & *C. Marcio Figulo* coſſ. rogari juſſerat ſenatus: ſed interceſſerat Q. Mucius Oreſtinus, trib. plebis, teſte Aſcon. Pæd. *in Orat. in toga cand.* Cicero *pro Muræn. cap.* 34. Poſtea legem de novo ex SC. tulit Cicero eaque cautum, ne mercede conducti obviam candidatis irent, nec conducti eos ſectarentur; ne gladiatoribus locus tribueretur, ne prandia vulgo darentur. Cic. *pro Muræn. c.* 33. *in Vatin. c.* 15. Ex quibus locis etiam patet, præter alias pœnas & decennale exſilium irrogatum eſſe iis, qui contra hanc legem feciſſent. Sigon. *de judic. l.* 2, *c.* 29. *p.* 436.

§. 111. Nihil adhuc diximus de SENATUS CONSULTIS, quorum innumera hoc temporis intervallo facta eſſe, nemo ignorat. Enimvero, quod de ſua ætate ſcribit Ulpianus *l. 9. D. de legib. non ambigi ſenatum jus facere poſſe*: id ad liberæ rei publicæ tempora plane non pertinet. Erat tum ſenatui jus, deliberandi de re publica, adminiſtrandi ærarium, curandi opera publica, delicta extra Romam in Italia admiſſa perſequendi, gliſcentes in Italia controverſias componendi, legationes decernendi audiendique, indicendi ferias & ſupplicationes, de provinciis diſponendi: Polyb. *Hiſtor. l. 6. c.* 11. & de his rebus etiam SCta fiebant, vel, ſi quis majorum magiſtratuum tribunorumve plebis intercesſiſſet, AUCTORITATES ſcribebantur: Cic. *ad diverſ. l. 8. epiſt.* 8. Dio Caſſ. *l.* 55. *pag.* 550. At nova jura SCtis invecta eſſe ante Cæſarum tempora, nuſquam legeris. *

§. 112. Contra ea quum PRUDENTUM, ſeu JURISCONSULTORUM permagnam hoc tempore auctoritatem fuiſſe dixerimus (§. 52. *ſeqq.*) operæ pretium fuerit, inſtituere hic illorum recenſum, & quæ de iis notatu digna videbuntur, veluti per lancem ſaturam memorare, eademque opera, quæ BERN. RUTILIUS, JO: BERTRANDUS, GUIL. GROTIUS, VAL. FORSTERUS, GUIDO PANCIROLUS, JAN. VINC. GRAVINA, ſimileſque ſcriptores,

* Verum tamen eſt, populum nec jure rogari, nec jure ſciſcere potuiſſe, niſi ſenatus fieret auctor, eamque in rem ſcriptum eſſet SCtum. Liv. *l.* 1. *c.* 17. *l.* 8. *c.* 12. Plutarch. *in Coriolano*, *p.* 227. Cic. *in Brut. cap.* 14. Appian. *de bello civ. l.* 1. *p.* 650. Ex quo Ciceronis loco diſcimus, exſtitiſſe ea de re legem veterem MÆNIAM, quam Feſtus *in voce: Prorſus* MINIAM; Nonius vero Marcell. MANIAM vocat, eaque cautum fuiſſe, *ut patres in comitiorum eventum auctores fierent*. At plerumque hanc legem neglexerunt turbulenti ingenii tribuni plebis, qui ſeditioſiſſimas rogationes inconſulto ſenatu ac refragante ſenatu rogarunt, patribusque nec quidquam diſſuadentibus, pertulerunt.

res, vel prætervidèrunt, vel perperam tradiderunt * ſupplere atque emendare.

§. 113. Apud Pomponium jureconſultorum agmen ducit PAPIRIUS, pontifex max. quem *Caii* prænomen tuliſſe, & jus Papirianum paullo poſt exactos reges, compilaſſe, jam ſupra notavimus. (§. 16.) Excipit eum APPIUS CLAUDIUS, *unus ex decemviris, cujus maximum conſilium in* 12. *tabulis ſcribendis fuit. l.* 2. §. 36. *D.de orig.jur.* Sed de eo quoque jam ſupra pleraque occupavimus, * (§. 25. *ſeqq.*) quibus jam id addimus,

* Nulla hiſtoriæ litterariæ pars adhuc minus exculta eſt, quam hæc de vitis & ſcriptis veterum jurisconſultorum. Nec omnes hi auctores ita ea in re verſati ſunt, ut ocium fecerint poſteris. *Bern. Rutilius* vulgaria & incomperta ſæpe pro veris attulit. Doctior *Bertrandus*, at in divinando paullo audacior, nec ab erroribus immunis. Minime omnium operæ pretium fecit *Val. Forſterus*, qui homo ad quasvis potius operas ſordidas, quam ad ſcribendam juris hiſtoriam erat condemnandus. *Guido Pancirolus* & *Jac. Vinc. Gravina* breviter hanc rem exſequuntur: hic præterea pleraque ſublegit aliis, quæ deinde miro orationis flore ſolet veſtire, aliquando etiam corrumpere. Vere ergo reliquorum omnium induſtriam vicit magni Grotii frater *Guil. Grotius*, quamvis ne is quidem, quæ eſt hominum infelicitas, omnia viderit.

* CLAUDII e Regillorum oppido oriundi, gente Sabini erant. Sueton. *Tiber. cap.* 1. Unde & decemviro noſtro nomen fuit APPII CLAUDII SABINI REGILLENSIS. Primus ex ea gente, quæ Herculem, ſeu Deum Sancum Fidium auctorem generis ciebat, anno ab V. C. 249. Romam e Sabinis migraverat ATTUS CLAUSUS, de quo Virgil. *Æneid. lib.* 7. *v.* 706.

*Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum.*
*Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar,*
*Claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens*
*Per Latium, poſtquam in partem data Roma Sabinis.*

Agminis meminit Virgilius, quia ATTIUS ille vel ATTA domi impar adverſæ factioni, magna clientium comitatus manu ab Regillo Romam transfugerat. Potentem adeo fuiſſe oportet hominem, quem

mus, quod Appius ille impotente libidine ſua non modo ſibi, ſed & rei publicæ maximum intulerit detrimentum, ac proinde conjectus in carcerem, dignum flagitiis ſuis ſupplicium morte voluntaria anteverterit, anno ab V. C. 306. Liv. *l.* 3. *c.* 58.

§. 114. Subjungit his Pomponius alterum APPIUM CLAUDIUM *ejuſdem generis*, quippe decemviri abnepos * quem CENTUMANI cognomen tuliſſe, maximeque ſcientiam habuiſſe ait. At quum alii eum CÆCUM cognominent, mirum eſt, quantopere criticis vapulet bonus Pomponius: quum tamen nihil impediat, quo minus, qui ſenex ob caſum CÆCUS dictus eſt, idem antea CENTUMANI cognomen habuerit. Bynkersh. *Prætermiſſ. pag.* 264. *ſequ. edit. nov.* Centumanorum ſaltim, vel Centumalorum cognomen non ignotum fuiſſe in gente Claudia, intelligimus ex Cic. *de offic. l.* 3. *c.* 16. & Val. Max. *l.* 8. *c.* 2. *exempl.* 1.

§. 115

quem advenientem Romani non modo civitate & agro donarunt, ſed & inter patres adlegerunt, non multo poſt in principum dignatione futurum, Liv. *l.* 2. *c.* 16. immo & conſulem anno ab V. C. 259. collega *P. Servilio*. Idem *l.* 2. *c.* 21. Fuit huic filius APPIUS CLAUDIUS SABINUS REGELLENSIS, conſul cum *T. Quinctio* anno ab V. C. 283. plebi exercituique inviſus, qui quum a ſuis deſertus a Volſcis vinceretur, ſuppliciis in centuriones, ſigniferos, gregariorumque decimum quemque ſæviit, accuſatusque ideo, antequam damnaretur, morbo deceſſit. Liv. *l.* 2. *cap.* 58. *ſeq.* Huic filius fuit decemvir, præcipuus juris, quod ex 12. tabulis proficiſcitur, auctor.

* Ne decipiatur lector ab iis, qui hic miſcent quadrata rotundis: dabimus operam, ut plures Appios diſtinguamus. En ergo ſchema genealogicum:

Atta, vel Attius Clausus, qui Regillo profugus, Romam cum magna clientium manu migravit, inter patricios adlectus, dictusque Appius Claudius. Conſul anno V. C. 258. Plutarch. *in Popuc. p.* 108 Suet. *Tiber. c.* 1. Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 9. & *l.* 12. *c.* 25.

Appius Claudius Regillensis coſ. anno ab V. C. 282. Liv. *l.* 2. *c.* 56.

C. Claudius, qui pertæſus flagitiorum Appii fratris filii, decemviri, Regillum remigravit. Liv. *l.* 3. *c.* 58.

Appius Claudius Crassinus, decemvir, manus ſibi ipſe intulit, anno ab V. C. 306. Liv. *lib.* 3. *cap.* 58.

Appius Claudius, tribun. mil. coſ. pot. anno ab V. C. 331. Liv. *lib.* 4. *cap.* 35.

Appius Claudius Crassus, de cujus contentione cum tribunis pl. anno 387. Liv. *lib.* 6. *cap.* 40.

C. Claudius Crassinus Regillensis, coſ. anno V. C. 406. in magiſtratu deceſſit. Lib. *lib.* 7. *cap.* 25.

Appius Claudius Cæcus, Pomponio Centumanus, JCtus, de quo hic agimus.

§. 115. Honores inverſo fere ordine geſſit, primum cenſor anno ab V. C. 442. quo tempore viam Appiam ſtravit, & aquam Claudiam in urbem induxit: *l.* 2. §. 36. *D. de orig. jur.* Liv. *l.* 9. *c.* 29. Ald. Manut. *quæſit. per epiſt.* 1. 2. *p.* 181. Deinde anno 446. & 456. conſul; Liv. *l.* 9. *c.* 42. & *l.* 10. *c.* 18. inſequente prætor creatus eſt. Liv. *l.* 10. *c.* 22. Senex luminibus orbus viribuſque defectus, tamen & clientibus ſe dedit, & lectica delatus in ſenatum ſua potiſſimum oratione effecit, ut Pyrrhus rex in urbem non admitteretur. *Epit. Liv. l.* 13. Plutarch. *in Pyrrh. pag.* 394. Poſtremo Pomponius obſervat, cum litteram caninam in quibuſdam vocabulis

bulis reperiſſe *, ut quum Romani teſtibus Varrone *de lingu. Lat. l.* 6 *p.* 70. & Quinctiliano *Inſt. orat. l.* 1. *c.* 4. antea pronunciarent *doloſem*, *eſo*, *miſeſia*, *meſidie*, *melios*, *vapos*, poſtea *dolorem*, *ero*, *miſeria*, *meridie*, *melior*, *vapor*, pronunciare mallent.

§. 116. *Fuit poſt eos*, teſte eodem Pomponio, *maximæ ſcientiæ* SEMPRONIUS, *quem populus Romanus* *Romanus* σοφὸν, *id eſt*, SAPIENTEM *adpellavit*, *nec quiſquam ante hunc aut poſt qunr hoc nomine cognominatus eſt* *. *l.* 2. §. 37. *D. de orig. jur.* At non fuit poſt

Ap-

* Pomponius hac de re tam obſcure loquitur, ut neſcias, noſterne Appius, an alius, qui ab eo proceſſit, litteram iſtam R. invenerit. Sed quum Cicero *ad diverſ. l.* 9. *epiſt.* 21. diſerte ſcribat, L. Papirium Craſſum circa annum V. C. 415. primum deſiiſſe vocari *Papiſium*: non alii ejus inventi laus deberi videtur, quam Appio Cæco, ſiquidem ejus pater jam anno 406. deceſſerat, filius verum tum nondum ejus fuit ætatis, ut ab eo tale quid proficiſci potuiſſe vedeatur. Ceterum non credibile eſt, Appium ipſam litteram R. inveniſſe, quam ipſa *Romuli*, *Remi*, *Romæ*, vocabula præferunt, quæque in ipſis carminibus Saliaribus frequenter occurrit. Itaque in quibuſdam tantum vocabulis, in quibus ipſa euphonia R. pro S. exigere videbatur, litteram caninam invexiſſe videtur Appius. In ipſis ſane carminibus Saliaribus, in quibus mentio fit *Marmurii*, *Veturii*, ſimiliumque, occurrunt etiam *muſes*, i. e. mures, *ruſe*, i. e. rure, *pluſima*, i. e. plurima, *melios*, i. e. melior. Add. Io. Nic. Funcc. *de puerit. Lat. lingu. c.* 1 *p.* 193. & *c.* 3. *p.* 243.

* Argutantur hic novi ſcriptores, obſervantes, (1) id nomem & poſtoris ejus hæſiſſe: (2) non defuiſſe alias gentes, quibus inſignis ſapientiæ gloria nobile ac perpetuum cognomen pepererit. Habere enim hiſtoriam *Atilium* & *Lælium* SAPIENTES, *Scipionem* CORCULUM, *Sex.* & *P. Ælios* CATOS, denique *M. Porcium* CATONEM dictos, quæ cognomina ab illo σοφοῦ elogio non niſi ſono differant: adeoque fallere Pomponium, dum *nec quemquam ante hunc, aut poſt hunc, hoc nomine cognominatum eſſe*, contendat. Sed ad *prius* reſpondetur, poſteris id nomen hæſiſſe tamquam hereditarium, at neminem eorum ſibi

id

Appium Sempronius, ſed iiſdem pæne temporibus floruit, quippe conſul creatus anno ab V. C. 449 cum P. Sulpicio, Liv. *l.* 8. *c.* 45. quocum etiam de Æquis eo anno triumphavit. *Faſt. Capitol. ad hunc ann.* Anno porro ab V. C. 453. pontifex & cenſor; & paullo poſt M. Valerio Corvo, dictatore, magiſter equitum factus eſt. Liv. *l.* 10. *c.* 9. Et tamen vir conſularis, cenſorius, ac triumphalis præturam anno ab V. C. 456. ſuſcipere non eſt dedignatus. Liv. *l.* 10. *c.* 21.

§. 117. Vulgo eum uxori miſiſſe repudium, perhibent, ob eam ſolam cauſſam, quod ludos inconſulto ſe ſpectarit. Sed Valerius Maximus, qui *l.* 1. *c.* 3. *ex.* 12. id memoriæ prodidit, diſerte ait, id divortium fuiſſe tertium ab eo, quod fecerit Sp. Carvilius. Quum vero hic anno demum 521. primus uxorem res ſuas ſibi habere juſſerit, noſter autem eam ætatem non attigiſſe videatur: conſequens profecto eſt, ut alius fuerit ille Sempronius σοφὸς, qui tam ſevera animadverſione uxoris curioſitatem ultus eſt. Vid. Jo. Guil. Hoffman. *Commentar. ad leg. Jul. de adult. c.* 1. *pag.* 22. *ſeq.* Certius eſt, filium habuiſſe noſtrum ejusdem nominis, qui anno ab V. C. 484. conſul de Picentibus triumphavit, *Faſti Capitol. ad hunc an.* & anno ab V. C. 500. cenſor luſtrum condidit. *Epit. Liv. l.* 18.

§. 118.

id nomen virtute peperiſſe. Ad *poſterius*, Pomponium id obſervaſſe de Græco σοφοῦ cognomine, quod in Græcia ſeptem tantum viris, Romæ ſoli poſt hominum memoriam P. Sempronio datum ſit. Unde & SAPIENTIÆ ſimulacrum in gentis Semproniæ numis reperiri obſervat Rupertus *ad Enchirid. Pompon.* L. 3. *p.* 158. *edit. nov.* Quæ quum ita ſint, adſentiri non poſſumus Reineſio, qui *ad Inſcript. p.* 36. ipſum *Semproniorum* nomen a ſapientia derivat, eoſque *Sempronios* dictos putat, quaſi σώφρονας, atque inde & originem cognominis σοφοῦ argute arceſſit, quum tamen noſter prius dictus ſit Sempronius, quam σοφοῦ cognomen ob ingenii præſtantiam accepit, & jam pater P. SEMPRONIUS LONGUS, avus C. SEMPRONIUS LONGUS dicti ſint. Rupert. *ibid.*

§. 118. Proximus ætate fuit TIBERIUS CORUNCANIUS, quem primum omnium juris prudentiam publice profeſſum eſſe, diximus (§. 53.) Eum nihil ſcripſiſſe, ait Pomponius: addens tamen, diligenter eum de jure conſulentibus reſpondiſſe: *l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.* ob quam juris ſcientiam dexteritatemque in reſpondendo eumdem laudat etiam Cicero *de orat. l.* 3. *c.* 15. Conſul fuit anno ab V. C. 472. collega P. Valerio Lævino: poſtea creatus primus ex plebe pontifex maximus * anno ab V. C. 500. *Epit. Liv. l.* 18. Obiit in extrema ſenectute, (nam ſenibus, qui rei publicæ profuerint, eum accenſet Cic. *de ſeneƈt. c.* 6.) anno ab V. C. 509. quippe quo ei in pontificatu ſurrogatum eſſe L. Cæcilium Metellum, refert *Epitomator Livii l.* 18.

§. 119. In eumdem cenſum Guil. Grotius *de JCtis*

*l.* 1.

(*) Equidem primus ex plebe pontifex anno ab V. C. 453. creatus eſt cum P. Decio Mure, C. Marcio Rutilo & M. Livio P. Sempronius Sophus: Liv. *l.* 10. *c.* 9. at pontificatum maximum ad annum uſque 500. tamquam propriam ſibi poſſeſſionem, retinuerant, eoque honore primus ornatus eſt Tib. Coruncanius, juris ſcientia non minus, quam aliis virtutibus eam dignitatem meritus. Nuſquam ſane ſine laude ejus meminit Cicero. Nam *de nat. deor. l.* 2. *c.* 66. eum adnumerat *ſingularibus viris, quorum neminem, niſi juvante Deo, talem fuiſſe credendum ſit.* Libro *de ſeneƈtute, c.* 9. *ab eo jura civibus præſcripta, ejuſque uſque ad extremum ſpiritum proveƈtam eſſe prudentiam* ait. In *Lælio, cap.* 11. laudat M. Curium & Ti. Coruncanium, *quos ſapienter maiores judicarint.* Alibi *de orat. l.* 3. *c.* 33. eum jungit P. Craſſo illi veteri, & Scipionibus, quos vocat *prudentiſſimos homines, qui omnes pontifices maximi fuerint, ut ad eos de omnibus divinis atque humanis rebus referretur, quique iidem & in ſenatu, & apud populum, & in cauſſis amicorum, & domi, & militiæ conſilium fidemque ſuam præſtiterint.* In *Bruto* porro *c.* 15. obſervat, Coruncanium *ex pontificum commentariis longe plurimum ingenio valuiſſe videri.* Denique *in orat. pro domo ſua, cap.* 54. eum vocat *peritiſſimum pontificem:* ut alia ejus loca hic prætermittam.

*l.* 1. *c.* 2. refert L. Cincium Alimentum *, qui quæſturam geſſit anno 534. præturam Siciliæ anno 542. & bello in primis Punico ſecundo inclaruit, quo anno 543. Cannenſis exercitus reliquias duxit, Liv. *lib.* 27. *c.* 7. captusque ab Hannibale, quantum is exercitum adduxerit in Italiam, ex ejus ore audivit. Liv. *l.* 21. *c.* 38. Scripſit librum de officio jurisconsulti, laudatum a Feſto *in voce: Subjici*, & præter illum *Annales*, *Faſtos*, *de comitiis*, *de coſſ. poteſtate*, *myſtagogica*, *de verbis priſcis*, *&* *de re militari*, ex quibus reliquias haud contemnendas collegit, ſuæque Salluſtii editioni ſubjecit Waſſius, cujus exemplum & Cortius poſtea eſt ſequutus. Add. Voſſ. *de hiſt. Græc. l.* 4. *c.* 13. & *de hiſt. Latin. l.* 1. *c.* 4.

§. 120. Paullo minor natu, at eorumdem tamen temporum fuit Publius (non Cajus, ut Pomponius vocat), Cornelius Scipio Nasica *, qui anno ab V. C. 548. adoleſcens nondum quæſtorius vir optimus a ſenatu adpellatus eſt dignusque habitus, qui matrem deum Oſtiam advectam exciperet, *l.* 2. §. 37. *D. de orig. jur.* Liv. *l.* 29. *c.* 14. Valer. Max. *l.* 8. *c.* 25. *Excerpt. Peireſc. pag.* 606.

§. 121.

* Celeberrima iis temporibus fuit gens Cincia, ex qua eodem fere tempore claruit L. Cincius Alimentus, tribun. pl. anno ab V. C. 539. & L. Cincius Alimentus ædilis plebis anno ab V. C. 541. niſi forte poſterior idem cum noſtro fuerit. At celeberrimus omnium M. Cincius M. F. Alimentus, cujus tribunatus nobilis fuit rogata lege cincia (§. 91.), de quo totaque Gente Cincia plura Fridr. Brummer. *ad leg. Cinc. c.* 1. *ſequ. pag.* 2. *ſeq. edit. Pariſ.*

* Quum facillima ſit in tot Scipionum rebus geſtis errandi occaſio: præclare ſane de republica litteraria meriti ſunt viri docti, & in his Chriſtoph. Ad. Rupert. *ad Pomp. enchirid. l.* 3. *c.* 3. *pag.* 159. *ſeqq. edit. nov.* dum accuratum Scipionum ſtemma confecerunt, ex quo nos brevem hanc tabulam excerpimus:

L. Cor-

L. CORNELIUS L. F. CN. SCIPIO coſ. anno ab V. C. 494. de Pœnis, Sardis, & Corſis triumphavit.

P. CORNELIUS L. F. L. N. SCIPIO coſ. anno 535. qui primus cum Hannibale minus proſpere ſub Alpibus conflixit. Flor. *Hiſt. Lib.* 1. *cap.* 6.

P. CORNELIUS P. F. L. N. SCIPIO AFRICANUS, victor Hannibalis.

CN. CORNELIUS L. F. L. N. SCIPIO CALVUS, coſ. anno ab V. C. 531. cum fratre in Hiſpania occubuit.

P. CORNELIUS CN. F. L. N. SCIPIO NASICA, JCtus, *vir optimus* a ſenatu cognominatus.

P. CORNELIUS P. F. CN. N. SCIPIO NASICA, CORCULUM dictus, coſ. anno 590. & 597.

§. 121. Prætor anno 559. rem bene ac proſpere geſſit in Hiſpania, & inſequente anno pro prætore Luſitanos pæne perdomuit. Liv. *l.* 35. *c.* 1. Creatus deinde conſul, anno 560. Boios ad inrernecionem cecidit, de iisque triumphum egit pulcherrimum. Liv. *l.* 36. *c.* 37. *ſeq.* Petenti anno ab V. C. 568. cenſuram Cato prælatus eſt. Liv. *l.* 38. *c.* 40. Sed tanto honorificentius de eo fuit judicium populi, quando ei publice domus in ſacra via data eſt, quo facilius conſuli poſſet. *l.* 2. §. 37. *D. de orig. jur.* Filius ipſi fuit, cum aliarum virtutum, tam juris prudentiæ laude patris ſimillimus, & ſive ob ſapientiam, ſive ob communem civium amorem, CORCULUM adpellatus, qui anno V. C. 590. & 597. conſul fuit, & gravem de Carthagine non delenda ſententiam in ſenatu dixit *.

* Equidem patri P. Scipioni Naſicæ, quem *virum optimum* adpellatum diximus, hanc orationem tribuunt Diodor. Sic. *in Excerpt. Peireſc. pag.* 382. & *Epitomator Livii l.* 49. Sed quum hæc contigerint anno ab V. C. 602. ad id vero tempus vix advixiſſe videatur P. Scipio Naſica, qui jam anno ab V. C. 559. præturam geſſerat, filius contra hoc ipſo tempore ætate non minus, quam auctoritate, rerumque geſtarum gloria floreret: adſentiri non dubitaverim Ruperto, exiſtimanti, filium, P. Scipionem Corculum, gravem illam ſententiam in ſenatu dixiſſe. Vid. Rupert. *ad Pompon. Enchirid. l.* 3. *c.* 3. *pag.* 161. *edit. nov.*

§. 122.

§. 122. Dubiæ ſanitatis eſt locus Pomponii *l.* 2. §. 37. *D. de orig. jur.* ubi horum temporum JCtis accenſet Q. Mucium quemdam, quem legatum ad Carthaginienſes miſſum, ex duabus teſſeris poſitis, una pacis, altera belli, dato arbitrio, utram vellet, Romam referret, utramque ait ſuſtuliſſe, addita cauſſa, Carthaginienſes petere debere, utram accipere mallent. Ut enim jam non dicam, rem ab aliis multo aliter narrari: Liv. *l.* 21. *c.* 18. Florus *l.* 2. *c.* 6. Gell. *l.* 10. *c.* 27. Sil. Ital. *l.* 2. *v.* 382. *ſeq.* nemo veterum in ea legatione Q. Mucium fuiſſe refert, ſed id uno ore tribuunt Q. Fabio Maximo, qui deinde *Cunctatoris* nomen meruit. Eum vero Fabium jurisprudentiam reliquis laudibus ſuis adjunxiſſe, ego quidem nusquam reperio. *

§. 123. Iisdem pæne temporibus juriſprudentiæ laude floruerunt duo fratres celeberrimi, P. & Sex. Ælii Pæti Cati, quorum alterum juris Æliani auctorem fuiſſe, ſupra vidimus (§. 49.) Publius anno V. C. 548. ædilis plebis, ac inſequente anno prætor, Liv. *l.* 29. *c.* 38. anno 550. magiſter equitum C. Servilii Gemini dictatoris, Id. *l.* 30. *c.* 39. ſequente conſul, Liv. *l.* 30. *c.* 40. biennio poſt cenſor creatus, Idem *l.* 32. *c.* 7. peſtilentia periit anno ab V. C. 578. Liv. *l.* 41. *cap.* 26.

§. 124. Sex. Ælius Pætus Catus per eoſdem fere hono-



* Probabile tamen eſt, Pomponium ſcripſiſſe *Q. Maximum*, idque poſtea librarios perperam mutaſſe in *Q. Mucium*. Rupertus *l.* 3. *c.* 3. *p.* 160. Q. vero Fabium juris peritum fuiſſe, idem Rupertus probare conatur loco Ciceronis *de ſenect. c.* 4. ubi Cato de Fabio: *neç vero ille*, inquit, *in luce modo, atque in oculis civium magnus, ſed intus domique præſtantior. Qui ſermo? quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? quæ* scientia juris? *augurii?* At male interpungere videtur Rupertus. Cato enim non laudat Fabii *ſcientiam juris*, ſed *ſcientiam juris augurii*, vel auguralis, quæ & in juris imperitum cadebat.

honorum gradus decurrens itidem ad conſulatum & cenſuram pervenit, quorum illum anno 554. hanc anno 558. ab V. C. geſſit cum collega C. Cornelio Cethego *. Liv. *l.* 31. *c.* 7. *l.* 34. *c.* 44. & *l.* 35. *cap.* 9. De ejus *Tripartitis* ſupra diximus (§. 49.) addit Pomponius *l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.* ei & alios libros, ſed dubiæ auctoritatis, tribui. Eruditorum manibus vel maxime trita videntur *Tripartita*, tamquam inſigne juris univerſi ſyſtema, quo & Cicero uſus videtur, dum *ad diverſ. l.* 7. *epiſt.* 22. tractat quæſtionem juris, *poſſetne heres, quod ſurtum antea factum eſſet, recte furti agere?*

§. 125. Jungit Pomponius Æliis fratribus P. ATILIUM, quem primum SAPIENTEM a populo cognominatum ſcribit *d. l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.* Quamvis vero celeberrima Romæ fuerit *Atiliorum* familia, multisque imaginibus illuſtris, de qua præclare meritus eſt Jac. Perizonius *Animadv. hiſt. cap.* 1. *pag.* 26. ubi & ſtemma Atiliorum dedit: Ruperto tamen *ad Enchir. Pompon. l.* 3. *c.* 4. *pag.* 173. hic parum adcuratus videtur Pomponius,

* Refert Plin. *Hiſt. nat. l.* 33. *c.* 1. Ælium Catum L. Æmilii Paulli, qui Perſeum, Macedoniæ regem vicerit, generum fuiſſe, eumque, quum legati Ætolorum, in conſulatu prandentem in fictilibus adiiſſent, oblata ab his vaſa argentea non accepiſſe, neque aliud habuiſſe argenti ad ſupremum vitæ diem, quam duo pocula, quæ L. Panllus, ſocer, ei ob virtutem donaſſet. Sed L. Paulli gener *Q. Ælius Tubero* fuit, uon *Sex Ælius Catus*. Illum ob virtutem navatamque in bello Macedonico operam generum ſibi delegerat Æmilius. Plutarch. *in Paull. p.* 257. At Ælius iſte, Paulli gener, nec Cati cognomen tulit, nec umquam Conſul fuit, ſed vir optimus ac continentiſſimus, καὶ μεγαλοπρεπέστατα Ῥωμαίων πενία χρησάμενος, *& qui omnium Romanorum magnificentiſſime paupertatem tulit*, ceu loquitur Plutarchus. Recte id monuit Rupertus *ad Enchirid. Pompon. l.* 3. *c.* 4. *p.* 168. *edit. nov.* quum Coraſius, Hotomanus, & Jo. Bertrandus, Plinii ſequuti auctoritatem, perperam hæc omnia ad Sex. Ælium Catum referant.

nius, quippe qui *P. Atilium* nobis obtrudat pro L. A-CILIO. De hoc ſane Cicero *de amic. cap.* 2. *ſcimus L. Acilium*, ( ita enim habent libri optimi , ) *apud patres noſtros adpellatum* SAPIENTEM , *quia prudens eſſe in jure civili putabatur* : & *de legibus l.* 2. *c.* 23. iterum vocat *L. Acilium*, eumque jungit *Sex. Ælio*. Attamen res & etiamnum incerta eſt , & jam olim inter has gentes de hoc JCto certamen fuiſſe videtur * . Quædam ad 12. tabulas ſcripſiſſe hunc ſive Atilium , ſive Acilium , jam ſupra obſervavimus (§. 31.)

§. 126. Eorumdem temporum JCtis Grotius *de JCtis l.* 1. *c.* 4. adnumerat SER. FABIUM PICTOREM, quem *juris* , *&* *litterarum antiquitatis peritiſſimum* fuiſſe teſtatur Cicero *in Brut. cap.* 21. Unde exiſtimari poſſet, Ciceronem hæc ſcribentem in animo habuiſſe *Q. Fabium Pictorem*, Annalium ſcriptorem, cujus fragmenta in Waſſii *Sylloge* primum ſtatim locum obtinent . Enimvero, quum non Quintum illum vocet , ſed Servium , & hunc M. Porcio Catone natu paullo minorem fuiſſe obſervet : magis eſt , ut ex filiis ejus aliquem intelligamus , de quo tamen altum alioquin in hiſtoria Romana ſilentium eſt . Celebrior Q. FABIUS LABEO , quæſtor anno ab V. C. 556. Liv. *l.* 33. *c.* 42. ſeptimo poſt anno prætor, Liv. *l.* 39. *cap.* 45. demum triennio poſt pontifex. Id. *l.* 40. *c.* 42. Eum iiſdem pœne laudibus, ac Ser. Fabium Pictorem, exornat Cicero *in Brut. c.* 21.

§. 127. T. MANLIUM, A. F. T. N. TORQUATUM *juris civilis &* *ſacrorum pontificalium* , teſte Valerio Maximo *l.* 5. *cap.* 8. *exempl.* 3. *peritiſſimum* , conſulem

 cum

* In *Aciliæ* gentis denariis Janus bifrons, prudentiæ ſapientiæque ſignum , conſpicitur apud Patin. *de famil. Rom. p.* 3. At idem χάραγμα & in *Atiliæ* gentis nummis *p.* 42. reperimus. Si ergo verum eſt , hoc eſſe ſignum ſapientiæ vel prudentiæ, a quo majorum quis cognomen tulerit : facile eſt ad exiſtimandum, de eo gentium ſuarum decore inter utramque certatum eſſe.

tum Cn. Octavio anno ab V. C. 587. fuiſſe, obſervat Cicero *de finib. l.* 1. *c.* 7. * ſimulque refert, eum filium compertum repetundarum judicio domeſtico damnaſſe, & in conſpectum ſuum venire vetuiſſe. Addit Valerius, quum filius tam triſti perculſus ſententia ſuſpendio vitam finiiſſet, eum ne exſequiis quidem adoleſcentis interfuiſſe, ſed tum maxime, quum funus efferretur, conſulentibus vacuas aures commodaſſe. *Epit. Liv. l.* 54.

§. 128. Eidem Valerio Maximo debemus notitiam C. MARCII FIGULI, qui circa annum 620. *juris civilis ſtudio celeberrimus fuit*. At iſtius profeſſionis, tamquam infructuoſæ eum pertæſum eſt, quum petens conſulatum repulſam tuliſſet. Nam iſtius ignominiæ dolorem non ferens, quum ad eum poſtero comitiorum die multi conſulendi cauſa confluxiſſent, omnes rerum ſuarum incertos dimiſit, præfatus: *at vos conſulere ſcitis, conſulem facere neſcitis?* Valer. Max. *l.* 8. *c.* 3. *exempl.* 2. qui auctor hoc ſubjungit: *dictum graviter & merito: ſed tamen aliquanto melius non dictum.*

§. 129. Qui iisdem temporibus floruit, totumque pæne

* Gentilitium id fuit genti Maniliæ, ſævire in ſuos, iiſque nullius delicti gratiam facere. Hinc *Manliana imperia* illo etiam tempore horrenda, exempli ſemper triſtis in poſterum fuerunt. Liv. *l.* 4. *c.* 29. & *l.* 8 *c.* 7. De acerbitate L. *Manlii* in filium, nullius probri compertum, unde *Imperioſi* nomen tulit, idem videndus Liv. *l.* 7. *c.* 4. Noſter ergo Titus tertium dedit tam inuſitatæ ſeveritatis exemplum. *Titus*, inquam; nam mendum in prænomine eſt apud Ciceronem. Quem enim exemplaria Ciceronis omnia *Lucium* vocant, ei *Faſti Capitolini*, his in rebus adcuratiſſimi æque, hac Valer. Maximus & Livii Epitomator, *Titi* prænomen tribuunt. Graviore multo errore Colerus *in Notis ad Valer. Max. Manlium* hunc confundit cum *Manilio*, JCto, de quo paullo poſt. Quem errorem errat etiam Bernard. Rutil. *in vit. JCt. c.* 15. §. 21. ideo jure notatus a Guil. Grotio *de vit. JCtor. l.* 1. *c.* 4.

pæne ſæculum doctrina prudentiaque illuſtravit M. Porcius Cato, quæſturam geſſit anno ab V. C. 548. Liv. *l.* 22. *c.* 7. conſulatum triennio poſt, Liv. *l.* 33. *c.* 42. a quo tempore bellum in Hiſpania proſperrime geſſit, cenſuraque anno 568. ſeveriſſime acta, Liv. *l.* 38. *c.* 41. *ſeq.* anno demum ab V. C. 604. L. Marcio & M. Manilio Coſſ. octuagenario major deceſſit. Cic. *in Brut. c.* 15. *ei tam verſatile ingenium pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum dixiſſes, quodcumque ageret. In bello enim manu fortiſſimus, multisque inſignibus clarus pugnis, idem, poſtquam ad magnos honores pervenit, ſummus imperator, idem in pace, ſi quis jus conſuleret, peritiſſimus, ſi cauſſa agenda eſſet, eloquentiſſimus fuit.* Quales laudes in eum tamquam ex compacto congerunt Liv. *l.* 39. *c.* 40. Cic. *de orat. l.* 1. *c.* 37. & *l.* 3. *c.* 15. Cornel. Nep. *Caton. c.* 3. Quinctilian. *Inſt. orat. l.* 12. *c.* 3. Valer. Max. *l.* 8. *c.* 7. *exempl.* 1. *



* Raro ſane inter mortales exemplo M. ille Porcius Cato in omni artium ſcientiarumque genere eminuit, bonus imperator, bonus cenſor, conſul, prætor, optimus ac fere eximius JCtus, orator facundiſſimus, hiſtoriæ omniſque antiquitatis, ſi quis alius, peritiſſimus, agricola inſignis. Senex & Græcas litteras didicit, tanto ardore animi, ut diuturnam ſitim explere velle videretur. Cic. *de ſenect. c.* 1. & *Quæſt. acad. l.* 4. *c.* 2. Idque eo magis mirandum, quod nullo ſubſidio adſpiravit ad rem publicam, ſolaque virtute ad ſumma enixus eſt. Unde Plutarch. *in Cat. maj. pag.* 353. Ὁ δὲ Κάτων ἐκ πολίχνης τε μικρᾶς καὶ διαίτης ἀγροίκου δοκούσης φέρων ἀφῆκεν ἑαυτὸν ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς, τὴν ἐν Ῥώμῃ πολιτείαν; *Cato vero ex oppidulo exiguo, & vitæ genere, quod ruſticanum videbatur in rem publicam Romanam ſeſe, tamquam in vaſtum pelagus præcipitavit.* Addit, non tum fuiſſe ea tempora, quæ Curios, Fabricios, Hoſtilios, alioſque ab aratro pauperes, ad magiſtratus & roſtra admiſerit, ſed Romam jam claritati familiarum, divitiis, largitionibus, & prenſationibus adſuefactam honores petentibus novis hominibus inſultaſſe. Denique & id miratur Plutarchus, quod Cato, quum omnes pæne ci-

§. 130. Opera varii argumenti, ab eo ſcripta, veteres laudant quam plurima *, ex quibus & hodie integrum exſtare creditur illud *de re ruſtica*. Ex ejus vero *Originibus*, librisque *de re militari*, *de liberis educandis*, *de moribus*, *præceptis ad filium*, *epiſtolis*, *orationibus*, fragmenta, quæ ſuperſunt, cum cura collegit laudatus Waſſius. Laudantur & ejus COMMENTARII JURIS CIVILIS a Feſto; liber de DOTE a Gellio *Noct. Attic. l.* 10. *c.* 23. Denique eum & RESPONSA novo more, expreſſis perſonarum nominibus, edidiſſe, obſervat Cicero *de orat. l.* 2. *c.* 33.

§. 131. Filium Cato ſuſtulerat ſibi ὁμώνυμον, M. PORCIUM CATONEM, iisdemque virtutibus in toga ſagoque inſignem *. Rei militaris ſpecimina bello Macedo-

vitatis potentiſſimos & primos haberet adverſarios, & ad ſenectutem uſque inſtar athletæ decertarit, conſervaverit ſe incolumem, non alio tutus præſidio, quam τῷ λόγῳ, id eſt, eloquentia, ᾧ δικαιότερον ἄν τις, ἢ τύχῃ καὶ δαίμονι τοῦ ἀνδρὸς, τὸ μηδὲν παθεῖν παρ᾽ ἀξίαν, ἀναθείη, *cui verius, quam caſui vel fortunæ ejus, quod illæſa ſemper permanſerit dignitate, acceptum referas*. Meretur tota Catonis vita a Plutarcho ſcripta, ejuſque in primis & Ariſtidis comparatio legi, quippe qua Catonem omnes magni viri partes impleviſſe, & Ariſtidem longo poſt ſe intervallo reliquiſſe, luculentiſſimis argumentis demonſtratur.

* De operibus vero juridicis Catonis, ut & aliis, quæ Catoni tribuuntur, veluti regula Catoniana, non ſatis exploratum eſt, patri, an filio, ſint attribuenda. Nec mirum, quum eadem utriusque ſint nomina, & eadem uterque juris prudentiæ laude floruerit. Quamvis etiam veteres omnes, & in his Plutarchus *in Catone major. pag.* 351. eum *de re ruſtica*, ſcripſiſſe, teſtentur; de eo tamen, quod hodie exſtat ſub Catonis nomine, opuſculo, ſitne vere M. Porcii Catonis, an alterius, non ſine ratione ambigitur. Vid. Id. Matth. Geſneri *præfat. ſcriptoribus rei ruſtic. præmiſſ. p.* 1. *ſeqq.*

* Quum plures Catones in hiſtoria Romana occurrant, quorum facilis eſt confuſio: non ingratum lectori fuerit, to-

cedonico tam præclara dederat, ut L. Æmilius Paullus eum ſibi generum ultro deligeret. Juris vero civilis ſcientia omnes ejus ætatis viros doctiſſimos ſuperavit, egregiosque de juris diſciplina libros reliquit. Gell. *Noct. Att. l.* 13. *c.* 18. *l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.* Exſtinctus eſt vivo patre, & prætor jam deſignatus anno ab V. C. 600. Et is unus caſus concuſſiſſe dicitur intrepidum animum Catonis patris, Cic. *de ſenect. c.* 23. quem adeo hujus filii ſui ſæpe in ſcriptis ſuis cum laude meminiſſe, refert Plutarch. *in Cat. maj. pag.* 351.

totam illam gentem in ſchemate contemplari. Et quamvis illud concinnare jam cœperit Gell. *Noct. Attic. Lib.* 13. *c.* 19. & inde ſua ſumſerit Guido Panciról. *de clar. leg. interpret. l.* 1. *c.* 85 *p.* 27. licebit tamen illud hoc modo ſupplere.

M. PORCIUS CATO CENSORIUS natus anno 518. quæſtor anno 584. prætor 554. conſul 557. cenſor anno 568. obiit anno V. C. 604. ſexto & octuageſimo ætatis anno.

M. PORCIUS M. F. CATO jureconſultus, prætor jam deſignatus deceſſit vivo patre, anno ab V. C. 600. matrem habuit *Liciniam*.

M. PORCIUS M. F. M. N. CATO, inſignis orator, coſ. anno 634. cum Q. Marcio, Africam fortitus, in magiſtratu ibi deceſſit.

M. PORCIUS M. F. M. N. CATO, ædilis, ipſe quoque in Africa deceſſit.

L. Lucullus — Porcia, ſoror germana Catonis Uticenſis.

L. Lucullus.

M. Porcius Cato. in acie ad Philippos occubuit. Plutarch.

Filius alter. Plutarch.

Filia, cujus mem. Plut.

M. PORCIUS, M. F. CATO SALONIANUS, id cognomen adeptus a Salonio, patris ſcriba, cujus ille filiam ſecundis nuptiis domum duxerat. Plutar. *in Cat. Major. pag.* 351.

L. Cato

M. Cato, tribunus pl. præturam petens deceſſit. — Livia, M. Livii Druſi filia, nupta poſtea. — Q. Servilio, quæſtori, occiſo bello Sociali 663.

M. PORCIUS M. F. M. M. CATO Uticenſis. maritus [ 1 ] Lepidæ: [ 2 ] Atiliæ: [ 3 ] Hortenſiæ.

Q. Servilius Cæpio, Catonis frater uterinus. Plutarch.

Servilia, ſoror Catonis uterina, impudica a Cæſare amata. — M. Brutus a Pompejo interfectus. Plutarch.

Porcia, quæ ſe crudeliter interemit, occiſo marito Bruto. — Bibulus, Plut. quo mortuo nupſit — Bruto Cæſaris interfectori.

Bibulus.

§. 132. Quamvis vero patris filiique ſcripta ſæpe confundi videantur: filio tamen, quæ Catoni in jure noſtro tribuuntur *, pleraque deberi exiſtimamus, veluti REGULAM CATONIANAM, *l.* 1. *D. de reg. Cat.* & quæ ex Catonis libris proferuntur de adoptione ſervorum, §. 22. *Inſt. de adopt.* de ſervo mutilo morboſo, *l.* 10. §. 1. *D. de Ædil. edict.* de ſocero a genero inſtituto herede, *l.* 44. *pr. D. ſolut. matrim.* de pœna certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter factum ſit, *l.* 4. §. 1. *D. de verb. obl.* de die intercalari, *l.* 98. §. 1. *de verb. ſignif.*

§. 133. C. LIVIUS M. F. MAMILIANUS DRUSUS conſul anno ab V. C. 606. collega P. Cornelio Scipione, eo potiſſimum nomine laudatur, quod ſenex, oculis captus, viribusque defectus, conſulentibus non minus de jure reſponderit, quum, quorum res eſſet, ſua ipſi non videntes, cæcum adhibere ducem non dubitarent. Cic. *Tuſc. Quæſt. l.* 5. *cap.* 38. Valer. Max. *l.* 8. *c.* 7. Addit Valerius, eum utiliſſima monimenta, oculorum licet acie deſtitutum, compoſuiſſe, quæ ſaltim in P. Juventii Celſi manus videntur incidiſſe. Nam Druſum hic laudat *lib.* 38. §. 1. *D. de action. emt. vend.*

§. 134. Venio nunc ad triumviros, qui *jus civile fundaſſe* dicuntur a Pomponio *l.* 1. §. 39. *D. de orig. jur.* Horum princeps P. MUCIUS P. F. Q. N. SCÆVOLA ex ea gente ortus eſt, quæ juris prudentiam pro gentilitio bono habuit, pluresque patriæ dedit JCtos exi-

* Laudatur Cato ſæpius, ſed ita, ut ejus libri Ulpiani & Paulli temporibus non amplius videantur exſtitiſſe. Hinc formulæ: *apud Catonem bene ſcriptum*, REFERT ANTIQUITAS: §. 12. *Inſt. de adopt. Catonem ſcribere* LEGO: *l.* 10. §. 1. *D. de ædil. edict. Nerva & Cato reſponderunt, ut eſt* RELATUM *apud Sextum ab Ariſtone*. Sic aliena fide citant Catonem. Semel Paullus *l.* 4. § 1. *D. de verb. oblig.* citat *Catonis librum* 15. ſua, an aliena fide non facile dixerim.

eximios *. Noſter anno ab V. C. 620. conſul fuit, collega L. Calpurnio Piſone Frugi, Vell. Paterc. *Hiſtor. l.* 2. *c.* 2. Gruter. *Inſcript. pag.* 202. *ſequ.* biennioque poſt, quum Craſſus occubuiſſet, pontificatum maximum eſt adeptus. Cic. *Ad Attic. l.* 12. *epiſt.* 4. *de orat. l.* 2. *c.* 12. *de nat. deor.* 3. *pro dom. c.* 53. Denique eum phthiriaſi exſtinctum eſſe, tradit Plutarch. *in Sulla*, *pag.* 475.

* Magnam ergo gratiam ab hiſtoriæ ſtudioſis iniit Rupert. *ad Enchir. Pompon. l.* 3. *c.* 7. *p.* 186. *edit. nov.* quod plures Mucios, quos juris ſcientia nobilitavit, accurate diſtinxit. Nos ex ejus ſchemate pauca hæc decerpimus:

P. Mu-

P. Mucius Scævola

- Q. Mucius P. F. Scævola prætor anno 538. Sardiniam ſortitus eſt. Liv. *Lib.* 23. *cap.* 24. 30.
  - Q. Mucius Q. F. P. N. Scævola prætor anno V. C. 574. Liv. *Lib.* 40. cap. 44. coſ. anno 579. cum Sp. Poſtumio,
    - Q. Mucius Q. F. Q. N. Scævola, Augur, coſ. anno ab V. C. 636. cum L. Metello. Grut. *Inſcript. pag.* 204. Vixit adhuc L. Luculli temporibus. Val. Max. *Lib.* 3. *cap.* 8. JCtus egregius, quem Cicero audivit.
      - Mucia, uxor L. Licinii Craſſi, oratoris.
        - Licinia nupta P. Cornelio Scipioni Naſicæ. Cic. *in Brut. cap.* 58.
      - Mucia, de qua Cicero *in Brut. cap.* 58.
  - P. Mucius Q. F. P. N. Scævola prætor 574. Liv. *Lib.* 40. *cap.* 44. coſ. 578. cum M. Æmilio Lepido. Liv. *Lib.* 49. *cap.* 19. eodem anno triumphavit de Liguribus.
    - P. Mucius P. F. Q. N. Scævola pontifex max. JC. de quo Pomponius *l.* 1. §. 39. *D. de orig. jur.*
      - Q. Mucius P. F. P. N. Scævola conſul anno 675. Aſiæ proconſulatu geſto celeberrimus, ob quem Mucia feſtum diem inſtituerunt Aſiatici. Cic. *Verr.* 2. *cap.* 21. JCtus celeberrimus, de quo *lib.* 2. §. 41. *D. de orig. jur.*
    - P. Licinius P. F. P. N. adoptatus a P. Licinio Craſſo, ac proinde dictus Mucianus ab origine, Licinius Craſſus a patre adoptivo. Conſul anno 522. pontifex max. & JCtus celeberrimus, de quo *l.* 2. §. 40. *D. de orig. jur.*

§. 135. Reliquiſſe a Pomponio dicitur decem libellos, *l.* 2. §. 39. *D. de orig. jur.* ex quibus dubio procul decerpta ſunt, quæ ex hujus Scævolæ monimentis adferunt non modo Cicero *Topic. c.* 4. & *ad diverſ. l.* 7. *epiſt.* 21. ſed & JCti noſtri *l. 66. D. ſolut. matr. l.* 17. *D. de legation. l.* 4. *D. de capt. & poſtlim.* *

§. 136.

* Neque tamen crediderim, P. Scævolæ opera adhuc exſtitiſſe tempore JCtorum, qui illa laudant. Nam Javolenus *l.* 66. *pr. D. de capt.* quæ de P. Scævolæ ſententia memorat, vel ex Labeone, vel ex Servio, quem ibi teſtem

§. 136. Alter ex hac triga M. JUNIUS BRUTUS, vir prætorius, *l.* 2. §. 39. *D. de orig. jur.* quem Cicero *in Brut. c.* 47. *in jure ante alios ſummum evaſiſſe* ait, *ibidemque c.* 43. vocat *virum optimum & juris peritiſſimum*, in eo tamen paullo infeliciorem, quod filium reliquerit gentis ſuæ dedecus, vulturem togatum, accuſatorem vehementem & moleſtum, & qui opes paternas turpiter diſperdiderat. Cic. *ibid.* & *de orat. l.* 2. *c.* 55. Reliqua fere ignoramus, niſi quod eum temporibus Gracchanis floruiſſe conſtat.

§. 137. Librorum de jure civili a Bruto ſcriptorum ſeptem numerat POMPONIUS, *d. l.* 2. §. 39. *de orig. jur.* quamvis Ciceronis ævo tres tantum DE JURE CIVILI libri pro genuinis habiti videantur *. Cic. *de orat. l.* 2. *c.* 55. Ex iis quædam, quæ ad edictum potiſſimum pertinuerunt, notis vel ſtricturis ſuis illuſtraſſe videtur SER. SULPICIUS: *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur. l.* 5. §. 1. *D. de inſtit. act.* niſi forte, quod alii ſuſpicantur, eos libros Bruto potius cuidam nuncuparit (§. 74. *). Bruto vero noſtro, tamquam eximio juris auctori, teſtimonium frequenter denunciant Cicero *de finib. l.* 1. *c.* 4. & *ad diverſ. l.* 7. *epiſt.* 22. Gell. *Noct. Attic. l.* 7. *c.* 15. & JCti noſtri, *l.* 68. *D. de uſufr. l.* 27. §. 22. *D. ad leg. Aquill. l.* 13. *pr. D. de in diem addict. l.* 3. §. 3. *D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ. l.* 4. *D. de captiv. & poſtlim.*

§. 138.

ſtem citat, videtur exſcripſiſſe Pomponius. *l.* 17. *D. de legation.* Q. Mucium ſequutus eſt, Modeſtinus denique *l.* 4. *D. de capt.* quæ ibi de P. Scævola habet, ex Pomponio haurire potuit.

* Veroſimile eſt, mendum irrepſiſſe in Pomponii *Enchiridion*, & acute ſuſpicatur Bynkersh. *in Prætermiſſ. p.* 271. *edit. nov.* tranſpoſitis vocabulis legendum eſſe: *Brutus tres*, *Manilius ſeptem*: quale quid in mentem venit etiam Joanni Bertrando *de Juriſperit. l.* 2. *c.* 6. Ceterum Brutum quoque his libris ſuis intexere ſolitum eſſe reſponſa, & quidem expreſſis perſonarum nominibus (§. 130.) obſervat Cicero *de orat. l.* 2. *c.* 33. Quod inſtitutum probandum, an reprehendendum ſit, diſquirit Guil. Grot. *Vit. JCtor. l.* 1. *cap.* 5.

§. 138. Tertius M. Manilius P. F. P. N. (ita enim ſcribendum id nomen, non littera duodecima Mamilius, uti hoc nonen ubique emendari jubet Petr. Victor. *ad Varron. de re ruſt. l. 2. c. 3. §. 5.* *) P. F. P. N. vir conſularis, quippe qui faſces anno ab V. C. 603. collega L. Marcio Cenſorino tenuit, *Faſt. conſul. ad h. ann.* quum antea prætor cum Luſitanis bellum parum proſpere geſſiſſet, Appian. *Iberic. pag.* 286. ac ne conſul quidem Carthaginem felicius oppugnaſſet. *Epit. Liv.* 1. *l.* 49. At tanto illuſtrior toga, non modo conſulentibus totum ſe dedit, eorumque commodo tranſverſo foro quotidie obambulavit, ut ſui conſulendi copia eſſet omnibus: verum etiam domi ſuæ, quam mediocrem in Carinis habebat, omnes & de jure civili, & de filiabus elocandis, fundis emendis, agro colendo, deque omni officio negotioque conſulturos admiſit: Cic. *de orat. l.* 3. *c.* 33. pauperem tamen fuiſſe, teſtatur Cicero *Parodox.* 6. *cap.* 3.

§. 139. Reliquit de jure civili libros, ſi vulgarem ſcripturam in Pomponio ſervandam credimus, *tres*, ſin Bynkershoekii conjecturam (§. 138.) ſequimur, *ſeptem*, ac præterea *volumina inſcripta* Manilii monimenta, *l.* 2. §. 39. *D. de orig. jur.* quæ, qualia fuerint, nos hodie ſcimus juxta cum ignariſſimi. Præterea Manilianarum venalium vendundorum legum * mentionem faciunt Cic. *de orat. l. c.* 58. & Varro

* Hoc audacior Val. Forſterus in *Hiſt. jur. l.* 2. *c.* 21. eum vocat *M. Manlium*, quum *Marci* prænomen in gente *Manlia*, ob M. Manlii Capitolini ſupplicium, lege familiæ quaſi proſcriptum eſſet, Liv. *l. 6. c.* 20. immo ſub finem iſtius capitis illum confundit cum *T. Manlio Torquato*, de quo ſupra (§. 127.) diſſervimus: adcurate refutatus a Ruperto *ad Pompon. Enchirid. l.* 3. *c.* 6. *p.* 177. *ſequ. edit. nov.*

* Pertinuerunt *Manilianæ* iſtæ *venalium vendundorum leges* ad juris prudentiam formulariam. Auctor enim eſt Plin. *Hiſt. nat. l.* 18. *c.* 3. obſervationem earum tam ſcrupuloſam fuiſſe, ut ne carnes qui-

ro *de re ruſt. l.* 2. *c.* 5. quas a monimentis illis diverſas non eſſe, exiſtimat Ant. Auguſtin. *de nomin. propr. Pandect. Tom.* 1. *Theſ. jur. civ. pag.* 221. Et ea quidem Manilii opera paſſim laudari animadvertimus a Varrone *de lingu. Lat. l.* 4. *pag.* 13. *& l.* 6. *pag.* 68. *de re ruſt. l.* 3. *c.* 5. Cicerone *ad diverſ. l.* 7. *epiſt.* 22. Gell. *Noct. Attic. l.* 17. *c.* 7. denique a Paullo JCto *l.* 3. §. 3. *D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.*

§. 140. Subjungimus illuſtri illi JCtorum trigæ Q. MUCIUM, Q. F. Q. N. SCÆVOLAM, vulgo *Augurem*, coſ. anno ab V. C. 636. collega L. Cæcilio Metello, qui ſenex admodum deceſſit, neque ſe adduci paſſus eſt a L. Sulla, ut C. Marium hoſtem rei publicæ judicaret. Val. Max. *l.* 3. *c.* 8. Quantus in reſpondendo fuerit, vel ex eo patet, quod Cicero *in Brut. c.* 39. *ſeq.* & *de orat. l.* 1. *c.* 45. eum juris civilis intelligentia atque omnis prudentiæ genere præſtitiſſe, ejuſque januam & veſtibulum in infirmiſſima valetudine adfectaque jam ætate maxima quotidie frequentia civium ac ſummorum hominum ſplendore *celebratam eſſe*, teſtatur. Auditores habuit illuſtres quam plurimos, & in his Ciceronem, ceu ipſe teſtatur *in Brut. capit.* 89. & in *Læl. cap.* 1. quamvis poſtea, eo mortuo, ad Q. Mucium Scævolam, pontificem, de quo paullo poſt, ſeſe contulerit. Cic. *de legib. l.* 1. *c.* 1. An quidquam ſcripſerit, hodie ignoramus. Arbitrium tamen ejus in cauſſa finium regundorum inter Gennates & Veturios exſtat apud Gruter. *Inſcript. pag.* 204.

§. 141. Quos his Pomponius ſubjungit, CÆLIUS ANTIPATER, PAULLUS VIRGINIUS, SEX. POMPEJUS, Q.

quidem & ſues, niſi conceptis verbis a laniis emerentur, neque mulctæ dictio aliter juſta eſſet, niſi in qua ovis maſculino genere efferretur, & niſi bubus ovibuſque ſimul expreſſis, oves prius, quam boves nominarentur. Vid. Ev. Otton. *Juriſprud. ſymbol. Exerc.* 1. *c.* 15. *p.* 92. Exſtant tales venalium vendundorum formulæ apud Varron. *de re ruſt. l.* 2. *c.* 3.

Q. Ælius Tubero, quamvis juris non imperiti, aliis tamen potius artibus adpuliſſe animum videntur *. Quare dicendum potius erit de P. Rutilio Rufo, qui Scævolam, pontificem maximum, audivit, Cic. *de offic. l. 2. c.* 13. ſimulque philoſophiæ Stoicæ, duce Panætio, totum ſe dedit. Idem *de offic. l. 3. cap. 2. in Brut. c.* 30. Functus conſulatu anno ab V. C. 648. collega Cn. Manlio Maximo, iniquiſſimo repetundarum judicio opprimitur, & exſul Smyrnæ conſeneſcit, honoratus ab omnibus Aſiæ civitatibus. Ovid. *ex Ponto l. 1. eleg. 3. v. 6. ſequ.* Cic. *de orat. l. 1. c.* 53. Valer. Max. *l. 6. c. 4. ex. 4.* Vellei. Paterc. *l. 2. c.* 13.

§. 142. Præter libros historiarum, de vita sua, Hannibalicorum, & aliquot orationes, ex quibus ſcriptis, quæ ſuperſunt, fragmenta Waſſius collegit, Rutilius Rufus etiam de jure quædam elucubravit, ex quibus quædam proferuntur *l. 10. §. 3. D. de uſu & habit. l. 3. §. 9. de penu leg. l. 1. §. 2. D. de arb. cæd.* Edicti ab eo in prætura præpoſiti mentio fit *l. 1. §. 1. D. de bon. libert.*

§. 143. C. Cornelius Maximus ſolo Trebatio auditore, cujus ille formavit ingenium, celebris, nulla alia re ſui memoriam ad poſteritatem propagavit. Cic. *ad diverſ. l. 7. epiſt.* 8. & 17. At tanto ſerenioris famæ eſt

* L. Cælium Antipatrum ipſe Pomponius *l. 2. §. 40. D. de orig. jur. plus eloquentiæ, quam ſcientiæ juris, operæ dediſſe*, teſtatur: quamvis & de ejus eloquentia non adeo magnifice ſentiat Cicero *de orat. l. 1. c.* 13. Scripſit *annales* aliaque, quorum oſſa, ut ita dicam, legit Waſſius. De Paullo Virginio veteres veluti ex compacto ſilent, niſi ſit ille *A. Virginius*, (ex Aullo enim facile Paullus naſci potuit,) cujus ſe amicitia delectari ait Lælius apud Ciceronem *de amicit. c.* 27. Sex. Pompejus, Cn. Pompeii patruus, & Q. Ælius Tubero a juris peritia quidem laudantur a Cicerone *in Brut. c.* 47. & *de offic. l. 1. c.* 6. nec non a Gellio *Noct. Attic. l. 1. c.* 22. ſed ita, ut Stoicos magis profeſſi videantur, quam JCtos.

eſt P. LICINIUS CRASSUS, a patre naturali P. Mucio Scævola MUCIANUS, anno ab V. C. 612. in adoptionem P. Licinio Craſſo datus. Per omnes honorum gradus anno ab V. C. 657. ad conſulatum, & quadriennio poſt ad cenſuram adſpiravit, in magiſtratibus fere omnibus, præterquam in cenſura, collegam nactus Q. Mucium Scævolam. Denique & pontifex maximus deceſſit ex vehemente laterum dolore quem ſibi altercatione cum L. Philippo in ſenatu contraxerat. Cic. *de orator. l.* 3. *c.* 2. Auctor eſt Pomponius, *l.* 2. §. 40. *D. de orig. jur.* a Cicerone hunc Craſſum dictum eſſe *JCtorum diſſertiſſimum* * ). Fuit enim incredibili eloquentia, quamvis parum faveret rhetorum ſcholis, quos in cenſura ſua, propoſito edicto, urbe exceſſe juſſerat. Gell. *Noct. Att. l.* 15. *c.* 11. *Sueton. de clar. rhetor. c.* 1.

§. 144. Paullo junior fuit Q. MUCIUS SCÆVOLA, pontifex maximus, cum Q. Mucio Scævola, Augure, non confundendus. De ejus eloquentia Ciceronis teſtimonia paullo ante vidimus. Eumdem Valer. Max. *l.* 8. *c.* 12. *legum clariſſimum ac certiſſimum vatem*; Diodorus Siculus *in Excerpt. Peireſ. p.* 405. ἐπιφανέστατον τῶν Ῥωμαίων, *Romanorum illuſtriſſimum* adpellat. Eum fere in omnibus honoribus Craſſo collegam fuiſſe diximus. Præcipuam vero laudem ſibi geſto ſanctiſſime Aſiæ proconſulatu peperit, adeo, ut cum provinciales divi-

* Plerique tamen id ideo vocant in dubium, quod Cicero eo eloquio non ſemel ornet Q. Mucium Scævolam, veluti *de orat. l.* 1. *c.* 39. & in *Brut. cap.* 39. & 40. quum de Craſſo tale nihil in ejus operibus reperiamus. Rupertus *ad Enchirid. Pompon. l.* 3. *c.* 6. *p.* 183. *ſequ.* ut erroris abſolvat Pomponium, elogium hoc a librariis alieno loco poſitum, in paragraphum ſequentem transferri oportere ſtatuit. Alii aliter rem expediunt. Sed quid prohibet, quo minus Cicero alicubi eamdem laudem attribuerit Craſſo, Pomponiuſque id elogium vere legerit in opere ejus aliquo, nunc deperdito, quod nos hodie non legimus? Vid. Bynkershoekii *Prætermiſſ. ad d. l.* 2. §. 40. *D. de orig. jur. p.* 273. *ſequ. edit. nov.*

divinis pæne honoribus proſequerentur. Aſcon. Pædian. *in Verr.* 2. *c.* 21. Denique in Mariano tumultu anno ab V. C. *666.* C. Fimbriæ ſcelere nefarie interemtus, maximum bonis omnibus ſui deſiderium reliquit. Cic. *de orat. l.* 3. *c.* 3. *Excerpt. Peireſc. pag.* 410. Appian. *de bello civ. l.* 1. *pag.* 404. Vellej. Paterc. *Hiſtor. l.* 2. *c.* 26. Lucan. *Pharſal. l.* 2. *v.* 126. *ſequ.*

§. 145. Multa huic Mucio Scævolæ debet juris prudentia, veluti CAUTIONEM MUCIANAM aliaque ejus generis plura, quæ ſingulari commentario ſub *juris prudentiæ Mucianæ* titulo illuſtravit Franc. Balduinus, recuſ. in *Tom.* 1. *Juris prudent. Rom. & Attic.* Mucii *liber* ΟΡΩΝ vel DEFINITIONUM antiquiſſimus eſt eorum ex quo quædam in Pandecten retulit Tribonianus, *l.* 64. *D. de adquir. rer. domin. l.* 8. *de aqua quotid. & æſtiv. l.* 241. *D. de verb. ſignif. l.* 73. *D. de reg. jur.* * Libros etiam JURIS CIVILIS duodeviginti laudat Gell. *Noct. Attic. l.* 7. *c.* 15. in eos vero notas ſcripſerunt Pomponius, Lælius Felix, apud Gell. *Noct. Attic. l.* 15. *c.* 27. Modeſtinus, *l.* 53. & *l.* 54. *D. de adquir. rer. dom.* & acerrimus æmulus Ser. Sulpicius, noſtro tam parum æquus, ut ejus ſtricturæ non *Notæ*, ſed reprehenſa Mucii capita adpellentur. *l.* 3. §. 6. *D. de penu leg.* Gell. *Noct. Attic. l.* 4. *c.* 1.

§. 146. Progredimur ad C. AQUILLIUM GALLUM ejus vitam ſingulari oratione illuſtravimus *Francof. jux-*



* Mireris, cum hic liber ὅρων ſingularis adhuc Triboniani temporibus exſtiterit, fueritque eorum, quos illa ætas ſuperſtites habebat, antiquiſſimus, cur non plura, quam quatuor illa fragmenta ex iis in *PandeCtas* retulerit Tribonianus. Enimvero eum vel ipſa hujus JCti ætas, qua floruit, excuſat. Quis enim dubitet, quin plera que, quæ de ſui temporis juris prudentia ſcripſerat Mucius, ſexto, quo Tribonianus vixit ſæculo, adeo vel ab uſu receſſerint, vel mutata ſint, ut locum amplius non habuerint in opere, quod jus eorum temporum, reciſis antiquis fabulis, ex Juſtiniani inſtituto, complecti debebat? *Conſt. Deo auctore.* §. 7. *de concept. Dig. ad Triboniau.*

*ta Viadr.* 1731. Patrem habuit M. Aquillium Gallum, virum conſularem & triumphalem *. *Faſt. Capitolin. ad ann. ab V. C.* 652. Præturam geſſit anno ab V. C. 687. collega inter alios M. Tullio Cicerone, inque ea illi quæſtio de ambitu ſorte obvenit. Cic. *pro A. Cluent. cap.* 53. Conſulatum ob temporum perturbationem regnumque illud forenſe, teſte Cicerone *ad Attic. l.* 1. *Epiſt.* 1. ne petere quidem voluit. Vixiſſe videtur ſaltim

* Celeberrima ab ipſa urbis origine fuit gens AQUILLIA, ex qua tamen & viri fato ſuo infeliciſſimi prodierunt. M. Aquillium IV. virum vel IIvirum potius ſacris faciundis, a Tarquinio rege ob evulgatas ſortes Sibyllinas inſui culleo juſſum eſſe, tradit Dionyſ. Halicarn. *Antiquit. l.* 4. *c.* 70. Ἀκύιον Ἀτύλον, recte obſervarunt viri doctiſſimi. Notum quoque eſt, quod, exacto Tarquinio ab Aquilliis adoleſcentibus conjurationis reis a L. Junio Bruto, primo coſ. ſumtum eſt ſupplicium, de quo idem Dionyſ. Halic. *l.* 5. *c.* 7. Plutarch. *in Poplic. p.* 98. Liv. *l.* 2. *c.* 4. In *Faſtis* celebrantur anno ab V. C. 266. C. *Aquilius Tuſcus*, anno ab V. C. 494. C. *Aquillius M. F. C. N.* anno 652. *M'. Aquillius Gallus*, conſules, & partim ovatione inſignes. At poſtremus, cujus de rebus geſtis inſigne monimentum occurrit apud Gruter. *Inſcript. p.* 15. *anno* 7. repetundarum poſtea poſtulatus, cicatricum oſtentatione evaſit. Denique legatus miſſus in Aſiam ad Mithridatem, bellumque ibi adminiſtrans anno ab V. C. 664. a Mitylenæis hoſti traditur, a quo aſino circumvectus, omneſque cruciatus perpeſſus, infuſo demum in os auro liquefacto, miſere periit. Cic. *pro lege Manil. cap.* 5. Appian. *in Mithridatic. p.* 184. Plin. *Hiſt. nat. l.* 33. *c.* 3. Arnob. *adverſ. pent. l.* 1. *p.* 23. Et hunc ipſum ſane C. noſtri Aquillii patrem fuiſſe, veroſimile eſt. Bertrand. *de juriſperit. l.* 2. *p.* 9. Ceterum JCti noſtri mentio fieri videtur in marmore apud Gruter. *Inſcript. p.* 652. *n.* 6.

L. AQUILLIUS
JURECONSULTI L.
GEMELLUS
SEXTIA Ɔ. L. FLORA
L. AQUILLIUS L. L.
RUFIO.

Ubi ſane non laudatur *Aquillius Florus*, JCtus, uti conjecit Urſinus *in Not. ad Cicer. Philipp. II.* ſed L. Aquillius Gemellus, JCti libertus.

ſim ad annum 708. quo eum adhuc *Gallum ſuum* vocat idem Cicero *ad diverſ. l. 4. epiſt. 6.*

§. 447. Juvenis Q. Mucium Scævolam, pontificem maximum audivit, & *inter condiſcipulos*, quorum in nnmero L. Lucillius Balbus, Sex. Papirius, Juventius, quin & Tullius Cicero & Atticus fuerunt, Cic. *de legib. l. 1. c. 4. maximæ auctoritatis apud populum fuit. l. 2. §. 42. D. de orig. jur.* Poſtea mira dexteritate de jure reſpondit, Cic. *pro A. Cæcin. c. 27.* multaſque cautiones & formulas, ad juris prudentiam potiſſimum heurematicam pertinentes, quin & nova quædam juris interpretamenta, invenit, veluti ſtipulationem Aquillianam, §. 2. *Inſt. quib. mod. obl. toll.* formulam doli mali, Cic. *de nat. deor. l. 3. c. 30. de offic. l. 3. c. 14. l. 1. §. 1. D. de dol. mal.* poſtumos Aquillianos, *l. 29. pr. D. de liber. & poſtum. hered. inſtit.* jus accreſcendi, *l. 74. D. de hered. inſtit.* jus poſtumi ad patrui hereditatem admittendi, *l. 127. D. de legat. 1.* & ſimilia. *

§. 148. Pomponius auctor eſt, C. Aquillium magnam anni partem in *Cercinna*, Africæ inſula, ſive, ut Muretus, Mornacius, Coraſius, & Rupertus malunt, *Cæcinæ*, Hetruriæ oppido, exegiſſe, ibique & auditoribus, & libris ſcribendis vacaſſe. *l. 2. §. 42. D. de orig. jur.* Sed librorum ejus ne tituli quidem hodie noti ſunt, * iiſque multum nocuiſſe videtur Ser. Sulpicii di-



* Abſonum vero eſt, quod ſtatuit Jan. Vinc. Gravina *de orig. jur. civ. §. 60. p. 59.* JCto noſtro deberi LEGEM AQUILLIAM, quippe quam ſupra non modo ante Ciceronis, ſed & ante Bruti tempora exſtitiſſe novimus (§. 87. *). At non magis ſolidum eſt Franc. Balduini judicium, qui ne ex gente quidem Aquillia, ex qua JCtus noſter prodierit, legis Aquilliæ auctorem prodire potuiſſe exiſtimat, quia gens hæc patricia, legis vero Aquilliæ lator tribunus plebis fuerit. Balduin. *de lege Aquill. p. 249. ſeq. Tom. 1. juris prud. Rom. & Attic.* Sane nec JCtum noſtrum patricium fuiſſe adeo certum: nec admodum novum eſt, eamdem gentem patricias plebejaſque habuiſſe familias.

* Auctoritate tamen C. Aquillii, diſſimulatis librorum

ligentia, qui, quum pleraſque & Aquillii & aliorum Mucii auditorum ſententias in libros ſuos tranſtuliſſet, eo ipſo effecerat, ut ipſi fontes minus æſtimarentur. *d. l.* 2. §. 42.

§. 149. Sequuntur reliqui Q. Mucii auditores, veluti L. LUCILLIUS BALBUS, SEX. PAPIRIUS, & C. JUVENTIUS, quibus & M. TULLIUM CICERONEM adderem, ſi, quod alicubi minatus eſt, JCtum umquam profiteri voluiſſet *. Attamen eos omnes Aquillio nulla ex parte fuiſſe comparandos, nec eorum opera inter hominum manus verſata eſſe, haud obſcure fatetur Pomponius, *l.* 2. §. 42. *D. de orig. jur.* LUCILLIUS BALBUS, philoſophiæ Stoicæ, teſte Cicerone *de orat. l.* 1. *cap.* 6. addictiſſimus, in reſpondendo paullo tardior fuit. Cic. *in Brut. c.* 42. DE SEX. vero PAPIRIO & C. JUVENTIO nihil ex antiquitate compertum habemus, niſi ad poſte-

titulis, utuntur, Dionyſ. Halicarn. *Antiquit. Rom. lib.* 3. *cap.* 91. Labeo, *l.* 29. §. 1. *D. de legat.* 3. Priſcus Javolenus, *l.* 39. *pr. D. de ſtatulib.* Africanus, *l.* 33. §. 1. *D. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Ulpianus, *l.* 6. §. 2. *D. ſi ſerv. vindic. l.* 17. §. 6. *D. de act. emt. l.* 30. *D. de legat.* 1. *l.* 7. §. 4. *D. quod vi aut clam.* Julius Paullus, *l.* 127. *D. de legat.* 1. *l.* 32. §. 1. *D. de aur. arg. l.* 77. *D. de verb. ſignif.* Cervidius Scævola, *l.* 29. *pr. D. de lib. & poſtum.* Licinius Rufus, *l.* 74. *D. de hered. inſt.* denique Florentinus, *l.* 18. *D. de acceptilat.*

* Notum eſt CICERONEM non expertem fuiſſe juris prudentiæ. Non modo Q. Mucium audiverat, ſed & tantum fiduciæ ponebat in ſcientia ſua, ut *in orat. pro Muræn. cap.* 13. ſcribere non vereretur: *ſi mihi, homini vehementer occupato, ſtomachum moveritis, triduo me JCtum eſſe profitebor.* Quin librum ejus DE JURE CIVILI IN ARTEM REDIGENDO, qui hodie non exſtat, laudat Gellius *Noct. Attic. l.* 1. *c.* 22. ex eoque ſatis patet, eum de conficiendo ſyſtemate juris cogitaſſe. At quum JCtum ſe numquam ſit profeſſus, neque vel de jure reſpondiſſe, vel docendo ſcribendoque illuſtraſſe legatur juris prudentiam: facile patet, cur tam parum eruditis conveniat de Ciceronis juris prudentia. Vid. Ant. Schultingii *Orat. de juris prud. Ciceronis*, & Bynkersh. *Prætermiſſ. p.* 284. *ſeqq. edit. nov.*

ſteriorem referre velis, quæ de T. JUVENTIO refert Cicero *in Brut. c.* 48.

§. 150. Sed omnibus ante ſe JCtis veluti caliginem induxit SER. SULPICIUS, *Lemonia* RUFUS, cujus vitam ſingulari oratione, Ultrajecti habita, poſteaque in juſti libri formam redacta, & *Tomo* 5. *Theſauri jur. civil.* inſerta illuſtravit Ev. Otto. An objurgatione Q. Mucii veluti a pulvere & radio excitatus animum ad juris prudentiam adpulerit, ceu refert Pomponius *l.* 2. §. 43. *D. de orig. jur.* non adeo expeditum eſt, nec temporis id admittere videntur rationes *. Certius eſt, C. Aquillio Gallo & Lucillio Balbo illum navaſſe operam, Cic. in *Brut. c.* 42. *d. l.* 2. §. 43. ab iiſque tantum profeciſſe, ut *juris civilis magnum uſum & apud Scævolam, & apud alios, artem in uno Sulpicio fuiſſe*, judicet Cicero *in Brut. c.* 41.

§. 151. Honores omnes geſſit ad conſulatum uſque, quem, repulsam ante paſſus competitore L. Muræna, demum anno ab V. C. 703. collega M. Marcello geſſit. Inter civiles tumultus adeo ſemper pacis & ocii auctor fuerat, ut Cæſaris victoris retineret gratiam, ejuſque beneficio Achajam provinciam regeret. Cic. *ad diverſ. l.* 4. *epiſt.* 3. & 4. *l.* 13. *epiſt.* 26. Oborta poſt Cæſaris cædem nova tempeſtate, pacis conciliandæ cauſſa legatus ad Antonium miſſus, in legatione illa deceſſit anno V. C. 710. ſtatua ænea pedeſtri ex SCto ho-



* Dubiam hanc narrationem primus reddidit Ant. Auguſtinus, *Not. ad librum de nomin. propr. Pandect. p.* 214. partim quod Tullii & Servii adoleſcentia vetent, quo minus eos, vivo Q. Mucio Scævola, primum locum in cauſſis orandis tenuiſſe dicamus: partim quod Servius demum ex Rhodo reverſus, id eſt, anno V. C. 676. quum jam ante quinquennium occiſus eſſet Scævola, ad juris prudentiam adjecerit animum, adeoque objurgatione Mucii ad id ſtudium excitari non potuerit. Vid. *Ev. Otton. Vit. Ser. Sulpicii, c.* 4. *p.* 1573. *ſeqq. Tom.* 5. *Theſaur. jur. civil.*

noratus. Cic. *Philipp.* 9. *c.* 7. Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 7. *num.* 30.

§. 152. Libros eum prope centum & octoginta reliquiſſe auctor eſt Pomponius. Inter hos ſunt REPREHENSA SCÆVOLÆ CAPITA, de quibus jam ſupra (§. 145.): liber ſingularis DE DOTIBUS, laudatus a Gellio *Noct. Attic. l.* 4 *c.* 3. *&* 4. & a Neratio, *l.* 8. *D. de condict. cauſſ. dat.* Ejuſdem libros duos, ſive DE TESTAMENTIS, ſive, ut alii malunt, DE DETESTANDIS SACRIS citat idem Gellius *Noct. Attic. l.* 6. *c.* 12. Meminimus etiam ſupra librorum duorum EDICTI AD BRUTUM (§. 74.). Reliqua, quæ ſcripſit, videntur ex parte ad amœniores litteras pertinuiſſe *, quippe *quarum maximam quaſi lucem ad artem hanc, omnium artium maximam attuliſſe*, dicitur Ciceroni *in Brut. c.* 41.

§. 153. Sequitur apud Pomponium magna JCtorum turba, quæ ex Ser. Sulpicii ſchola, tamquam ex equo Trojano, exiit: ſed in illa pauci famam ſibi eximia quadam juris peritia pepererunt: veluti ALFENUS VARUS & CAJUS AULUS OFILIUS *. Minoris contra exiſtima-

* Eidem Servio Udalr. Zaſius tribuit librum *de claris* JCtis ex male intellecta *l.* 2. §. 42. *D. de orig. jur.* Steph. Vin. Pigh. *Annal. l.* 4. *ad ann.* 387. ab eodem elucubrata eſſe contendit *Commentaria in Edictum ædilicium*, ex male accepto loco Gelli *Noct. Attic. lib.* 4. *c.* 2. Denique eum *ad Alfenum Varum* notaſſe, obſervaſſe ſibi viſus eſt Perennon. *Animadverſ. l.* 2. *c.* 23. ex *l.* 65. §. 8. *D. pro ſoc. l.* 67. *D. de ſolut. l.* 77. *D. de verb. ſignif.* Sed allucinatos eſſe hos omnes, ſolide demonſtravit Ev. Otto *in Aita Ser. Sulpicii*, *c.* 7. §. 7. §. 7. *p.* 1608. & *cap.* 8. §. 6. *p.* 1614. *ſequ.* *Tom.* 5. *Theſaur. jur. civ.*

* In quibusdam editionibus CAJUS & A. OFILIUS, tamquam duo diverſi JCti, diſtinguuntur. At quum decem a Pomponio numerentur Ser. Sulpicii auditores, & diſtincte numerato *Cajo*, undecim prodirent: veroſimillimum eſt unum eumdemque hominem fuiſſe *C. Aulum Ofilium*. Eſt hæc obſervatio Ant. Auguſtini *Not. ad nom. propr. Pand. p.* 117. & Bynckerſh. *Prætermiſſ. ad l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur. p.* 278. *edit. nov.*

mationis & obſcurioris famæ ſunt, Ti. Cæsius, Aufidius Tucca, Aufidius Namusa, Flavius Priscus, C. Atejus, Pacuvius, Labeo Antistius, Labeonis Antiſtii pater, Cinna, Publicius Gellius. *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* Sed quum horum plerique ipſius Auguſti ætatem videantur attigiſſe: de iis ad proxime ſequentem juris prudentiæ epocham erit dicendum.

§. 154. Antequam huic capiti finem imponamus, paucis, qualis tum ordo ratioque ſtudiorum juridicorum fuerit, videtur exponendum. A bellorum Punicorum temporibus, quibus primum Roma elegantioribus litteris optimarumque artium ſtudiis honorem habere cœpit, adoleſcentes primos annos dabant Græcis litteris, adeoque grammaticos, rhetores, philoſophos audiebant. Cic. *in Brut. c.* 90. *de offic. l.* 1. *c.* 1. Sueton. *de clar. rhet. c.* 1. *&* 2. Hinc, ſumta virili toga, ſeſe ad forenſem preparabant eloquentiam, & a viro quodam illuſtri in forum deducebantur *: aliquando & Athenas, Rhodum, Mitylenen, vel Maſſiliam ſtudiorum cauſſa ſecedebant, ne urbanis diſtraherentur negotiis. Cic. in *Brut. c.* 91. *ad diverſ. l.* 4. *epiſt.* 7. & *l* 7. *epiſt.* 3. Vellej. Paterc. *l.* 2. *c.* 59. Tacit. *Agric. c.* 4. Quin, ſi vel maxime ſtipendia facerent, ne in caſtris quidem ſeſe ab honeſtioribus ſtudiis divelli patiebantur. Vellej. Paterc. *l.* 1. *c.* 13. Sueton. *Cæſ. c.* 56. *Auguſt. c.* 84. Plin. *Epiſtol. l.* 1. *epiſt.* 10. *& l.* 3. *epiſt.* 11.

§. 155. Qui ſe conſecraverant juris prudentiæ, id in primis dabant operam, ne illotis manibus, id eſt, a



* Fiebat hoc non ſine ſollemnitate, & ut deducendi in forum officium frequens haberent tirones, dies potiſſimum eligebatur togæ puræ dandæ, ſimul advocabatur clientium turba, quæ adoleſcentem frequens comitaretur. Et ita intelligendus Ovid *Lib.* 3. *Faſtor. v.* 787.

*Ergo ut tironem celebrare frequentia poſſet,*
*Viſa dios dandæ non aliena togæ.*

Vid. Jo. Fridr. Gronov. *Obſer. l.* 2. *cap.* 21. *p.* 398. *ſeq.*

philoſophiæ deſtituti præſidiis, hæc ſacra attingerent. Et quidem quum alias plures eſſent, quæ philoſophorum animos diſtrahebant, ſectæ: JCti Stoicam reliquis tantum non omnibus antehabebant, quippe quam turbidos & negotiorum adpetentiores efficere homines exiſtimabant. Tacit. *Annal. l.* 14. *c.* 57. Hinc non mirum, philoſophiam Stoicam *ſummam ſapientiam* dici a JCto, *l.* 2. *D. de legib.* ſiquidem eam JCtis præ reliquis ſectis in deliciis fuiſſe, obſervavit Cujac. *Obſerv. l.* 26. *c.* 40. ex inſtituto demonſtrarunt Em. Merill. *Obſer. l.* 1. *c.* 8. *ſequ.* Schilter. *Manuduct. philoſ. mor. ad juris prud. cap.* 1. §. 5. *ſequ.* & Otto *ſingulari orat. de Stoica JCtor. philoſophia*. *

§. 156. Ab his porro inſtructi præſidiis JCto cuidam celebriori ſeſe adjungebant. Ubi tamen non exiſtimandum, hos ita ſcholas aperuiſſe juridicas, ut auditores, poſitis ſubſelliis e cathedra docerent juris prudentiæ principia: (tales enim ſcholas a ſæculo demum tertio Romæ, Conſtantinopoli, & Beryti floruiſſe novimus:) ſed viri illuſtres in reſpondendo, cavendo, agendo, exercitati, domi æque ac in foro admittebant cupidos diſcendi adoleſcentes, ut, quid reſponderent, quas cautiones, actiones, exceptiones, interdicta, in quavis cauſſa commendarent, quibus rationibus conſilia ſua firmarent, audirent coram, eaque ſibi omnia in futuros uſus enotarent *. Cicero *in Brut. c.* 89. & *in Orator. cap.* 41.

§. 157.

* In ea oratione, quæ *Diſſertationum juris publici & privati Parti* 1. *p.* 562. inſerta eſt, Paganini Gaudentii diſſertationem *de philoſophia apud Romanos* refellit, ubi *c.* 43. falli eos omnes exiſtimat, qui juris prudentes e Stoa ſapuiſſe credent. Contra illum ergo magna facundia initio oſtendit, primos quosque & maximos Romanorum philoſophos e porticu prodiiſſe: deinde non aliam magis, quam Stoicam diſciplinam JCtorum ſtudiis fuiſſe accommodatam: denique plerorumque horum reſponſa Stoicæ familiæ placitis reſpondere.

* Hinc eſt, quod JCtorum diſcipuli vulgo vocentur AUDITORES. Proprium ſane id

§. 157. Ita denique perpolitos exercitatoſque juvenes nihil prohibebat, quo minus reſpondendi de jure facerent periculum, ſimul ac ſtudiorum haberent fiduciam, neque adhuc ea reſpondendi facultas a ſenatu populoque impetranda videbatur. *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* Profeſſi vero JCtos & in foro obambulabant, ut conſulturis eſſet ſui copia, & ſi eximia quædam prudentiæ conſultoriæ ſpecimina dediſſent, limina ſua ſub ipſum galli cantum obſideri videbant a clientibus, quibus ipſi reſponſa ex ſolio, tamquam ex tripode, oracula fundebant *. Cic. *de legib. l.* 1. *c.* 3. *de orat. l.* 1. *c.* 45. Horat. *Serm. l.* 1. *ecl.* 1. *v.* 9. *ſequ.* & *Epiſtol. l.* 2. *epiſt.* 1. 103.

§. 158.

vocabulum fuiſſe JCtorum diſcipulis, obſervavit Cujac. *Obſerv. l.* 27. *c.* 4. Quamvis enim M. Seneca *Controv. l.* 4. ſcribat, id nomem primum in Porcii Latronis ſchola eſſe natum, ejusque diſcipulos ideo irriſionis cauſſa dictos eſſe AUDITORES, quod ſemper audiverint, neque umquam ipſi dicendo inclareſcere ſtuduerint, poſtea vero id vocabulum in uſu eſſe, & promiſcue pro diſcipulo *auditorem* poni cœpiſſe, referat: illum tamen, niſi de oratoriæ ſtudioſis eſt loquutus, procul dubio fugit ratio. Ut enim de philoſophorum *auditoribus* jam nihil dicam, quorum meminit Cicero *de nat. deor. lib.* 1. *c.* 15. *de finib. l.* 5. *c.* 19. *de divinat. l.* 2. *c.* 42. ante Auguſti tempora, quibus Porcius Latro, teſte Euſebio *in Chron. n.* 2013. floruit, in jure noſtro celebrantur MUCII AUDITORES, *inter quos præcipuæ auctoritatis fuerint Aquillius Gallus, Balbus Lucillius, Sex. Papirius,* C. *Juventius. l.*2. §. 42. *D. de orig. jur.* nec non Alfenus Varus, & Cajus Aulus Aufidius, *qui inter* SER. SULPICII AUDITORES *plurimum auctoritatis habuerunt*: *l.* 2. §. 44. *D. eod. l.* 6. §. 1. *D. de dote præleg. l.* 1. §. 6. D. *de aqu. & aq. pluv. arc. l.* 12. *pr. D. de inſtr. & inſtrum. leg.* item Trebatius CORNELII MAXIMI AUDITOR, Q. Mucius VOLUSII AUDITOR, *l.* 2. §. 45. *D. eod.* Antiſtius Labeo, *qui omnes hos* AUDIVIT, *l.* 2. §. 47. *D. eod.* Maſurius Sabinus, *qui, quum et non adeo amplæ eſſent facultates, plurimum a ſuis* AUDITORIBUS *ſuſtentatus eſt*. *l.* 2. §. 47. *D. eod.* Ut adeo in ſcholis juridicis potius, quam rhetoricis, natum videatur hoc AUDITORUM vocabulum.

§. 158. At iſtorum reſponſorum tum nondum erat tanta auctoritas, ut vel judices obſtringerent, vel dicendo non ſæpe evertentur ab oratoribus. Cic. *pro Muræn. c.* 13. *& pro A. Cæcin. c.* 24. Hinc nec rationes decidendi addebant reſponſis ſuis, Sen. *Epiſt.* 94. nec ea ſignabant, quippe viva tantum voce prolata. (§. 157.*) *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* Quæ omnia aliter ſe cœperunt habere, ex quo certis tantum juris prudentibus facultas ab Auguſto data de jure reſpondendi, impoſitaque eſt judicibus neceſſitas, ut non recederent ab eorum ſententiis. Qua de re infra erit plura dicendi locus.

## CAPUT IV.

### DE STATU JURIS ROMANI A CÆSARE AUGUSTO AD CONSTANTINUM M. IMP.

§. 159. *Epochæ hujus initium*. §. 160. *Auguſtus de immutando jure cogitavit*. §. 161. *Id tamen fecit occultius*. §. 162. *Eadem magiſtratuum vocabula, nihil priſci atque integri moris*. §. 163. *Leges veteri ritu latæ*. §. 164. *Leges Julia & Titia, & Julia de adulteriis*. §. 165. *Lex Quinctia de aquæductibus*. §. 166. *Le-*

* Neque tamen tunc in ſcriptis reſpondebant, vel, uti ſub imperatoribus mos erat, *reſcribebant*: ſed viva voce monebant, quid factu opus eſſet, & hinc eos cum teſtibus fere adibant conſultores. Menag. *Amœn. jur. civil.* 20. Ceterum & quoties de jure ambigebant, adibant JCtos, & quoties vel teſtamentum condere, vel cautionis libellum ſcribere, vel ſponſionem facere decreverant: Arrian. *Diſſ. Epictet.* 2. *cap.* 13. *p.* 180. immo & ſi filias elocare, fundos emere, agros rite colere vellent, ceu ſupra (§. 138.) exemplo Marci Manilii oſtendimus. Cic. *de orat. l.* 3. *c.* 33. Qui tamen artis ſuæ fines regebant adcuratius, ii illos, a quibus de facto conſulebantur, ad oratores remittebant. De C. Aquillio ſane Cicero *Topic. ad Trebat. cap.* 12. *nihil hoc ad jus: ad Ciceronem, inquiebat Gallus noſter, ſi quis ad eum tale quid retulerat, ut de facto quæreretur.*

*Leges Fuſia Caninia*, *Ælia Sentia*, *Julia de maritandis ordinibus*, & *Papia Poppæa*. §. 167. *Leges Julia de cæde & veneficio*, *Scribonia*, *Viſellia*, & *Junia Velleja*. §. 168. *Sed Auguſto paullatim liberius regnare permiſſum*. §. 169. *Unde nata lex regia*. §. 170. *Ea fretus permulta SCtis & edictis conſtituit*. §. 171. *Talia SCta*, Silanianum & Statilianum. §. 172. *Itemque Vellejanum*. §. 173. *Quo colore edicta propoſuerit Auguſtus?* §. 174. *Jura iis introducta*. §. 175. *Novi magiſtratus ab Auguſto inſtituti*. §. 176. *Mutatio circa provincias*. §. 177. *Præfectus Auguſtalis Ægypti & Juridicus Alexandrinæ civitatis cur inſtituti?* §. 178. *Auguſtus certis tantum JCtis dedit facultatem de jure reſpondendi*. §. 179. *Cur Labeonem ſibi conciliare non potuerit?* §. 180. *Cur Atejum ſibi facilius habuerit obnoxium?* §. 181. *Scripta Labeonis*. §. 182. *Ejus bonarum artium ſtudium*. 83. *Scripta Ateii Capitonis*. §. 184. *Alfenus Varus*, *JCtus*. §. 185. *Ejus ſcripta*. §.186. C. *Aulus Ofilius*. §. 187. *Reliqui Ser. Sulpicii auditores*, & *Cartilius*. §. 188. C. *Trebatius Teſta*. §. 189. *De eo judicium*, *ejusque ſcripta*. § 190. *A. Caſcellius*. §. 191. *Ejus facetiæ* & Benedicta. §. 192. *Q. Ælius Tubero*. §. 193. *Ejus ſcripta*. §. 194. *Sectarum origo*. §. 195. *Earum deſcriptio*. §. 196. *Qualis Auguſti ſucceſſor*, *Tiberius?* §. 197. *Vetere ritu ſublata Lex Junia Norbana*. §. 198. *Tiberius & reliqua Auguſti inſtituta ſervat*. §. 199. *Comitia tamen a Populo ad patres tranſtulit*. §. 200. *Hinc jura nova SCtis conſtituta*. §. 201. *SC. Libonianum*. §. 202. *SCta Aurelianum & Claudianum*. §. 203. *SCta Licinianum & Rubellianum*. §. 204. *SC. Perſicianum vel Pernicianum*. §. 205. *Quædam Tiberius etiam edictis conſtituit*. §. 206. *Inter JCtos ſub Tiberio floruit Maſurius Sabinus*. §. 207. *Ejus modicæ facultates*. §. 208. *Libri tres juris civilis ab eo ſcripti*. §. 109. *Reliqua ejus opera*. §. 210. *M.*

Coc-

*Coccejus Nerva JCtus, Labeonis auditor.* §. 211. *Status Juris ſub C. Caligula Cæſare.* §. 212. *Cur nusquam ejus in jure fiat mentio?* §. 213. *Sub Claudio primum inſtituti Prætores fideicommiſſarii.* §. 214. *Tutorum datio ab eo coſſ. delegata.* §. 215. *SC. Claudianum de ſexagenariorum nuptiis.* §. 216. *SC. Claudianum de re nautica.* §. 217. *SCta Claudiana de tutela mulierum & feminis ſervili amore bacchantibus.* §. 218. *SCta. Largianum, aliaque ſub Claudio facta.* §. 219. *SC. Macedonianum.* §. 220. *Quædam Claudius edictis conſtituit.* 221. *Status juris ſub Nerone.* §. 222. *SCta tamen, quibus hæc conſtituta, pleraque ad alia tempora pertinent.* §. 223. *SC. Calviſianum.* §. 224. *SC. Memmianum & Piſonianum vel Neronianum.* §. 225. *SCta Turpillianum & Voluſianum.* §. 226. *SC. Trebellianum.* §. 227. *JCti ſub Cajo Claudio & Nerone, Sempronius Proculus.* §. 228. *C. Caſſius Longinus.* §. 229. *Ejus ſcripta & ſchola.* 230. *Atilicinus & Caſſius Longinus junior.* §. 231. *Nerva filius.* §. 232. *Status juris Rom. ſub Galba, Othone, & Vitellio.* §. 133. *Veſpaſianus multa jura conſtitutionibus invexit.* §. 234. *SCta iis temporibus facta, Pegaſianum & Plancianum.* §. 235. *SC. de ædificiis non diruendis negotiationis cauſſa, & Vitraſianum.* §. 236. *Alia ſub Veſpaſiano circa jus mutata.* §. 237. *Status juris ſub Tito imp.* §. 238. *Itemque ſub Domitiano.* §. 239. *SCta ſub eo principe facta.* §. 240. *JCti ſub Veſpaſianis, Cœlius Sabinus.* §. 241. *Celſus pater.* §. 242. *Pegaſus.* § 243. *Ejus ſchola & ſcripta.* §. 244. *Urſejus Ferox.* §. 245. *Fufidius.* §. 246. *Plautius.* §. 247. *Octavenus.* §. 248. *Valerius Severus.* §. 249. *Status juris ſub Nerva.* §. 250. *Status juris ſub Trajano.* §. 251. *SC. Rubrianum.* §. 252. *SC. Daſumianum.* §. 253. *SC. Artisulejanum, & lex Vectibulici.* §. 254. *SC. ἀνώνυμον de actione ſubſidiaria adverſus magiſtratus.* §. 255. *Reſcripta & edicta Trajani.*

§. 256.

§. 256. *JCti ſub Nerva & Trajano*. *P. Juventius Celſus*. §. 258. *Nec non ſcripta*. §. § 259. *Neratius Priſcus*. §. 260. *Ejus ſcripta*. §. 261. *T. Ariſto*. §. 62. *Ejus ſcripta*. §. 63. *Arrianus, Servilius, Vivianus*. §. 264. *Minucius Natalis*. §. 265. *An & Calviſius?* §. 266. *Lælius Felix*. §. 267. *Sub Hadriano maximam mutationem ſubiit juris prudentia*. §. 268. *Ejus auſpiciis conditum edictum perpetuum*. §. 269. *Quo anno?* §. 270. *Auctor ejus Salvius Julianus*. §. 271. *In quonam conſtiterit Juliani opera?* §. 272. *Edictum perpetuum oratione principis & SCto firmatum*. §. 273. *Ejus auctoritas*. §. 274. *Edicto ne principes quidem derogare audebant*. §. 275. *Edictum provinciale idem cum urbano*. §. 276. *Qui reſtituere conati ſint edictum perpetuum?* §. 277. *Qui ejusdem œconomiam vel ordinem oſtenderint?* §. 278. *Quam mutationem edictum perpetuum in juris prudentiæ ſtudio attulerit?* §. 279. *An & Ædilitium edictum perpetuum extiterit?* §. 280. *Advocatus fiſci inſtitutus, reſtitutaque JCtis facultas de jure reſpondendi*. §. 281. *Quid circa conſtitutiones innovatum?* §. 282. *Nova jura ab Hadriano conſtituta*. §. 283. *Ejus decreta, interloquutiones, edicta*. §. 284. *SC. ſub Hadriano facta*. §. 285. *SCta Juventiana*, ἀνώνυμον *& Tertullianum*. §. 286. *ſub Hadriano, Priſcus Javolenus*. §. 287. *Ejus honores & ætas*. §. 288. *Ejusdem ſcripta*. §. 289. *Salvius Julianus*. §. 290. *Ejus ſcripta*. §. 291. *Aburnus Valens, & Tuſcianus*. §. 292. *Status juris ſub Antonino Pio. Ejus conſtitutiones*. §. 293. *An & SCta ſub eo condita?* §. 294. *Jura nova ab eo invecta*. §. 295. *Ejus reſcriptum de lege Rhodia*. §. 296. *Quid de legibus Rhodiis hodie extantibus ſit ſentiendum*. §. 297. *Lex Rhodia quæ & quo temporea a Romanis recepta?* §. 298. *Status juris ſub Marco Aurelio Antonino imp.* §. 299. *Orationes vel SCta DD. fratrum, & Marci Antonini*. §. 300. *Alia eo-*

rum-

rumdem SCta. §. 301. *Nec non ad Marci & Commodi orationes condita*. §. 302. *Nova a Marco reperta*. §. 303. *Status juris Rom. ſub Commodo imper.* §. 304. *Status juris Rom. ſub Pertinace & Juliano*. §. 305. *Quædam Pertinacis conſtitutiones orationes*. §. 306. *JCti qui ſub Antoninis huc usque floruerunt*: *Sex. Cæcilius Africanus*. §. 307. *Ejus ætas, ſecta, ſcripta*. §. 308. *Terentius Clemens & Vinidius Verus*. §. 309. *Junius Mauricianus, Taruntenus Paternus, & Papirius Juſtus*. §. 310. *Sext. Pomponii ætas*. §. 311. *Ejus philoſophia & ſecta*. §. 312. *Ejus ſcripta*. §. 313. *Cajus jurisconſultus*. §. 314. *Ejus ſcripta*. §. 315. *L. Voluſius Mæcianus*. §. 316. *Ejus ſecta & ſcripta*. §. 317. *Q. Cervidius Scævola*. §. 318. *Ejus ſcripta*. §. 319. *Ulpius Marcellus*. §. 320. *Ejus ſecta & ſcripta*. §. 321. *Status juris ſub Septimio Severo*. §. 322. *Jura a Severo conſtituta*. §. 323. *Status juris ſub Caracalla*. §. 324. *Itemque ſub Opilio Macrino*. §. 325. *Nec non ſub Elagabalo*. §. 326. *Et ſub Alexandro imp.* §. 327. *Denique ſub Maximino & Balbino, Gordiano & Philippo*. §. 328. *JCti huc usque florentes. Papiniani origo*. §. 328. *Ejus doctrina*. §. 330. *Honores & ſcripta illius*. §. 331. *Mors Papiniani*. §. 332. *Tertullianus*. §. 333. *Ejus ætas & ſcripta*. §. 334. *Claudius Tryphoninus & Arrius Menander*. §. 385. *Sex. Pedius Puteolanus, Pactumejus, Fronto, & alii*. §. 336. *Domitii Ulpiani natales & honores*. §. 337. *Ejus mors*. §. 338. *Ejusdem juriſprudentia*. §. 339. *Opera Ulpiani majora*. §. 340. *Et minora*. §. 341. *Julii Paulli patria & honores*. §. 342. *Ejus juris prudentia*. §. 343. *Ejus opera*. §. 344. *Calliſtratus*. §. 345. *Ælius Marcianus*. §. 346. *Ejus ſcripta*. §. 347. *Florentinus, Venulejus Saturninus, & Licinius Rufinus*. §. 348. *Æmilianus Macer*. §. 349. *Herennius Modeſtinus*. §. 350. *Ejus ſcripta*. §. 351. *Ex eo obmutuerunt JCtorum oracula*.

§. 352.

§. 352. *Status juris Rom. ſub inſequentibus imper.*
§. 353. *In primis ſub Diocletiano, & collegis ac ſucceſſoribus.*

§. 159. RES publica Romana, nec ſub C. JULII CÆSARIS dictatura, quam non admodum diuturnam fuiſſe notum eſt, nec ſtatim eo interfecto, novam monarchiæ faciem induit: ſed anno demum ab V. C. 722. Cæſare Octaviano IV. & M. Licinio Craſſo, coſſ. * Tunc enim *poſtquam Bruto & Caſſio cæſis, nulla jam publica arma, Pompejus apud Siciliam oppreſſus, exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Julianis quidem partibus dux, niſi Cæſar, reliquus: hic, poſito triumviri nomine, conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem tribunicio jure contentum, ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine ocii pellexit, inſurgere paullatim, munia Senatus, magiſtratuum, legum, in ſe trahere cœpit, nullo adverſante.* Tacit. *Annal. l.* 1. *c.* 1.

§. 160. Quum vero hoc tempus aliam vitam, alios mo-

* Equidem ipſe Tacitus *Annal. l.* 3. *c.* 28. Auguſtum *ſexto demum conſulatu, potentiæ ſecurum, quæ triumviratu juſſerit, aboleviſſe*, obſervat; is vero incidit in annum ab V. C. 716. Et ſane eo anno imperium, rogatu ſenatus, ſuſcepit, provincias cum eo partitus eſt, Auguſti nomen tulit, legibus ſolutus eſt, adeoque paullo liberius principem egit, ceu Dio Caſſ. *toto l.* 53. *p.* 495. *ſeq.* adcuratius prodidit memoriæ. At quemadmodum non ſemel & ſimul ad ἀκμὴν pervenire ſolent nova imperia: ita quadriennio illo, quod inter quartum ſextumque Auguſti conſulatum interceſſit, magis magisque eum rem ſuam ſtabiliviſſe, votique ſui demum ſub ſexto conſulatu participem factum eſſe facile crediderim. Ante id quadriennium triumviratum viguiſſe, omniaque ſuo arbitrio egiſſe Auguſtum, Antonium & Lepidum, in vulgus notum eſt. Quam miſera vero tum fuerit publici privatique juris conditio, elegante diſſertatione, quam *ſingularia capita ex hiſtoria triumviratus* inſcripſit, oſtendit Jo. Guil. Hofmannus, *Francof. juxta Viadr.* 1733. 4.

mores poſtulare videretur; neque omnes antiquæ leges novo ſtatui monarchico convenirent: fieri profecto non poterat, quin AUGUSTUS, princeps πολιτικώτατος, de jure Romano, ad illum reipublicæ ſtatum paullatim inflectendo, cum cura cogitaret, vel, ut eleganter rem exprimit Tacit. *Annal. l. 3. c. 28. jura daret, quibus pace, & principe uterentur.* *

§. 161. Quandoquidem vero regiæ poteſtatis adfectatio male ceſſerat C. JULIO CÆSARI, qui cruento interitu ſuo documento fuerat poſteris, quam infidum ſit vi & armis occupatum in libera civitate imperium: AUGUSTUS, princeps prudentiſſimus, cautius componebat rationes ſuas, regioque ita utebatur imperio, ut vulgus, regnari ſe, non animadverteret, tot priſtinæ libertatis ſimulacris quotidie deluſum. Hinc Dio Caſſ. *l. 53. pag.* 519. τά τε ἄλλα, καὶ τοῦτο ὡς ἐλευθέροις Ῥωμαίοις προσεφέρετο. *Cum in* aliis pleriſque, *tum in hoc quoque cum Romanis, tamquam cum hominibus liberis, agebat*. Add. *Præfat. noſtr. Commentar. in leg. Jul. & Papiam Popp. præmiſſ.*

§. 162. Eadem ergo in ſpeciem ſenatus, quæ olim, auctoritas: eadem magiſtratuum vocabula: eadem poteſtatum inſignia. Procedebant, ſicuti libera re publica *conſules*, eumque honorem ipſe Auguſtus non ſemel ſuſcipiebat. Erant in urbe, non ſecus ac olim, *prætores*, *ædiles*, *tribuni plebis*, *quæſtores*, *XXviri*, ut ple-

* Ceperat jam id conſilii C. JULIUS CÆSAR, quem *jus civile ad certum modum redigere, atque ex immenſa diffuſaque legum copia optima quæque ac neceſſaria in pauciſſimos conferre libros voluiſſe*, teſtatur Sueton. *Cæſar. c.* 44. Sed conatum illum irritum reddiderunt Cæſaris fata. Iterum ergo idem egit AUGUSTUS, ſed minus aperte, ne quid populo ſuboleret. Quare recte hinc novam juris prudentiæ periodum inchoat Pomponius; *quando per partes evenerat, ut neceſſe eſſet rei publicæ per unum conſuli*, *l.* 2. §. 11. *D. de orig. jur.* quæ verba ſubtiliter interpretatur Rupert. *ad Pompon. Enchirid. l.* 1. *c.* 12. *p.* 87. *ſeq.*

plebi plane vetus res publica ob oculos verſaretur. At pleraque ac potiora eorum magiſtratuum munia in ſe traxerat princeps, ut vere ſcripſerit Tacitus *Annal. l. 1. c. 4. eadem fuiſſe magiſtratuum vocabula, nihil uſquam priſci atque integri moris.* *

§. 163. Quin ut cives mutatam eſſe rem publicam, eo minus animadverterent: prudenter initio Auguſtus non conſtitutionibus jura nova condebat, ſed laturus leges populum mittebat in ſuffragia, ut quod populus per centurias vel tributim ſciviſſet, id pro lege eſſet. Auctor illi fuerat Mæcenas apud Dion. Caſſ. *l.* 52. *pag.* 477. ut ita inſtrueret ſcenam, ne populus proti-



* Communis erat principi cum privatis conſulatus honor, ſed ita, ut hi illum acciperent ὡς ἆθλον καὶ γέρας ἀρετῆς ἢ πίστεως ἢ τινος εὐνοίας καὶ ὑπηρεσίας περὶ τοὺς τῶν ὅλων ἄρχοντας, ἢ πράξεως λαμπρᾶς, *tamquam præmium ac mercedem virtutis aut fidei benevolentiæque erga principes, rerumque præclare geſtarum*; Illi vero πρὸς οἷς ἔχουσιν ἀγαθοῖς ἄγαλμα καὶ κόσμον, *tamquam acceſſionem bonorum, quæ jam poſſiderent.* Julian. *Orat.* 3. *p.* 201. Tituli porro ipſi, quos admittebat Auguſtus, nihil, quod monarchiam redoleret, in ſe habere videbantur. Vocabulum PRINCIPIS, *quo nomine cuncta diſcordiis feſſa ſub imperium acceperat*, teſte Tacito *Annal. l.* 1. *c.* 1. libera etiam re publica non inauditum fuerat, quum ſingulis luſtris PRINCEPS SENATUS legeretur. Hinc de Tiberio Dio Caſ. *l.* 57. *p.* 607. πρόκριτός τε τῆς γερουσίας κατὰ τὸ ἀρχαῖον ὠνομάζετο: *princeps autem Senatus ritu priſco dicebatur.* Eadem erat ratio titulorum IMPERATORIS, PONTIFICIS MAX. TRIBUNICIÆ POTESTATIS, PROCONSULIS, quibus omnes Romanorum aures jam pridem adſueverant. Ezech. Spanhem. *de uſu & præſt. numiſm. Tom.* 2. *p.* 392. *ſequ. p.* 413. *ſeq. p.* 424. *ſeq. p.* 463. *ſeq.* Et tamen e. g. tribunicia illa poteſtas erat *ſummi faſtigii vocabulum, quod Auguſtus repererat, ne regis aut dictatoris nomen adſumeret, & tamen adpellatione aliqua cetera imperia præemineret.* Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 56. Sed & reliquis adſumtis vocabulis, rebus ipſe omnibus ſolus præerat, & quidquid collibitum eſſet, ſanciebat liberrime, uti jam obſervavit Dio Caſſ. *l.* 53. *p.* 594.

nus immutari ſtatum reipublicæ ſentiret *. Cujus conſilio obſequutus Auguſtus, οὐ μέντοι πάντα ἐθελογνωμόνων ἐνομοθέτει, ἀλλ' ἢ, ὧν καὶ ἐς τὸ δημόσιον προεπίθει, ὅπως ἄν τι μὴ ἀρέσαι, ἐπανορθώσῃ, καὶ προετρέπετο πάντας συμβουλεύειν αὐτῷ εἴ τι ἄμεινον γνοίη αὐτοῦ, *non omnia ſuo arbitrio ſanciebat, ſed plura etiam populo promulgabat, ut is, ſi quid minus placeret, emendaret, hortatus omnes, ut, ſi quid melius haberent, conſulerent in medium.* Dio Caſſ. *l.* 53. *pag.* 585. Zonar. *Annal. Tomo* 1. *l.* 10. *p.* 533.

§. 164. Hoc vetere ritu jam anno ab V.C. 722. *Cæſare Aug.* 3. & ex Kal. Maiis *M. Titio Ruſo* coſſ. lata eſt LEX JULIA & TITIA *, cautumque, *ut, quemadmodum in urbe a prætore cum majore parte tribunorum plebis; ita*

* Equidem idem Mæcenas *ibid.* *p.* 484. Auguſto ſuaſerat, οὐδὲ τὸν δῆμον οὔτε ἐς δικαστήριον, οὔτε ἐς ἀρχαιρεσίας, οὔτε ἐς ἄλλον τινὰ τοιοῦτον σύλλογον, ἐν ᾧ τι καὶ χρηματίσαι δεῖ συνιέναι χρῆναι, *populo non concedendum, ut ad judicia, comitia, aliave hujus modi concilia conveniret.* Sed fuit id conſilium inter illa, quæ Auguſtus, teſte eodem Dione Caſſio *p.* 493. in aliud tempus diſtulit, βουληθεὶς μὴ καὶ σφαλῇ τι ἀθρόως μεταρρυθμίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐθελήσας, *veritus, ne ſi ſubito homines in alium deducere ſtatum cuperet, res ea ſibi parum eſſet ſucceſſura.*

* Deſeruit nuper Henr. Valeſii ſententiam Aug. Chriſt. Marchius edita ſingulari *diſſertatione de tutoribus ex lege Julia & Titia datis*, *Lipſ.* 1736. 4. Potius non unam eſſe legem ſtatuit, ſed duas, quarum *Titia* antiquior, lata ſit anno ab V. C. vel 488. vel 526. ſive a C. *Titio*, ſive a Q. *Titio*, tribunis plebis: *Julia* contra a Cæſare Auguſto anno 726. Et ſunt ſane ejus argumenta non nullius momenti. Urget enim teſtimonium Theophili *Paraphr. pr. Inſt. de Atil. tut.* ubi diſerte memorat β. νόμους, Ἰούλιον καὶ Τιτιανόν, *duas leges*, *Juliam & Titiam*. Urget copulam ET, quæ interjici non ſoleat inter collegarum nomina, a quibus lex aliqua cognominetur. Enimvero quemadmodum non adeo claſſicum videtur Theophili de re tam antiqua teſtimonium: ita exemplo non caret copulativa ET, etiam unius legis auctorum nominibus interjecta. Quod ut uno probem exemplo

*ita in provinciis a præſidibus pupillis tutores darentur* : *pr. Inſt. de Atil. tut.* Henr. Valeſ. *ad Excerpt. Peireſ. pag.* 61. Anno V. C. 737. C. 737. *C. Furnio* & *C. Junio Silano* coſſ. lata lex Julia *de adulteriis*, ex rationibus Jo. Guil. Hoffmanni *de lege Jul. de adult. c.* 2. *pag.* 50. *ſequ.* & quidem *ex roſtris*, *& in foro*, uti refert Seneca *de benefic. l.* 6. *c.* 32.

§. 165. Porro anno V. C. 745. *T. Quinctio Criſpino* & *Cæſare Germ.* coſſ. inſignis perlata eſt lex Quinctia * *de pœnis eorum*, *qui rivos*, *fiſtulas*, *caſtella*, *lacus aquarum publicarum violarint*, *vel corruperint*. Quod integrum exſtat apud Frontin. *de aquæduct. art.* 129. *pag.* 218. *ſeqq. edit. Polen.* & Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 7. *num.* 10.

§. 166. Sic & anno 752. lata videtur lex Fusia Caninia *de numero ſervorum teſtamento manumittendorum*, quam adcuratius deſcribunt Ulpian. *Fragm. tit.* 1. §. 24. Paull. *Sent. recept. l.* 4. *tit.* 14. & Caj. *Inſtit. l.* 2. *tit.* 291. Eam ſane hoc anno latam eſſe; non inepte conjicit Ephr. Gerardus *de lege Fuſia Caninia* §. 7. * Certius



plo, notiſſima eſt lex Licinia et Mucia, conſtanter ita vocata a Cicer. *pro Balb. c.* 21. *in Brut. cap.* 16. & in fragmentis *orationis pro C. Cornelio*, *perduellionis reo*.

* Reineſius id vocat plebiscitum; eoque vocabulo & ipſi in prima editione uſi ſumus. Sed ipſa verba initialia: T. Quintius Crispinus cos. populum jure rogavit, populusq. jure scivit in foro pro rostris ſatis oſtendunt, eſſe hanc legem potius, quam plebiſcitum, quippe cui definitio legis §. 4. *Inſt. jur. nat. gent. &* *civ.* perfecte quadrat. Equidem ſub Auguſto, vel potius ſub triumviratu, anno ab V. C. 714. *Cn. Domitio* M. F. *Calvino* & *C. Aſinio Pollione* coſſ. rogatum eſt plebiſcitum, quod legis Falcidiæ nomine venit, eaque cautum, *ut ne liceat ultra dodrantem hereditatis legatis exhaurire*. *l.* 1. *pr. D. ad leg. Falcid.* Dio Caſſ. *l.* 48. *pag.* 377. Sed id plebiſcitum, quod Franc. Balduinus ſingulari libello illuſtravit, non tam ad hanc quam ſuperiorem epocham pertinet.

* Obſcura eſt hujus legis ætas, niſi quod eam ſub Augu-

ţius eſt, anno 756. *Sex. Ælio Cato* & *C. Sentio Saturnino* coſſ. latam eſſe LEGEM ÆLIAM SENTIAM de manumiſſionibus & conditione manumiſſorum, cujus varia capita ex antiquitatis parietinis eruta dedimus *in Antiqu. Rom. l.* 1. *tit.* 6. §. 1. *ſeqq.* Ejuſdem ætatis eſt LEX JULIA *de maritandis ordinibus*, eleganter Horatio lex marita dicta, de qua nos in *Comment. ad leg. Juliam & Papiam Popp. l.* 1. §. 3. *pag.* 48. Hæc ſeverius emendata eſt perlata a. V. C. 762. *M. Papio Mutilo* & *Q. Poppæo Sabino* coſſ. ſuffectis LEGE PAPIA POPPÆA *nuptiali & caducaria*, de qua nos eodem *Commentario* egimus adcuratius.

§. 167. Ejuſdem fere ætatis fuit LEX JULIA *de cæde & veneficio*, cujus meminit Sueton. *Neron. cap.* 33. ubi conferri meretur Schubart. *de fatis juris prud. Rom. Exerc.* 3. §. 52. *pag.* 595. *ſequ.* Hermannus Noordkerkius *Diſquiſit. de lege Petron. pag.* 89. eorumdem etiam temporum eſſe putat LEGES SCRIBONIAM *de uſucapione ſervitutum*, VISELLIAM *de libertinis*, *, & JUNIAM VELLEJAM *de heredum inſtitutionibus*. Enimvero uti veroſimilia ſunt, quæ de legis Scriboniæ & Julia...

Ju-guſto latam eſſe, conſtat ex Sueton. *Aug. cap.* 40. Jam anno 752. conſules ordinarii fuerunt *Cæſar. Octavianus Aug.* 13. & *M. Plautius Silvanus*. Atqui eodem anno ex Kal. Jul. ſuffectus fuit *C. Caninius Gallus*, & Kal. Octob. conſules memorantur *L. Caninius Gallus* & *Q. Fabricius* in *Marmore Ancyr. p.* 62. edit. Jac. Gron. *in Mem. Coſſon.* Reineſ. *Epiſt. ad Hoffm. p.* 415. Noriſ. in *Cenotaph. Piſan. p.* 180. & 183. Quum ergo, quis Cæſari Auguſto & Kal. Juliis fuerit ſuffectus, non conſtet: non ſine veroſimilitudinis ſpecie colligunt, C. Caninio Gallo collegam datum eſſe M. Furium Camillum, qui & anno 761. cum Sex. Nonio Quinctiliano conſul fuit, teſte Dione Caſſ. *l.* 4. *p.* 570.

* Legem VISELLIAM probabilius eſt, latam eſſe poſt Auguſti tempora, immo poſt legem Juniam Norbanam, quia in ea Latinorum libertinorum facta eſt mentio. Ulpian. *Fragm. tit.* 3. §. 5. Quum ergo anno ab V. C. 776. faſces fuerint penes *L. Viſellium Varronem & Ser. Cornelium Cethegum*,

Juniæ Vellejæ, origine differit: ita ſuffragari non poſſum viro doctiſſimo, exiſtimanti, poſt Auguſti tempora nullam amplius latam eſſe legem proprie ſic dictam, ac proinde ipſam legem Juniam Norbanam, certiſſime latam ſub Tiberio, *ibid. pag.* 91. ad tempora liberæ reipublicæ referenti.

§. 168. Quemadmodum vero hanc civilitatem Auguſto initio ipſa neceſſitas extorſerat: ita ſenatus paullatim ſe ad ſervile demittere obſequium, populuſque, congiariis, ludis, muneribus gladiatoriis, venationibus, ipſaque ocii dulcedine delinitus, jugum pati cœpit. Hinc non modo Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 28. obſervat, Auguſtum *jam a ſexto conſulatu, potentiæ ſecurum, jura dediſſe, quibus pace, & principe uterentur*: ſed & Pomponius & Ulpianus, *populum ei & in eum omne ſuum imperium poteſtatemque contuliſſe*, *teſtantur*, adeo, *ut ratum eſſet, quod conſtitueret*, *l.* 2. §. 11. *D. de orig. jur. l.* 1. *pr. D. de conſt. princ.* Suffragatur his Dio Caſſ. *l.* 53. *pag.* 516. qui anno ab V. C. 729. Senatum, ait, in Auguſti acta juraſſe, eumque ſolviſſe legibus, decreviſſe denique, ἵνα καὶ αὐτοτελὴς ἔτως καὶ αὐτοκράτωρ ᾖ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν νόμων, πάντα τε, ὅσα βούλοιτο, ποιοίη, καὶ πάνθ᾽, ὅσα ἂν μὴ βούλοιτο, μὴ πράττῃ: *ut ſummo cum jure, omninoque & ſui, & legum potens, quæ vellet, faceret, & eorum, quæ nollet, faceret nihil.*

§. 169. Habes ergo LEGEM illam REGIAM, de qua *l.* 1. *pr. D. de conſt. princ.* §. 6. *Inſt. de jure nat. gent. & civ.* AUGUSTUM PRIVILEGIUM, *l. un.* §. 14. *C. de caduc. toll.* LEGEM AUGUSTI, *l.* 14. *D. de manumiſſ.* qua regimenta rei publicæ ad imperatores perpetuos translata, *l. un. pr. D. de offic. præf. præt.* LEGEM denique IMPERII, ad quam provocatur *l.* 3. *C. de teſtam.* De ea quan-



*gum*, coſſ. eo ipſo anno latam eſſe hanc legem, ſuſpicatur Andr. Flor. Rivinus *de lege Viſellia*, *c.* 2. ubi & Noordkerkii refellit ſententiam, & ipſa legis iſtius capita quædam erudite illuſtrat. Prodiit hæc diſſertatio *Lipſiæ* 1735. 4.

quanta a renatis litteris fuerint ſententiarum divortia, alibi docuimus, oſtendimuſque ſimul, eam nihil eſſe aliud, quam congeriem variorum SCtorum, in honorem Auguſti, deque ejus imperio factorum, & renovatorum ſubinde atque amplificatorum ſub auſpicia imperii inſequentium Principum *. *Antiqu. Rom. l. 1. tit. 2. §. 62.*

§. 170. Fretus hac poteſtate Auguſtus, adulto jam imperio cœpit quædam ſine centuriarum ſuffragiis conſtituere, eaque in re duplici arte uſus eſt. Nam primo quum jam adſuetus populus eſſet ſenatus auctoritati, eumque SCta feciſſe, libera re publica, nemo ignoraret: Auguſtus permulta per ſenatum ſancivit, etiam de iis rebus, quæ libera adhuc re publica non pertinuerant ad curam ordinis iſtius ampliſſimi *. Deinde & propoſitis edictis ea, quæ fieri vellet præcipere, ea-

* Poteſt hoc demonſtrari exemplis. Tacit. *Hiſtor. l. 1. cap. 47. adcurrunt patres, decernitur Othoni tribunicia poteſtas, & nomen Auguſti, & omnes principum honores.* Idem de Vitellio *Hiſtor. l. 2. c. 55. in ſenatu cuncta longis aliorum principatibus compoſita ſtatim decernuntur.* Denique de Veſpaſiano *Hiſt. l. 4. c. 3.* at *Romæ ſenatus cuncta* PRINCIPIBUS SOLITA, *Veſpaſiano decernit, lætus & ſpei certus.* Hinc Dio Caſſ. *l. 53. p. 519.* diſerte refert, honores ac poteſtatem, quam Auguſto primum decreverit ſenatus, poſtea & ſucceſſoribus lege quadam dari conſueviſſe: idque etiam patet ex inſigni monimento apud Gruter. *Inſcript. p. 242.* in quo Flavio Veſpaſiano eadem decernitur poteſtas, quæ antea Auguſto, Tiberio, Claudio, imperatoribus decreta fuerit: maxime vero UTI, QUÆCUMQUE EX USU REIP. MAJESTATE DIVINARUM, HUMANARUM, PUBLICARUM PRIVATARUMQUE RERUM ESSE CENSUERIT, EI AGERE FACERE JUS POTESTASQUE ESSET, ITA, UTI DIVO AUG. TIBERIOQUE JULIO CÆSARI AUG. TIBERIOQUE CLAUDIO CÆSARI GERMANICO FUERIT.

* Ea quoque in re ſequutus Auguſtus eſt Mecenatis conſilium, qui in oratione prudentiſſima apud Dionem Caſſium *l. 52. p. 485.* monet principem, primum, ut legatos ab exteris miſſos in ſenatum introducat, addita ratione; πά τε γὰρ ἄλλα, καὶ σε-

eaque ratione jura nova quam plurima conſtituere cœpit.

§. 171. Hinc SCta non pauca jam ſub Auguſto prodiiſſe comperio quæ poſtea pro legibus fuerunt. Tale eſt SC. Silanianum, quo cautum, *ut ſi dominus a familia occiſus diceretur, de ea, antequam heres adeat, publica quæſtio haberetur, & de ſontibus ſumeretur ſupplicium, neque prius tabulæ teſtamenti aperirentur* *, *vel, ſi quid contra factum fuerit, hereditatem fiſcus oc-*



σεμνὸν καὶ ἀξιόλογόν ἐστι τό, τε τὴν βουλὴν πάντων κυρίαν δοκεῖν εἶναι, καὶ τὸ πολλοὺς τοὺς ἀντιπάλους τοῖς ἀγνωμονοῦσιν αὐτῶν φαίνεατες: *eſſe enim e dignitate rei publicæ omnia in poteſtate ſenatus eſſe videri, plurimoſque eſſe eorum adverſarios, qui ſe contumaces in eum gerant*. Deinde addit, oportere Auguſtum ἅπαντα τὰ νομοθετούμενα δι' αὐτῶν ποιεῖν, καὶ μηδὲν τὸ παράπαν ἄλλο ἐπὶ πάντας ὁμοίως φέρειν πλὴν τῶν ἐκείνης δογμάτων, *per ſenatum facere omnia, quæ decernenda ſint, quia non omnino quidquam æque ad omnes pertineat, ac SCta*. Eadem iterum inculcat *p.* 487. ubi & hanc reddit rationem, quod & par ſit, κοινὰ κοινῶς διοικεῖντες, *publica publico conſilio adminiſtrari*: & homines ſuapte natura gaudeant iis, quæ tamquam conditione æquales a majore adipiſcantur, omniaque, quæ is cum ipſorum conſilio decernat, laudent, & tamquam ultro a ſe ipſis ſtatuta diligant.

* Hoc ipſum eſt, quod eo SC. primum cautum fuiſſe videtur. Nam quod, domino domi ſuæ occiſo, familia omnis diris quæſtionibus ſubiici ſoleret, id ſemper Romæ obtinuit, etiam libera adhuc re publica. Tacit. *Annal. l.* 14. *c.* 42. *ceterum quum* VETERE *ex* MORE *familiam omnem, quæ ſub eodem tecto manſitaverat, ad ſupplicium agi oporteret: concurſu plebis, quæ tot innoxios protegebat, uſque ad ſeditionem ventum eſt*. Ad quæ verba Juſt. Lipſius: *bene*, inquit, *vetere ex more. Nam etiam libera republica id obtinuit, ex epiſtola Ser. Sulpicii de cæde Marcelli*: ego tamen ad tabernaculum ejus perrexi: inveni duos libertos, & pauculos ſervulos: reliquos ajebant profugiſſe, metu perterritos, quod dominus ante tabernaculum interfectus eſſet. *Hunc priſtinæ ſeveritatis ritum firmavit poſtea*

SC.

cuperet. Quod SC. anno ab V.C.763. *P. Cornelio Dolabella* & *C. Junio Silano* coſſ. factum eſſe, recte exiſtimat Franc. Hotomanus, immo & ante eum Cujac. *Obſerv. l.* 1. *c.* 18. Idque verum eſſe vel inde patet, quod inſequente ſtatim anno, *T. Statilio Tauro* & *M. Æmilio Lepido* coſſ. novo SC. ſancitum eſt, *ut quæſtioni iſti quinquennio præſcriberetur, niſi plane quæreretur de parricidio. l.* 13. *D. de SC. Silan.*

§. 172. Nec aliorum temporum ego eſſe arbitror SC. VELLEJANUM, quod mulierum interceſſit interceſſionibus, eaſque irritas eſſe juſſit. *l.* 2. §. 1. *D. de SC. Vellejan.* Movet me, quod jam Auguſtus hoc dicatur edixiſſe, *l.* 2. *pr. D. eod.* edicta vero principum SCta, uti mox oſtendemus, vel præcedebant, vel mox ſequebantur. Deinde SC. hoc *ibidem* factum dicitur M. SILANO & VELLEJO TUTORE coſſ. Atqui non quidem M. ſed L. SILANUS FLAM. MART. & C. VELLÆUS TUTOR COSS. anno V.C. 763. reperiuntur apud Gruter. *Inſcript. pag.* 470. *num.* 1. 2. neque aliud ejuſdem nominis par conſulum alibi in *Faſtis* occurrit *.

§. 173.

*SC. Silanianum ſub Auguſto.* Ceterum laudata a Lipſio Servii Sulpicii epiſtola eſt inter Ciceronianas *ad diverſ. l.* 4. *epiſt.* 12.

* Obſervaveram hoc in *Elem. Jur. ſec. ord. Pandect. Part.* 3. §. 196. addideramque, iiſdem conſulibus latam videri legem JUNIAM VELLEJAM. Poſterius etiam Herm. Noordkerkio *in Diſquiſit. de lege Petron. p.* 94. probari, video: non autem prius. Ait enim vir doctiſſimus: *Sed nollem, vir egregius iiſdem etiam auctoribus Vellejanum SC. acceptum retuliſſet: quam opinionem vel Ulpianus damnat, qui l.* 2. *D. d. t. diſerte teſtatur*, POST *Claudii edictum fuiſſe conditum*. Ego vero quum hæc ſcriberem, non ignorabam, Ulpianum primum edicti Auguſti & Claudii meminiſſe, & deinde ſubjicere: POSTEA *factum eſt SC. quo pleniſſime feminis omnibus ſubventum eſt.* Ipſe enim eo modo ratiocinatus fueram in *Antiquit. Rom. l.* 3. *tit.* 21. §. 12. Sed non ignorabam etiam, *poſtea* illud etiam referri poſſe ad ſolum edictum Auguſti, quod præceſſit, neque ſemper tam adcurate his ſimi-

§. 173. Sed & EDICTIS Auguſtus uti ſenſim cœpit ad jura nova conſtituenda, idque ſe jure facere, plebi facillime perſuaſit. Quum enim, magiſtratus tantum non omnes edicta de rebus curationi ſuæ demandatis propoſuiſſe, ſupra oſtenderimus (§. 61. *ſequ.*) Auguſtus, qui omnium magiſtratuum munia in ſe traxerat, nullo adverſante, jure ſuo uti poterat, quoties id videretur e re publica futurum. Si quid ergo ediceret in provinciis, id faciebat tamquam PROCONSUL *; ſin in urbe, VI TRIBUNICIÆ POTESTATIS; ſi apud exercitum, tamquam IMPERATOR; ſi denique circa ſacra, tamquam PONTIFEX MAXIMUS id jure facere videbatur (§. 162.*)

§. 174. Et plura ſane ſub Auguſto invaluerunt jura nova, de quibus nec leges ullæ, nec SCta, quod qui-

dem

milibuſque vocabulis uſos eſſe JCtos veteres, ut iis tuto ſuperſtruere poſſis rationes chronologicas: immo ea adverbia illos promiſcue plerumque adhibere, pro *præterea*. Ita Pomponius *l.* 2. §. 8. D. *de orig. jur.* ubi de 12. tabulis, diſputatione fori, legibuſque actionis egerat, ſtatim ſubjicit: DEINDE *quum eſſet in civitate lex* 12. *tabularum, & jus civile, eſſent & legis actiones: evenit, ut plebs in diſcordiam cum patribus perveniret, & ſecederet*. Atqui id ante conditas 12. tabulas eveniſſe novimus. Similia licet obſervare *d. l.* 2. §. 18. 20. 22. Hæc ſi reperias apud JCtum, qui ex inſtituto texit hiſtoriam: quid ſperandum de chronologica JCtorum ἀκριβείᾳ, ubi id ex inſtituto non agunt? Sed ſufficit nobis, alium annum adhuc oſtendi non potuiſſe, quo collegæ in conſulatu fuerint *Silanus* & *Vellejus Tutor*, nos vero eos anno 763. inter ſuffectos feliciter reperiſſe.

* Et tale procul dubio fuit δόγμα, ὃ ἐξῆλθε παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, EDICTUM, *editum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur totus orbis Romanus*. *Luc.* 2. 1. Ita enim potius vertendum, quam per *decretum* vel *ſententiam*. Alia ejus edicta memorantur apud Sveton. *Aug. c.* 28. 31. 53. 89. Dion. Caſſ. *l.* 49. *p.* 401. Joſeph. *Antiquit. Judaic. l.* 16. *c.* 6. *l.* 2. *pr.* D. *ad SC. Vellejan. l.* 26. D. *de liber. & poſtum. l.* 8. D. *de quæſtion.*

dem hodie ſciamus, exſtiterunt. Ita ſane tunc ſenſim imminutum eſt domeſticum in ſervos imperium, data his facultate, apud præfectum urbi de dominorum ſævitia conquerendi. Juſt. Lipſ. *ad Senec. de benef. l. 3. c.* 21. Invaluiſſe etiam tunc videtur, ut parentes liberos aut inſtituere, aut nominatim exheredare tenerentur *. Alia edicta, quibus quædam nova jura invecta ſunt, jam diximus ſupereſſe in *l.* 2. *pr. D. ad SC. Vellejan. l.* 8. *pr. D. de quæſtion. l.* 26. *D. de liber. & poſtum.*

§. 175. Idem princeps, inſtitutis aliquot novis poteſtatibus, jus vel maxime ad novum reipublicæ ſtatum adcommodavit. Primo enim, inſtituta PRÆFECTURA URBANA *, regnum Prætorum forenſe haud parum concuſſit, multaque, quæ in civitate monarchica obſer-

* Si tamen dicendum, quod res eſt, pleræque de inſtitutione & exheredatione liberorum ſanctiones, quæ initi edictis invectæ ſunt, quando quibuſdam extra ornem ſubvenire placuit, veluti Tettio infanti, a patre injuſtiſſime exheredato, Valer. Max. *l.* 7. *c.* 7. Reineſ. *Inſcript. p.* 24. poſtea migraſſe videntur in legem quamdam. In quam vero, niſi in JUNIAM VELLEJAM, quæ ad heredum, liberorumque inprimis inſtitutionem pæne tota pertinuit? Ejus legis capita quædam recenſentur *l.* 10. §. 2. *D. de teſtam. tut. l.* 13. *D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam. l.* 39. *D. de liber. & poſtum.*

* Hoc quoque inventum non deſtituebatur colore. Nam & ſub regibus, & libera re publica *præfectos urbi*, quoties reges magiſtratuſque reliqui urbe abeſſe oportebat, creatos eſſe, jam ſupra (§. 57.) obſervavimus, Liv. *l.* 3. *c.* 29. Tacit. *Annal. l.* 6. *c.* 10. 11. *l.* 2. §. 33. *D. de orig. jur.* Gruter. *Inſcript. p.* 313. *n.* 9. & *p.* 456. *n.* 1. Non ergo tam novi quid introducere, quam magiſtratum veterem retinere videbatur, niſi quod pro extraordinario illum in poſterum ordinarium eſſe vellet. Et obtentus quidem admodum honeſtus videbatur, *ut eſſet, qui coerceret ſervitia, & quod civium audacia turbidum niſi vim metueret*. Tacit. *Annal. l.* 6. *c.* 11. Vere tamen id agebat princeps, ut pleraque prætoris aliorumque magiſtratuum munera paullatim in illum præfectum transferret,

ſervari oportebat, adjutore præfecto urbi facile introduxit. Deinde & PRÆFECTURA PRÆTORIANA, quamvis militaris initio poteſtas, teſte Dione *l.* 52. *pag.* 480. & *l.* 55. *pag.* 155. adeo paullatim invaluit, ut inſequente tempore ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα, *magiſtratus, a principatu ſecundus* videretur. Herodian. *Hiſtor. l.* 5. *c.* 1. Ut jam de PRÆFECTURA VIGILUM, coercendis incendiis, cuſtodiendæque nocturnis temporibus urbi ab eodem principe inſtituta, *l.* 2. §. 33. *D. de orig. jur. l.* 3. *pr. D. de offic. præf. vigil.* ſimilibuſque novis dignitatibus, nihil dicamus.

§. 176. Maximi quoque momenti erat mutatio circa PROVINCIAS, quas cum Senatu ita partiebatur Auguſtus, ut illi pacatas atque inermes relinqueret, ſibi bello turbidas, in quibus legiones erant, ſeponeret. Strabo *Geogr. l.* 17. *extr.* Suet. *Aug. c.* 47. Dio Caſſ. *l.* 53. *pag.* 503. Illis ſenatus PROCOSS. his ipſe LEGATOS AUG. PRO COSS. vel PRO PRÆTORIBUS cum jure gladii & imperio militari preficiebat. Dio Caſſ. *l.* 53. *p.* 504. Lipſ. *Excurſ. M. ad Tac. Annal. l.* 1. Jam vero per tot præſides ſibi obnoxios Auguſtum, quidquid collibitum eſſet, in orbe Romano inſtituere potuiſſe, nemo non animadvertit.

§. 177. Quum de Ægypto in fatis eſſe diceretur, eam, ſimul ac faſces Rom. ibi viſi eſſent, priſtinam libertatem recuperaturam: Cic. *ad diverſ. l.* 1. *epiſt.* 7. Trebell. Pollio *in Æmilian. c.* 23. id in rem ſuam callide vertit Auguſtus, provinciamque illam rei annonariæ cauſſa unice neceſſariam, tamquam peculiarem ſibi

bi

ret, eoque modo eorum poteſtatem everteret. Quod adeo verum eſt, ut M. Valerius Meſſalla, quem Auguſtus primum præfectum urbi creaverat, ſexto die eo magiſtratu ſe abdicaret, INCIVILEM eſſe POTESTATEM; conteſtatus, Euſeb. *Chron. n.* 1991. id eſt, civitati liberæ, qualem tum adhuc plebs ſomniabat, minus convenientem. Ita intelligendus Euſebius: neque tunc opus eſt emendatione Juſti Joſephi Scaligeri.

bi vindicavit, excluſiſque ejus aditu ſenatoribus, in illam miſit virum equeſtrem ſine faſcibus, qui PRÆFECTUS AUGUSTALIS vocabatur: Tacit. *Annal. l.* 2. *c.* 59. & *l.* 12. *c.* 60. *Hiſtor. l.* 1. *c.* 11. Dio Caſſ. *l.* 53. *pag.* 554. Arrian. *Expedit. Alexandri M. l.* 3. *c.* 6. Sueton. *Tiber. c.* 52. cuique adjungebatur JURIDICUS ALEXANDRINÆ CIVITATIS, cujus de officio ſingularis in Pandecte titulus exſtat. *

§. 178. Non ignorabat porro princeps prudentiſſimus, quam multum utilitatis capere poſſet ex opera atque interpretatione JURISCONSULTORUM. Ut ergo & hos ſibi haberet obnoxios, eorumque ope in evertendo prætoris regno, & jure per novas interpretationes ad ſtatum monarchicum inflectendo, uteretur *: primus facul-

* Falluntur, qui JURIDICUM hunc ſoli Alexandriæ jus dixiſſe, exiſtimant. Erant enim *juridici* præſides provinciarum, quales in Italia loco *conſularium* conſtituerat Marcus Antoninus imp. Jul. Capitol. *in Marc. cap.* 11. Hinc paſſim memorantur *juridici per Flaminiam & Picenum* apud Gruter. *Inſcript. p.* 1093. *n.* 3. itemque *per Apuliam & Picenum*, *ibid. p.* 465. *n.* 5. 6. denique & *juridici Aſturiæ & Gallæciæ. Ibid. p.* 463. Ita & *juridicus Alexandrinæ civitatis*, non ſoli huic civitati jus dicebat, ſed univerſæ Ægypto una cum præfecto Auguſtali præerat, Cujac. *Obſ. l.* 20. *c.* 31. & hinc JURIDICUS PER ÆGYPTUM vocatur apud Gruter. *Inſcript. p.* 372. *n.* 14. nec multo minor ejus erat, quam præfecti Auguſtalis auctoritas, ut plane huic tamquam ſpeculator adjunctus videatur, ne quid rerum novarum poſſet moliri. Reineſ. *ad Inſcr. Claſſ.* 2. *n.* 26. *p.* 271. Erat ſane apud juridicum legis actio, *l.* 1. *D. de offic. jurid.* æque ac apud præfectum Auguſtalem. Tacit. *Annal. l.* 12. *c.* 60. Non minus ac ille tutores dabat, quamvis ea facultas illis demum conſtitutione D. Marci data ſit. *l.* 2. *D. eod.* §. 5. *Inſt. de Atil. tut.* Denique & contentioſa eos juris dictione eſſe gaviſos, vel ipſa argumento ſunt vocabula *juridici*, δικαιοδόται, *Romani judicis*, & ſimilia, quibus in jure noſtro, nec non apud Strabonem & Sex. Rufum deſignantur.

* Genuinam hanc eſſe hujus inſtituti cauſſam, & Ulricus

cultatem de jure reſpondendi, olim omnibus communem (§. 157.) certis tantum exploratæ fidei viris beneficii loco dedit, ſimulque neceſſitatem impoſuit judicibus, ne ab eorum ſententia umquam recederent. §. 8. *Inſt. de jure nat. gent. & civ. l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.*

§. 179. Quum vero iis temporibus duo illuxiſſent ingenia eximia, M. Antistii Labeonis, & C. Atejii Capitonis, quos duo pacis decora Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 75. utrumque quidem ſibi conciliare ſtudebat Auguſtus, ſed laterem lavabat in labeone, Q. Labeonis, C. Julio Cæſari olim infenſiſſimi, filio, *incorruptæ libertatis viro*, ut idem Tacitus *ibid.* eum vocat, *quique nihil ratum penſumque habebat, niſi quod juſtum ſanctumque eſſe, in Romanis antiquitatibus legiſſet.* Gell. *Noct. Attic. l.* 13. *c.* 12. Quum ergo huic viro atrox inſideret priſtinæ libertatis memoria: nullam elabi patiebatur occaſionem, odium adverſus principatum prodendi, ejuſque παῤῥησίας exempla ſuperſunt apud Suet. *Aug. c.* 54. & Dion. Caſſ. *l.* 54. *pag.* 531. ut mirum non ſit, hominem ne conſulatus quidem auctoramento adduci ſe paſſum, ut ſe Auguſto addiceret. * *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.*

§. 180.

cus Huber. *Auſpic. domeſt. p.* 178. ex parte vidit, & nos cum cura demonſtravimus in *Antiqu. Rom. l.* 1. *tit.* 2. §. 39. Unde veram hujus inſtituti cauſſam vel non pervidit, vel diſſimulavit Pomponius, dum id ab Auguſto factum eſſe ſcribit, *ut major eſſet juris auctoritas. l.* 2. §. 47. D. *de orig. jur.* Solere ſane Pomponium blandiri principibus, eorumque obtentus pro veris rerum cauſſis obtrudere, patet ex *d. l.* 2. §. 9. 11. 27. *D. de orig. jur.*

* Ait Pomponius, *noluiſſe Labeonem, quum offerretur ei ab Auguſto conſulatus, quo ſuffectus fieret, eum honorem ſuſcipere.* At Tacitus *Annal. l.* 3. *c.* 75. refert, *Auguſtum acceleraſſe Atejo conſulatum ut Labeonem Antiſtium, iiſdem artibus præcellentem, dignatione ejus magiſtratus anteiret.* Ex illo ergo colligas, Labeonem honorem adſpernatum eſſe, quod inter ſuffectos tantum eſſet deſignatus: ex hoc, Augu-

§. 180. At tanto facilius ſibi ad omne obſequium devinxit C. ATEJUM CAPITONEM, *cujus obſequium*, ex Taciti judicio non poterat non *dominantibus magis probari*: quum ſe ad ſervilem pæne adulationem demitteret, ceu patet ex Tacito *Annal. l.* 3. *c.* 70. & Sueton. *de illuſtr. gramm. c.* 22. Eo ingenio conſulatum meruit, quo tamquam ſuffectus anno V. C. 758. collega C. Vibio Poſtumo functus eſt. Gruter. *Inſcript. pag.* 1082. *num.* 2. Huic ergo ſimilibuſque Auguſtus reſpondendi de jure facultatem dedit: ex eoque tempore reſponſa ſua & ſcripta dare, & ſignare cœperunt, Seneca *de benef. l.* 7. *c.* 16. quum antea neutrum fieri ſoleret. * *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.*

§. 181. LABEONEM quam plurimos ad juris prudentiam inſtituiſſe, *& totum annum ita diviſiſſe, ut Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, ſex menſibus ſece-*

de-

guſtum illum neglexiſſe, ut Atejus illum dignitate anteiret: & hinc ſtatim ſubiicit: *Labeoni, quod præturam intra ſtetit, commendatio ex injuria; ihuc, quod conſulatum adeptus ſte, odium ex invidia oriebatur*. Quæ vero injuria facta eſſet Labeoni, ſi ipſe oblatam dignitatem ultro rejeciſſet? Rem ita concipio. Auguſtus, ut utrumque ſibi conciliaret, utrique videtur obtuliſſe conſulatum: quum vero Atejo, cujus obſequium ei magis probabatur, illum honorem acceleraſſet, id male habuit Labeonem, virum prætorium, ac proinde quum ille paullo poſt conſul ſuffectus deſignaretur, illum honorem repudiavit, injuriam interpretatus, quod Atejo eſſet poſthabitus, neque mora illa ac dilatio ſaltim conſulatu ordinario compenſaretur. Ita intelligo Pomponium & Tacitum, quamvis nec improbabilis ſic conjectura Bynkersh. in *Præterm. ad h. l. p.* 290. pro: *quo ſuffectus fieret*, legentis: *quo ſuſpectus fieret*.

* Utroque opus erat, ut judices, & quid ſibi reſponſum eſſet, & reſponſum illud a JCto, cui reſpondendi jus ſit, profectum eſſe, intelligerent. Ceterum libera re publica judices adeo non adſtricti erant reſponſis prudentum, ut ea ſæpe ab oratoribus dicendo everterentur, teſte Cicerone *pro Muræn. c.* 13. qui & alibi id exemplo Craſſi confirmat *pro A. Cæcin. cap.* 18.

*deret*, *&* *conſcribendis libris operam daret*, refert Pomponius, *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* qui & quadringenta eum volumina reliquiſſe teſtatur. In his erant *libri octo* ΠΕΙΘΑΝΩΝ, ex quibus octo tantum fragmenta in Pandecte ſuperſunt. Scripſit & *libros* XXXX. POSTERIORUM, Gell. *Noct. Attic. l.* 13. *c.* 10. quamvis in indice Florentino *decem* tantum laudentur, ex iiſque unicum ἀποσπασμάτων exſtet in *l.* 42. *D. de liberal. cauſſ.* * Memorantur etiam *liber primus* PRÆTORIS URBANI, *l.* 19. *D. de verb. ſignif.* & *liber triceſimus* PRÆTORIS PEREGRINI, *l.* 9. §. 4. *D. de dol. mal.* nec non libri EPISTOLARUM, *l.* 30. §. 1. *D. de uſurp. & uſucap.* de quo Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 20. denique RESPONSA, quorum *librum* 15. laudat Ulpianus apud *Pariatorem leg. Moſaic. & Roman. tit.* 12. §. 7.

§. 182. Tantum vero abeſt, ut vir eximius ultra prætoris edictum ſapere noluerit, ut & per reliquas ſapientiæ diſciplinas bonaſque artes vividam circumtulerit indolem. Teſtem habemus non modo Pomponium, qui eum *& in ceteris operam ſapientiæ dediſſe*, obſervat, verum etiam Gellium, qui *Noct. Attic. l.* 13. *c.* 10. *Labeo Antiſtius*, inquit, *juris quidem civilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de jure publice reſponſitavit, ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in grammaticam ſeſe, atque dialecticam, litteraſque antiquiores altioreſque penetraverat.*

* Libros Πειθανῶν in compendium redegit JULIUS PAULLUS, Perrenon. *Animadv. jur. l.* 2. *cap.* 16. Bynkershoek *Obſ.* 3. *c.* 6. Eamdem operam libris *Poſteriorum* navavit JAVOLENUS, qui & libros *ex Poſterioribus Labeonis* ſcripſit, qui libri, quomodo diſtinguendi ſint, diſquirunt Merill. *Obſ.* 5. *c.* 38. & Maſcov. *de ſect. Sabin. & Procul. pag.* 50. *ſeqq.* Præterea ad LABEONEM notarunt QUINTUS, *l.* 7. §. 7. *D. de dol. mal.* AULUS, fortaſſis Caſcellius, *l.* 17. §. 5. *D. de hered. Inſt.* PROCULUS, *l.* 10. §. 1. *D. de negot. geſt.* & ARISTO, *l.* 17. §. 5. *D. de hered. inſt.* Maſcov. *de ſect. Sabin. & Procul. c.* 1. *pag.* 18. *ſeqq.*

rat. Nihil ergo prohibere exiſtimo, quo minus *libros* 15. DE JURE PONTIFICALI apud Feſtum *in Siſtere*, *libros* DE DIIS ANIMALIBUS apud Servium *in Virgil. Æneid. l. 3. v.* 168. eidem Labeoni noſtro tribuamus, quamvis alii diſtinguendos exiſtiment Labeones JC. & theologum. *

§. 183. Nec C. ATEJUS CAPITO, quamvis magis immerſus negotiis civilibus, calamo pepercit. Scripſit enim libros de JURE PONTIFICIO, quorum quintum laudat Gell. *Noct. Attic. l. 3. c. 6. libros* CONJECTANEORUM quam plurimos, quippe quorum ducenteſimum quinquageſimum nonum laudat Gell. *Noct. Att. l.* 14. *c.* 7. librum de OFFICIO SENATORIO, id. *l.* 3. *c.* 10. & de JURE SACRIFICIORUM apud Macrob. *Saturn. l. 3. c.* 10. nec non EPISTOLAS, ex quibus quædam deſcripſit Gell. *Noct. Attic. l.* 13. *cap.* 12. Addimus, ex tot libris JCti maximi, & *principem in civitate locum*, teſte Tacito *Annal. l. 3. c.* 75. *civilibus ſtudiis adſequuti*, ne unum quidem fragmentum in Pandecten relatum eſſe *, ipſumque Atejum inter vivos eſſe deſiiſſe anno V. C. 775. Tacit. *ibid.*

§. 184.

* Pro eodem utrumque habent Bertrandus *de vit. JCtor. l.* 1. *c.* 7. & Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 20. Eoſdem diſtinguendos putat Bynkershoekius *in Prætermiſſ. ad l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur. p.* 292. Et ſane memoratur a Macrobio CORNELIUS quidam LABEO, quem *libros Faſtorum* & *librum de oraculo Apollinis Clarii* ſcripſiſſe ait: & hic fortaſſis poſſet dici Labeo theologus. Sed quum non ſint libri hi iidem, quos a Feſto & Servio laudari animadvertimus: nihil obſtat, quo minus & noſter talia ſcripſerit, emulatus fortaſſis æmulum, Atejum Capitonem, cujus de libris ejuſdem argumenti paullo poſt erit dicendi locus. Vid. Chriſtof. Wæchtler. *litt. de Bynkershoekii Prætermiſſ. p.* 304. *ſequ. edit. nov. in Opuſcul. jur. hiſtor.*

* Videntur ergo Ateii Capitonis libri jam ante Triboniani tempora intercidiſſe. Nec inter JCtos qui illi denunciant teſtimonium, alii ſunt, quam ei σύγχρονος

La-

§. 184. Progredimur ad reliquos, qui ſub Auguſto floruerunt, JCtos. Quamvis vero huc tota pertineat Ser. Sulpicii familia, de qua Pomponius *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* in ea tamen in primis eminuit C. vel, ut in Dionis Caſſii *Laterculo Coſſ.* ad ann. 755. vocatur, P. Alfenus (in nummis Alfenius) Varus, elegantis ingenii & facundiæ vere Auguſteæ ſcriptor. Eum vulgo ferunt Cremonæ, Publio patre natum, diu exercuiſſe ſutrinam, poſtremo, clauſa ſutrina, ſe Romam contuliſſe, & audito Ser. Sulpicio, maximos in jure profectus feciſſe. Acron ad illa Horat. *Serm.* 1. *ſat.* 3. *v.* 130.

> *Optimus eſt modulator*, ut Alfenus *vafer, omni*
> *Abjecto inſtrumento artis, clauſaque taberna,*
> *Sutor erat.* *

Noſtrum conſularem fuiſſe, & Pomponius obſervat: dubium tamen, quo anno. Qui enim anno ab V. C.



Labeo, *l.* 79. §. 1. *de jur. dot.* *l.* 30. §. 6. *D. de legat.* 3. Proculus, *l.* 13. §. 1. *D. de ſerv. præd. urban.* Javolenus, *l.* 39. §. 2. *D. de aur. arg. mund. legat.* Ulpianus, *l.* 29. *D. de rit. nuptiar.* denique Paullus, *l.* 2. §. 4. *D. de aqu. & aqu. pluv. arc.* Poſtremi, qui ejus libros laudant, fuere Feſtus & Macrobius, ut adeo Ateii opera ſaltim ad ſæculum uſque quintum inter hominum manus verſata eſſe adpareat.

* Ob ὁμωνυμίαν tota prope Alfeni vita perquam incerta ac perplexa eſt. Hinc an noſter ſutor ille conſularis ſit, merito ambigitur. Noſtro ſane illa Horatiana & Acroniana vix quadrare, pluribus iiſque ſatis luculentis rationibus evicerunt Waechtler. *in Ev. erud. Lipſ. anno* 1711. & Ev. Otto *præf. Tom.* 1. *Theſ. jur. civ.* & poſtea *in Publ. Alfeno Varo, ab injuriis veterum & recentiorum liberato*, inſerto *Tomo* 5. *Theſaur. Jur. civ. p.* 1629. *ſeqq.* Ceterum quum Alfenus noſter Ser. Sulpicium, qui jam anno 710. deceſſit, audiverit; eum, qui anno 754. conſul fuit, ſi Sulpicium decennio ante ejus mortem audiverit, & tunc ſaltim triginta annorum fuerit, (neque enim tum erant tempora, quibus cruda ſtudia in forum propellebantur), octoginta quatur annorum fuiſſe oporteret.

754 cum P. Vinicio collega conſul fuit, quique fato functus, obſervante eodem Acrone, publico funere elatus eſt, vix noſter eſſe potuit, niſi eum ſenem capularem faſces ſuſcepiſſe, exiſtimemus.

§. 185. Scripſit ALFENUS *libros* XL. DIGESTORUM; quos Julius Paullus in epitomen contraxit: & COLLECTANEA, vel, ut aliæ Gellii editiones habent, CONJECTANEA, quorum liber ſecundus laudatur *Noct. Attic. l. 6. c.* 5. ubi & auctor, *JCtus, Servii Sulpicii diſcipulus, rerumque antiquarum non incurioſus* vocatur. Sed de his *conjectaneis* mox plura. Neque enim adeo certum eſt, ea eſſe ALFENI noſtri opus. Ceterum de JCto hoc eximio præclare meriti ſunt Henr. Brenkmannus libro elegante, quem *Pandectas juris civilis auctoribus ſuis & libris reſtitutos* inſcripſit, *Amſt.* 1709. 8. & Ev. *Otto in P. Alfeno Varo ab injuriis veterum & recentiorum liberato, Tomo* 5. *Theſ. jur. civ. pag.* 1629. *& ſeqq.*

§. 186. Eorumdem temporum JCtus, C. AULUS OFILIUS jam Ciceronis ævo inclaruit, qui ejus meminit *ad diverſ. l. 7. epiſt.* 21. Συμφιλολογῶντα habuiſſe videtur T. Pomponium Atticum, *l.* 234. *D. de verb. ſignif.* Ejus exemplo non ambivit honores, ſed in equeſtri ordine conſenuit, quamvis Julio Cæſari familiariſſimus, *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* Scripſit de LEGIBUS VICESIMÆ, nec non de JURISDICTIONE, & AD EDICTUM PRÆTORIS *, quæ omnia laudantur a Pomponio. His adjiciendi *libri* ACTIONUM, *l.* 3. §. 5. *&* §. 8. *D. de penu leg. & libri* JURIS PARTITI, *l.* 55. §. 1. 2. 4. 7.

* Henr. Dodwellus in *Ad-pend. Prælect. Cambden. p.* 780. Ofilium edictum perpetuum Julii Cæſaris auſpiciis ſcripſiſſe, illudque opus poſtea decreto Cæſaris firmatum eſſe, exiſtimat. Sed id vix veroſimile eſſe, quilibet animadvertit, ut Cæſar id negotii dederit Ofilio, (quum de jure in ordinem redigendo eum cogitaſſe, ſatis conſtet), omnia tamen illa conſilia ejus fata turbaſſe, teſtis eſt Sue-

4. 7. *D. de legat.* 3. Uxorem ejus Clodiam, quindecies enixam, 115. annos vixiſſe, obſervat Plin. *Hiſt. nat. l.* 7. *c.* 48. quocum jungendus Valerius Max. *l.* 8. *cap.* 13. Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 42.

§. 187. Hi ſunt celebriores eorum temporum JCti. Nam non niſi nominibus noti ſunt T. Cæsius, Aufidius Tucca, Aufidius Namusa, cujus tamen ſcripta aliquoties in Pandecte laudantur *, *l.* 40. §. 3. *D. de condit. & demonſtr l.* 5. §. 7. *D. commod. l.* 2. §. 6. *D. de aqua & aqu. pluv.* Flavius priscus, C. Atejus Pacuvius, Cinna, qui citatur *l.* 6. *D. de rit. nupt. & l.* 40. *D.* §. 1. *de condit. & demonſtrat.* & Publicius Gellius, qui omnes a Pomponio inter Ser. Sulpicii auditores recenſentur. Addimus his, uti videtur σύγχρονον, Cartilium, bis laudatum in jure noſtro, *l.* 5. §. 13. *D. commodat.* & *l.* 69. *D. de hered. inſt.* cujus memoriam primus reſtituit Ant. Auguſtin. *Emend. l.* 3. *c.* 6. laudatus ideo a Cujac. *Obſ. l.* 1. *c.* 9.

§. 188. Multo celebrior tamen his omnibus, C. Trebatius Testa, C. Julio Cæſari, M. Tullio Ciceroni, & poſtea Cæſari Auguſto amiciſſimus, a Q. Cornelio Maximo in jure profecerat. Cic. *ad diverſ. l.* 7. *epiſt.* 8. In philoſophia primum vel Stoicos, vel Aca-



Sueton. *Cæſ. c.* 44. Si ergo edictum compoſuit, privatis id factum eſt auſpiciis: at inſcriptio ad edictum argumento eſt, eum magis notas vel ſcholia ad edictum ſcripſiſſe, quam edictum compoſuiſſe tale, quale poſtea juſſu Hadriani edidiſſe novimus Salvium Julianum.

* Refert Pomponius *l.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.* Aufidium Namuſam octo illuſtriorum Ser. Sulpicii auditorum libros digeſſiſſe in centum quadraginta libros. Hos ipſos vero eſſe libros collectaneorum, quos ob locum Gellii *Noct. Attic. l.* 6. *c.* 5. Alfeno Varo tribuunt (§. 185. acute coniicit Bynkersh. *Obſ. l.* 8. *c.* 1. ubi etiam oſtendit, idem opus conjectaneorum laudari, quoties in Pandecte citentur Ser. Sulpicii auditores, veluti ab Ulpiano *l.* 2. §. 6. *D. de aqua & aqu. pluv. arc. l.* 6. *D. de dote præ vel l.* 2. *pr. D. de inſtruct. eg. l.* 1. *inſtrum. leg.*

demicos, poſtea Epicureos ſectatus eſt, niſi potius Ciceronem *ibid. l. 7. epiſt.* 12. ſuo more potius jocatum eſſe dixeris *. Ceterum eum magnopere laudat Cicero *ibid. l. 7. epiſt.* 5. *eoque probiorem hominem, meliorem virum, prudentioremque eſſe neminem, quin familiam illum ducere in jure civili, & ſingularem ejus memoriam, ſummam ſcientiam eſſe*, teſtatur.

§. 189. Hic ſerio &, ut ipſe ait, more Romano loquitur Cicero. Quare merito mireris, ex jocis, quibus ille cum Trebatio, ut cum amico, paullo liberius familiariuſque uſus eſt, collegiſſe Dan. Heinſium in *Diſſ. de Satyra Horatiana*, Trebatium illum obtuſioris ingenii, ac pæne dubiæ ſanitatis hominem fuiſſe: cujus ſententiam refellit Nic. Hieron. Gundlingius in *Diſſertatione de C. Trebatio Teſta*. Inſcripſit ei *Topica* ſua Cicero; Horatius *vero Satyram* 1. *libri* 2. *Sermonum*, ejuſque conſilio in rebus ad jus pertinentibus uſus eſt Cæſar Auguſtus, ceu patet ex *pr. Inſt. de codicill.* Ipſe reliquit tum libros aliquot DE JURE CIVILI, tum *libros* 9. DE RELIGIONIBUS, laudatos a Porphyrione, Horatii ſcholiaſte, & Macrobio *Saturn. lib.* 3. *cap.* 8.

§. 190. Jungimus huic A. CASCELLIUM, Q. Mucii & Volcatii auditorem, beneficiorum tam memorem, ut prioris nepotem P. Mucium, in avi honorem judicio ſupremo heredem reliquerit. *l.* 2. §. 45. *D. de orig. jur.* Laudem is ſibi pepererat JCti eximii, ipſoque Treba-

* Neſcio tamen, an non Epicureum quodammodo prodat honorum neglectus, quem veritus Cicero *ad diverſ. l.* 7. *epiſt.* 12. jocoſe ſcribit: *quid porro fiet populo Ulubrano, ſi tu ſtatueris, πολιτεύεσθε non oportere?* Nuſquam ſane legitur vel præturam, vel conſulatum geſſiſſe: quum tamen ei in tanta Cæſaris utriuſque gratia deeſſe non potuiſſet occaſio capeſſendi rem publicam. Quare vix aliam excogitare licet rationem, quamobrem nullos ad honores pervenerit, quam quod ex ſectæ ſuæ formula nollet πολιτεύεσθε.

batio eloquentioris, & juris inprimis prædiatorii tam periti *, ut ipſe Q. Mucius, ſi quando de eo conſuleretur, clientes ad hunc diſcipulum ſuum remitteret. Cic. *pro Balb. c.* 20. Valer. Max. *l.* 8. *c.* 12. Obiit Quæſtorius, ſenex & orbus, quas duas res ſibi, natura dicaciori, & faceto, magnam licentiam præbere loquendi, fatebatur. Val. Max. *l.* 6. *c.* 2. *exempl.* 12.

§. 191. De facetiis ejus, quarum ſupra exemplum vidimus (§. 78.), conſuli poſſunt Macrob. *Saturn. l.* 2. *c.* 6. Quinctilian. *Inſtit. orat. l.* 6. *c.* 4. & Scip. Gentil. *Parerg. l.* 1. *c.* 38. Scripſit quædam, ſed ex quibus jam Pomponii ætate *nihil exſtitit* *, *niſi unus liber* BENEDICTORUM, *l.* 2. §. 45. *D. de orig. jur.* per quæ nihil aliud



* *Juris prædiatorii*, cujus mentionem paſſim faciunt veteres, & de quo ſingulare caput olim in edicto exſtitit, *l.* 54. *D. de jure dot.* hodie nec vola, nec veſtigium extat in jure noſtro. Rem tamen expedivit Claud. Salmaſ. *de modo uſur. pag.* 739. *ſequ.* PRÆS, teſte Feſto, erat, *qui populo ſe obligabat, interrogatuſque a magiſtratu, ſi præs eſſet, reſpondebat: præs.* Si plures pro eadem re, e. g. pro ejuſdem vectigalis conductoribus ſeſe obligaſſent, ii COMPRÆDES dicebantur. Ii, quorum bona publico fuerant obligata PRÆDIATI; ipſa bona publico obligata PRÆDIA; qui ea bona commiſſa emebant, PRÆDIATORES adpellabantur. Ergo jus PRÆDIATORIUM erat, quo, quid juſtum ſit circa prædiatos, eorumque bona, tradebatur, LEX vero PREDIATORIA, vel titulus edicti *de prædiatoribus*, quem Cajus JCtus ſingulari commentario illuſtraverat, vel pactum illud, quod magiſtratus publico nomine cum prædibus injerant. Addantur viri docti ad Sueton. *Claud. c.* 9.

* Sæpe tamen Caſcellio denunciatur teſtimonium a Labeone, *l.* 29. *D. de legat.* 3. *l.* 6. §. 1. *D. de dote præleg. l.* 7. *pr. D. de trit. vin. vel. ol. legat.* Celſo, *l.* 158. *D. de verb. ſign.* Javoleno, *l.* 39. *pr.* §. 2. *D. de vulg. & pupill. ſubſtit. l.* 100. *D. de legat.* 3. *l.* 7. *pr. D. de trit. vin. vel. ol. legat. l.* 26. §. 1. *D. de inſtr. & inſtr. leg. l.* 10. *D. de ſupell. leg. l.* 39. §. 1. *D. de aur. arg. mund. legat. l.* 40. §. 1. *D. de condit. & demonſtr.* denique ab Ulpiano, *l.* 1. §. 17. *D. de aqu. & aqu. pluv. arc. & l.* 1. §. 7. *D. quod vi aut clam.*

liud intelligi videtur, quam dicta faceta acutaque, quibus ille reſponſa ſua paſſim diſtinxit. Menag. *Amoenit. jur. civ. c.* 8. Bynkersh. *Prætermiſſ. ad l.* 2. §. 45. *D. de orig. jur. pag.* 281. *ſequ. edit. nov.* Ita enim *benedicta* acceperunt rhetores, Seneca *Controverſ. lib.* 1. *controv.* 4. *Auct. de cauſſ. corrupt. eloqu. c.* 34. Quinctilian. *Inſtit. orat. lib.* 6. *cap.* 4.

§. 192. Nec prætereundus denique eſt Q. ÆLIUS TUBERO, Q. Ligarii apud Julium Cæſarem accuſator; qui ab A. Ofilio profeciſſe dicitur. De gente Ælia, ex qua ille oriundus fuit, adcuratius egit Rupertus *in Enchirid. Pomponii l.* 3. *c.* 4. *pag.* 169. In matrimonio habuit Servii Sulpicii filiam, ipſe poſtea avus maternus Caſſii Longini futurus *, *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* Præter filiam illam ſuſtuliſſe etiam videtur filium, conſulem anno 742. Hunc enim Dio Caſſius *in laterculo Coſſ.* quem *libro* 54. *pag.* 520. præmiſit, vocat Κ. Αἴλιον, Κ. υἱ. Τυβέρωνα, *Q. Ælium*, *Q. F. Tuberonem*, quod ad noſtrum, quippe *L. Filium*, pertinere non poteſt.

§. 193. Habitus eſt doctiſſimus publici privatique juris, librosque reliquit DE OFFICIO JUDICIS, Gell. *Noct. Attic. l.* 14. *c.* 2. item AD OPPIUM, Gell. *Noct. Att. l.* 7. *c.* 9. At *Hiſtoriarum libros* 14. quos eidem Tuberoni noſtro tribuit Guil. Grotius, *Vit. JCtor. l.* 1. *c.* 12. §. 5. L. potius Tuberoni, patri, tribuendos eſſe, exiſtimat Voſſ. *de hiſtoric. Lat. l.* 1. *c.* 12. idque ſatis luculenter probat ex Cicer. *ad Q. fratr. l.* 1. *epiſt.* 1. ubi ad fratrem ſcribens: *Quamquam*, inquit, *legatos habeas eos, qui ipſi per ſe habituri ſint rationem dignitatis ſuæ: de quibus honore, & dignitate, & ætate præſtat* TUBERO *quem*

* Cicero *pro Q. Ligar. c.* 1. & poſtea ſæpius hunc Q. Tuberonem vocat *propinquum ſuum*. Quem locum interpretaturus *ſcholiaſtes: dicebatur*, inquit, *Tubero ſororem Ciceronis habuiſſe in matrimonio*. Aut ergo, fama deceptus, hæc ſcripſit ſcholiaſtes, aut bis uxorem duxiſſe oportet Tuberonem.

*quem ego arbitror*, (*præſertim quum ſcribat* HISTORIAM) ; *multos ex ſuis annalibus deligere*, *quos poſſit & velit imitari* *. Ceterum ; quamvis obſervatum ſit a Pomponio ; ſcripta Tuberonis noſtri non adeo magnum plauſum tuliſſe ob ſermonem antiquum & obſoletum ; quem tamquam cum Evandri matre loquuturus ubique adfectarit : *l.* 2. §. 46. *D. de orig. jur.* ſæpe tamen eum teſtem laudari animadvertimus a Labeone, *l.* 29. §. 4. *D. de legat.* 3. *l.* 7. *D. de trit. vin. vel ol. legat.* Celſo, *l.* 6. *D. de pecul. l.* 43. *D. de legat.* 3. *l.* 7. §. 1. 2. *D. de ſupell. leg.* Javoleno ; *l.* 77. *D. de contrah. emt. l.* 25. *D. de contrah. emt. l.* 25. *D. de inſtr. & inſtr. leg.* Ulpiano ; *l.* 2. *D. de uſu & hab. l.* 5. §. 3. 7. *D. de pecul.* 13. §. 30. *D. de act. emt. l.* 1. *pr. D. de aqu. & pluv. l* 72. *pr. D. de verb. obl.* denique a Paullo ; *lib.* 32. §. 1. *D. de aur. arg. & mund. leg.*

* Quum tam frequenter a viris doctis confundantur Ælii Tuberones ; ejuſdem quidem gentis cum Catis & Pætis ; at diverſæ plane familiæ : licebit eos brevi ſchemati includere ; eademque opera ſupplere illud, quod dedit Chriſt. Ad. Rubertus *ad Enchir. Pompon. lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 169.

L. ÆLIUS PÆTUS TUBERO primus ita cognominatus, prætor urbanus. De quo Val. Max. *Lib.* 5. *cap.* 6. *&* 4. Plin. *Hiſt. nat. Lib.* 10. *cap.* 18.

P. ÆLIUS TUBERO ædil. anno 551. Liv. *l.* 30. *c.* 29. prætor anno 552. Siciliam ſortitus. Id. *c.*40. legatus anno 563. Idem *l.* 37. *c.* 55.

Q. ÆLIUS TUBERO tribunus pl. anno 559. Liv. *l.* 34. *c.* 52. Triumvir anno 560. Liv. *l.* 35. *c.* 9.

Q. ÆLIUS TUBERO, L. Æmilii Paulli gener, de quo Plutarch. in L. *Æmilio Paullo*.

Q. ÆLIUS TUBERO, Stoicus & JCtus, de quo Val. Max. *l.* 7. *c.* 5. Cic. *pro Muræn. cap.* 36. *de orat. l.* 3. *c.* 23.

P. ÆLIUS TUBERO, de quo Cic. *de oratore l.* 2. *c.* 84.

L. ÆLIUS TUBERO hiſtoricus, Q. Ciceronis legatus in Aſia, poſtea proprætore Africam ſortitus, littore prohibitus a Q. Ligario & P. Atio Varo.

Q. ÆLIUS L. F. TUBERO JCtus, de quo hic agimus. Uxores Ciceronis ſoror & Ser. Sulpicii filia.

Q. ÆLIUS Q. F. TUBERO coſ. cum P. Fabio Maximo, anno V. C. 742. Dio Caſſ.

Filia nupta Caſſio.

CASSIUS LONGINUS JCtus, de quo infra.

§. 194.

§. 194. Quum ergo tum Roma tantum ingeniorum præſtantiſſimorum proventum viderit, ex his vero quibuſdam, veluti Labeoni, atrox inſediſſet veteris rei publicæ liberæ memoria, alii cum Atejo Capitone ſcenæ ſervirent, fructuſque hujus obſequii ſui caperent uberrimos: non potuit non inter diverſarum partium JCtos æmulatio naſci, ex qua & diſcrepantia in interpretando jure reſpondendoque principia, & inde diverſas SECTAS pullulare omnino oportuit.

§. 195. Hinc de M. Antistio Labeone & C. Atejo Capitone Pomponius: *hi duo*, inquit, *primum veluti diverſas* SECTAS *fecerunt. Nam Atejus Capito in his, quæ ei tradita fuerant, perſeverabat: Labeo ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & ceteris operis ſapientiæ operam dederat, plura innovare inſtituit* *. *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* De his vero JCtorum ſectis cum cura egerunt Em. Merill. *Obſ. l.* 1. *c.* 2. *ſequ.* & Gottfrid. Maſcovius *de ſectis Sabin. & Proculian.* qui imprimis *c.* 9. veſtigia ſectarum præcipua per univerſum jus ſagaci ingenio inveſtigavit.

§. 196. Talis ſub Auguſto fuit juris prudentiæ facies. Ejus ſucceſſor, Tiberius, callidiſſimus princeps, non modo iisdem Auguſti artibus, ſuſcepto imperio, ſollerter uſus eſt, ſed & nova quædam reperit, ad ſtabiliendam μοναρχίαν vel maxime comparata. Nam ut in-

* Mirum profecto eſt, hos JCtos tam non modo inter ſe, ſed & a ſe ipſis diſſenſiſſe, ut alia principia in re publica, alia in juris prudentiæ ſtudio ſequerentur. In re publica Labeo tantum abeſt, ut nova probaret, *ut nihil ratum penſumque haberet, niſi quod juſtum ſanctumque eſſe, in Romanis antiquitatibus legiſſet*. Gell. *Noct. Attic. l.* 13. *c.* 12. Contra Atejus Capito adcommodato dominantibus ingenio facile omnia, quæ Auguſtus de novo inſtituebat, probabat. (179. *ſeqq.*) At in juris prudentia Labeo novator erat; Atejus ea, quæ a majoribus tradita acceperat, mordicus tenebat. Sic ſæpe maximos etiam viros alio ingenio domi, alio in re publica, eſſe animadvertimus.

inter initia principatus *civilem admodum, ac paullò minus, quam privatum, egit*, Sueton. *Tiber. c.* 26. adeo, ut *cuncta per conſules inciperet, tamquam vetere re publica, & ambiguus imperandi, ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, niſi tribuniciæ poteſtatis præſcriptione, proponeret*: Tacit. *Annal. l.* 1. *c.* 7. *ita paullatim principem exercuit præſtititque* *. Sueton. *Tiber. c.* 33.

§. 197. Et ſane exemplo Auguſti aliquamdiu leges vetere ritu, miſſiſque in ſuffragium centuriis vel tribubus, ferri paſſus eſt. Talis enim omnino eſt LEX JUNIA NORBANA de libertinis, minus ſollemniter manumiſſis, Latinorum coloniariorum numero habendis, Ulpian. *Fragm. tit.* 1. §. 10. Caj. *Inſt. l.* 1. *tit.* 1. §. 2. non libera adhuc re publica anno ab V. C. 671. *C. Junio Norbano Balbo* & *L. Cornelio* coſſ. (quod in mentem nuper venit Hermanno Noordkerkio *Diſquiſ. de lege Petron.*

* Mutationem hanc omnes hiſtorici obſervant: at ipſum tempus, quo Tiberius, veluti Circeo poculo inebriatus, ſemel ſimulque ſui diſſimillimus factus eſt, ſimulque cauſſam iſtius μεταμορφώσεως adcuratius, quam alius quiſquam, notavit Dio Caſſius *l.* 57. *p.* 615. Poſtquam enim Germanici caſum narravit, ſtatim pergit hiſtoricus πολιτικώτατος: Τιβέριος δὲ, ἐπεὶ τὸ ἔφεδρον οὐκέτ' εἶχεν, ἐς τὴν ἐναντίον τῶν πρόσθεν εἰργασμένων αὐτῷ, πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν, περιέστη· τά τε γὰρ ἄλλα, ἀγρίως ἦρξε, καὶ τὰς τῆς ἀσεβείας δίκας, εἴ τις οὐχ ὅσον ἐς τὸν Αὔγουστον, ἀλλὰ καὶ ἐς αὐτὸν ἐκεῖνον, τόν τε μητέρα αὐτοῦ πράξας τὸ ἢ καὶ εἰπὼν ἀνεπιτήδειον ἐπεκλήθη, δεινῶς ἐπεξῄει: *Enimvero Tiberius, ubi jam nemo eſſet, qui principatui imminens, vitam ejus obſervaret, quum antehac plurima egregie feciſſet, tum in contraria omnia mutatus eſt. Imperavit crudeliter, violati numinis poſtulari juſſit, non modo qui contra Auguſtum, ſed etiam qui contra ipſum aut matrem quidquam egiſſent, loquutique eſſent incommodius.* Itaque tum demum ſuo omnia arbitrio agere cœpit, quum remoto æmuli, Germanici, metu, ſe ſolum ex familia Auguſta ſupereſſe animadverteret, id eſt anno ab V. C. 772.

*tron. pag.* 91.* ): ſed centum annis poſt, puta anno ab V. C. 771. *M. Junio Silano* & *L. Junio Norbano* coſſ. lata, ceu contra Noordkerkium oſtendit Jo. Guil. Hofmannus *de lege Jul. de adulter. c.* 5. *pag.* 107.

§. 198. Sed & reliqua Auguſti inſtituta ſervavit Tiberius. Nam & præfectorum urbi & prætorio auxit potentiam *: & in provinciis ſuo omnia arbitrio diſpoſuit: & JCtorum celeberrimis, inter quos Masu-

RIUM

* Nimirum primo vir doctus ſibi procul dubio perſuaſerat, poſt Auguſtum nullas amplius leges vetere ritu rogatas eſſe. Deinde favorem libertatis, quem hæc lex eo ipſo prodiderit, dum eos, qui domini voluntate in libertate morarentur, Latinos ſaltim eſſe voluerit, temporibus illis minus convenire, exiſtimavit. Denique cives Romanos, in Latinas colonias miſſos, temporibus Auguſti & Tiberii jam civitate donatos eſſe, obſervat, ex eoque colligit, legem Juniam, ſi libertinos minus ſollemniter manumiſſos Latinis coloniariis exæquaſſet, eo ipſo illos declaraſſe cives Romanos. Quod quum abſonum videatur, potius hanc legem multo antiquiorem, & libera adhuc re publica latam eſſe cenſuit. Sed quod feciſſe Auguſtum vidimus: quidni & fecerit Tiberius, maxime quum adhuc ipſum civilem admodum, & vix principem ageret? Sane ſub eodem principe & legem VisELLIAM vetere ritu latam eſſe probabile eſt (§. 167.). Deinde potuit legislator favere libertati, quamvis libertinos ad jura civitatis promiſcue non admitteret. Denique falſum eſt, quod vir clariſſimus pro certo ponit, Latinos coloniarios jam ſub Auguſto & Tiberio cives fuiſſe. Jus enim Latii, certis coloniis, immo totis provinciis datum, multo poſt Tiberii tempora a jure civitatis Romanæ diverſum fuiſſe, luculenter docuit Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc.* 1. *c.* 8. *p.* 47. ipſe tamen lapſus memoria, dum *pag.* 46. legem noſtram a Junio Norbano ſub Auguſto latam eſſe ſtatuit.

* Patet hoc exemplo L. Ælii Sejani, quem ad annum 785. præfectum prætorio habuit, quem Dio Caſſ. *l.* 58. *p.* 630. vocat *μέγιστον τῶν τε πρὸ αὐτοῦ, καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν (πλὴν Πλαυτιανοῦ) τὴν ἡγεμονίαν ταύτην λαβόντων, ἰσχύσαντα*, *inter omnes,*

*qui*

RIUM SABINUM nominat Pomponius, *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* facultatem de jure reſpondendi pro beneficio dedit.

§. 199. Dominatum tamen non alia arte magis ſtabilivit, quam comitiis primo ſtatim imperii ſui anno, *Sex. Pompeio* & *Sex. Appuleio* coſſ. a populo ad patres translatis. Tacit. *Annal. l.* 1. *c.* 15. Nam ad eum diem etſi potiſſima arbitrio principis, quædam tamen etiam ſtudiis tribuum facta fuerant. Ex eo vero tempore & honores decernebantur a ſenatu, præter conſulatum, quem ipſe princeps ſuo arbitrio dabat, Dio Caſſ. *l.* 58. Lipſ. *Excurſ. E. ad Tacit. l.* 1. *Annal.* neque dubitabatur amplius, ſenatum jus facere poſſe. *l.* 9. *D. de legib.* Senatum vero adeo ſibi obnoxium habebat princeps, ut non temere quisquam in alia ire auderet, quam qua ire animadverteret principem, maxime quum in curia non, uti in campo Martio, vel in foro, tabellis ſuffragia ferrentur, ſed patres viva voce & diſceſſione, vidente atque audiente principe, ſententiam animi denudare cogerentur. Ita quæcumque vellet, ſtatuebat Tiberius: quamvis ad minuendam invidiam ea a ſenatu decerni fingeret *.

§. 200.

*qui ante, aut poſt illum, (excepto Plautiano,) illam poteſtatem conſequuti ſint, ad ſummam potentiam evectum.* Et Tacit. *Annal. l.* 4. *c.* 2. Sejanum non modo *vim præfecturæ modicam antea intendiſſe*, obſervat, ſed & id ſtatum eſſe, monet, *facili Tiberio, atque ita prono, ut ſocium laborum non modo in ſermonibus, ſed apud patres & populum, celebraret, colique per theatra & fora effigies ejus, interque principia legionum, ſineret.* Conf. Sueton. *Tiber. c.* 65.

* Et hæc erat vera hujus conſilii ratio. Nam quam Pomponius *l.* 2. §. 9. *D. de orig. jur.* reddit, *quod difficile fuerit, tantam populi multitudinem in unum convenire*, ad obtentum pertinet, quo novum hoc inſtitutum excuſabat princeps aſtutiſſimus. Ceterum quamvis initio illa mutatio circa comitia potiſſimum ad magiſtratus creandos pertineret, non ad leges,

§. 200. Ex eo tempore jam rarius leges priſco more rogabantur. Pleraque enim, quæ pro legibus valere volebant principes, habita, aut per quæſtores candidatos recitata, oratione, vel libello prælecto, patribus commendabant *. Tacit. *Annal. l.* 11. *c.* 25. Quo facto aliquot ſenatores dicebant ſententiam, reliquis aut verbo adſentientibus, aut pedibus euntibus in partem alterutram. Quod pluribus placuerat, id pro lege erat, & SENATUSCONSULTUM dicebatur. Tac. *An-*

ges, quippe quas Tiberium adhuc aliquando populi ſuffragiis tuliſſe, diximus: facile tamen eſt ad animadvertendum, expertum ſemel juris ſuffragii populum æquo animo pati debuiſſe, ut & jura nova per ſenatum, quotieſcumque collibitum fuiſſet, principi ſtatuerentur. Quod obſervans Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 60. *Tiberium vim principatus ſibi firmantem antiquitatis imaginem ſenatui præbuiſſe*, ait.

* LIBELLI SCto præmiſſi mentio fit *l.* 20. §. 6. *D. de hered. petit.* Multo frequentius tamen ORATIONIS, quam vel ipſe habebat princeps, vel per quæſtorem candidatum recitabat. *l.* 1. *D. offi. quæſt.* Tacit. *Annal. l.* 16. *c.* 27. Sueton. *Aug. c.* 65. *Neron. c.* 15. *Tit. c.* 6. Quod quæſtoris officium tanti videbatur, ut Caſſiodorus *Varior. l.* 5. *c.* 4. & *l.* 6. *c.* 5. magiſtratum illum vocare non dubitet *imaginem principis*, & *linguæ regiæ vocem*. Quum vero *orationem principis* plerumque *patrum conſultum ſequeretur*: Tacit. *Annal. l.* 11. *c.* 25. non mirum eſt, jura invecta SCtis, orationibus principum ſancita dici *l. penult. D. ad SC. Tertull. l.* 8. *pr. D. de tranſact. l.* 10. *D. pro ſoc. l.* 60. *pr. D. de rit. nupt. l.* 32. *pr.* §. 1. *ſequ. D. de donat. int. vir. & uxor. l.* 1. *l.* 7. *C. de præd. min. non alien. l. un. C. Th. de cretion.* Vopiſc. *Prob. c.* 13. Talis oratio Claudii imperatoris, qua Galliæ jus civitatis dedit, quamque & Tacit. *Annal. l.* 11. *c.* 24. recenſuit, integra exſtat Lugduni, quam ex tabula antiqua primus extulit Lipſ. *Excurſ. A. ad Tacit. Annal. l.* 11. poſtea adcuratius deſcripſit expoſuitque Jac. Sponius *dans la recherche des Antiquitès & curioſitès de la ville de Lyon*, *c.* 8. *p.* 170. *ſeqq.* Addi poſſunt de principum orationibus Chriſt. Otto a Boekeln *Diſſ. de orat. princip. in ſenatu* & Schubart. *de fatis juriſprudent. Rom.* Exerc. 3. *p.* 575.

*Annal. l. 6. c.* 12. Placere vero ſolebat tantum non omnibus, quod principi placuiſſet.

§. 201. Hoc modo ab V. C. 769. *T. Statilio Tauro* & *L. Scribonio Libone*, ( non *Statilio* & *Tauro* ) coſſ. factum eſt SC. LIBONIANUM, quo pœna legis Corneliæ de falſis irrogatur & ei, *qui quid aliud, quam teſtamentum falſum ſciens ſignarit, ſignarive curarit, falſas teſtationes faciendas, teſtamentaque falſa invicem dicenda aut conſignanda dolo malo curaverit**. *Pariat. legg. Moſ. & Rom. tit.* 8. §. 7. *l.* 9. §. 3. *D. ad leg Corn. de falſ.* Jac. Cujac. *Parat. C. tit. ad leg. Corn. de falſis*. Petrus Fab. *Semeſtr. l.* 1. *c.* 25. *pag.* 143. Claud. Salmaſ. *ad jus Attic. c.* 30. *pag.* 877.

§. 202. Deinde ab V. C. 773. *M. Aurelio Cotta* & *M. Meſſalla* coſſ. ſenatus cenſuit, *ut, ſi qui coierint ad occiſionem innocentum, lege Cornelia de falſis tenerentur. Pariat. legg. Moſ. & Rom. ibid.* Inſequente anno 774. *Tiberio Aug.* 4. & *Druſo Nerone* iterum coſſ. SCto cautum, *ut damnatis vitæ ſpacium ad diem decimum propagaretur*. * Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 51. Sueton. *Tiber. c.* 75. Dio Caſſ. *l.* 57. *pag.* 617. Seneca *de tranquill. l.* 1. *c.* 45.

§. 203.

* Poſtrema Pariatoris verba admodum obſcura, dubiæque lectionis ſunt, adeo, ut ne Baſilica quidem hic verba Græce verſa exhibeant, ſed eorum auctores ſenſum qualemcumque inde exſculpere contenti fuerint. Quidquid inter viros doctos ea de re diſputatum eſt, reperies apud van Binkersh. *Obſ l.* 3. *cap.* 18. & Schulting. *Juriſprudent. vet. antejuſtin. pag.* 703.

* Occaſionem huic SC. præbuit C. Lutorii Priſci, equitis Romani, fatum, qui ab accuſatoribus impietatis accuſatus ob carmen, quod in Germanici mortem conſcripſerat, & ob quod pecunia donatus fuerat a Tiberio, quaſi id ægro Druſo ſpe majoris præmii compoſuerit, a ſenatu capitis fuerat damnatus. Factum ergo SC. urgente Tiberio, *ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur, eoque vitæ ſpacium damnatis prorogaretur*. Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 51. Ægre enim id tulerat Tiberius, οὐχ ὅτι

ἐλεεῖ-

§. 203. Porro anno ab V. C. 780. *M. Licinio quintum* & *L. Calpurnio* coſſ. (non *Licinio* & *Tauro* coſſ.) a ſenatu decretum, *ut ex lege Crrnelia de ſalſis condemnarentur, qui ob ſtruendam advocationem, teſtimoniave, pecuniam acceperint pactive fuerint, ſocietatem coierint, aut aliquam delationem interpoſuerint*. Ita ſententiam ampliſſimi ordinis exprimit *Pariator legg. Moſ. & Rom. tit.* 8. §. 7. qui ibidem etiam alterius meminit SCti, biennio poſt *duobus Geminis* coſſ. facti, quo ſenatus ejuſdem legis Corneliæ pœnæ ſubjicit & illos, *qui ob venumdandum, vel denunciandum remittendumve teſtimonium pecuniam acceperint* *.

§. 204. Ejuſdem ætatis eſt SC. PERNICIANUM, uti vocat Ulpianus *Fragm. tit.* 16. §. 3. vel PERSICIANUM potius ex ſententia Perizonii *de lege Vocon. pag.* 176. *ſequ. edit. nov.* conditum ſub Tiberio anno V. C. 787. *Paullo Fabio Perſico* & *L. Vitelio Nepote* coſſ. Eſt hoc caput illud, *quod Papiæ legi a Tiberio additum, cuique a Claudio imp. obrogatum eſſe*, ſcribit Sueton. *Claud. c.* 23. Eo SCto cautum fuerat, *ut ſexagenariorum & quinquagenariarum nuptiæ ne eſſent, ac proinde vir & uxor cælibatus pœnis perpetuo tenerentur* *. Qua de re plura diximus *in Com. ad leg. Jul. & Pap. Popp. l.* 2. *c.* 3. §. 5.

§. 205.

ἐκεῖ. ὃς ἐκολάσθη, ἀλλ᾽ ὅτι τις ὑπὸ τῶν βουλευτῶν τῶν ἄνευ ἐ ἑαυτοῦ γνώμης ἐθανατώθη: *non quod is ſupplicio eſſet adfectus, ſed quod ſenatus aliquem ſine ſua ſententia damnaſſet*. Dio Caſſ. *l.* 57. *pag.* 617.

* In textu Pariatoris ſine ſenſu legitur: *ob venundandum vel denudandum non remittendumve teſtimonium*. Hinc de ſanando loco admodum ſolliciti ſunt viri doctiſſimi, Heraldus *de rer. judicat. l.* 1. *c.* 6. Salmaſ. *ad jus Att. c.* 30. Hugo Grot. *Flor. ſparſ. ad l. ult. C. de concuſſ.* & Bynkersh. *Obſerv. l.* 3. *c.* 19. Nobis commodiſſimum ſenſum habere viſa eſt, quam hic ſequuti ſumus, lectio.

* Sunt qui jam lege Julia & Papia Poppæa, ſexagenariis maſculis, feminiſque quinquagenariis, nuptiis interdictum fuiſſe, exiſtimant: Ant. Auguſtin. *de leg. & SC.*

*pag.*

§. 205. Quemadmodum vero jam ſub Auguſto, qui maxime civilis videri cupiebat, non pauca reſcriptis edictiſque conſtituta eſſe, vidimus (§. 170.): ita multo minus dubitandum videtur, quin & TIBERIUS eadem uſus ſit poteſtate. Ejus ſane conſtitutionum reſcriptorumque mentio fit *l.* 28. *D. de hered. inſt.* & *l.* 38. §. 10. *D. ad leg. Jul. de adult.* Neque tamen edicto, uti quibuſdam viſum, ſed SCtis, in municipiis vel abolevit, vel ad modum redegit jus moremque aſylorum *. Sueton. *Tiber. c.* 37. & Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 60.

§. 206.

*pag.* 1213. *Tom.* 2. *Theſauri Græv.* Juſt. Lipſ. *Excurſ. C. an Tacit. Annal. l.* 3. Barn. Briſſon *de jure connub. pag.* 160. & ipſe Jac. Gothofredus *ad Leg. Pap. Popp. c.* 2. & quidem ob locum Lactantii *Inſtit. divin. l.* 1. *c.* 16. & *l.* 27. C. *de nupt.* Sed ex Ulpiani *Fragm. tit.* 16. §. 3. patet, legem Juliam ſenes potius pœnis cælibatus liberaſſe; ſub Tiberio vero additum eſſe per SC. Perſicianum, ut perpetuis cælibatus pœnis ſubjacerent, donec per Claudianum SC. & huic obrogatum, cautumque eſt, *ut qui major ſexagenario minorem quinquagenaria duxerit, perinde haberetur, ac ſi minor ſexaginta annorum uxorem duxiſſet.* Apud Lactantium ergo & in *d. l.* 27. C. *de nupt.* SC. Pernicianum, quia ad legem Papiam factum eſt, cum lege ipſa confunditur. Quod ſæpe fieri, alibi pluribus exemplis oſtendimus.

* Suetonius Tiberium *omnem vim moremque aſylorum, quæ uſquam fuerint, aboleviſſe ſtatuit.* Sed eum erroris, præter commentatores, arguunt Marsham. *de uſu & præſt. numiſm. Tom.* 2. *Diſſ.* 9. *p.* 166. Et ſane rem expedit Tacitus, pluribus referens, crebreſcente per Græcas urbes licentia atque impunitate aſyla ſtatuendi, completa fuiſſe templa peſſimis ſervitiorum, eodemque ſubſidio obæratos adverſum creditores, ſuſpectoſque capitalium criminum receptalatos. Addit, principem retuliſſe rem omnem ad ſenatum, civitateſque, quæ id jus uſurparent, legatos mittere juſſas. Auditis legatis, aliis populi Romani beneficium, aliis ſociorum pacta, aliis regum qui ante vim Romanam valuerint, decreta allegantibus, facta eſſe SCta, *quibus multo cum honore, modus tamen præſcriptus ſit, juſſumque, ut in templis æra figerentur, ſacrandam ad memoriam, neu ſpecie religiones in ambitionem delaberentur.* Tacit. *Annal. l.* 3. *c.* 63.

§. 206. Ceterum ſub Tiberio quoque floruerunt JCti celeberrimi, inter quos primum locum ſibi ſuo quodam jure vindicat Masurius Sabinus, non ille apud Athenæum *, quem cum noſtro plerique confundunt, ſed laudatus ab Arriano *diſſert. Epictet.* 4. *c* 3. & Perſio *Satyra* 5. *v.* 88. *ſeq.* Præceptore ille uſus eſt Atejo Capitone, cujus ipſe præcepta tam religioſe tenuit, ut ab eo potiſſimum Sabinianorum ſectam nomen accepiſſe contendant **.

§. 207. Facultatem de jure reſpondendi acceperat a Tiberio, nec tamen multum rei fecerat, tam curtæ ſupellectilis, ut fere ab auditoribus eſſet alendus. *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Occurrit apud Gruter. *Inſcript. p.* 535. *n.* 5. Masuria M. F. Marcella, nupta veterano, quam filiam noſtri fuiſſe putat Reineſ. *ad Inſcript.*



* Quamvis enim inter deipnoſophiſtas & colloquutores apud Athenæum fuerit *Maſſurius* quidam, iſque JCtus, eumque hunc noſtrum fuiſſe exiſtiment viri doctiſſimi: Guil. Grot. *Vit. JCtor. l.* 2. *c.* 1. & Rupertus *ad Pompon. Enchirid. l.* 3. *c.* 13. *ſect.* 2. *pag.* 201. ratio tamen temporis, quo id convivium præbitum fingitur, vix patitur, ut calculum huic ſententiæ adiiciamus, niſi fingere velimus, Athenæum tam fuiſſe abſonum, ut inter homines diverſorum ſæculorum convivium celebratum finxerit, id eſt, data opera voluerit nugari. Vid. Gerard. Jo. Voſſ. *de hiſtor. Lat. l.* 1. *c.* 21. & Car. Andr. Duker. *de Latinit. vet. JCtor. pag.* 158.

** Ita plerique, quos & ipſi aliquando ſequuti ſumus. Solus Jac. Gothofredus *in Manual. jur. pag.* 1253. *edit. nov. Opp.* Sabinianorum nomen a Cœlio Sabino, quem ſub Veſpaſiano floruiſſe conſtat, arceſſere maluit. Et ſane quum ſectatores nomina adſumere ſoleant a doctoribus, eodem tempore florentibus; probabile eſt, opponendos ſibi eſſe Proculum & Cassium, qui ſub Claudio & Nerone potiſſimum inclaruerunt, nec non Pegasum & Cœl. Sabinum, qui ſub Veſpaſianis floruerunt. Immo huic ſententiæ ipſe favere videtur Pomponius, dum *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* ſcribit: *adpellatique ſunt partim* Cassiani, *partim* Proculejani, *quæ origo a Capitone & Labeone cœperat.* Ubi ſane *Proculejanos* non *Sabinianis*, ſed *Caſſianis* opponit.

*ſcript. pag.* 259. Quod ſi verum eſſet, & prænomen JCti noſtri inde poſſet reſtitui, & videretur hoc forte argumentum paupertatis admodum firmum, quod filiam militi gregario nuptum dare non dubitaverit. Sed conjecturam hanc non adeo probabilem eſſe, facile unusquisque intelligit.

§. 208. Reliquit SABINUS noſter opera præſtantiſſima, inter quæ *libri tres* JURIS CIVILIS tantæ admirationi fuerunt veteribus, ut non modo JCti, veluti ARISTO, *l. 6. D. de uſu & abit.* POMPONIUS, ULPIANUS, & PAULLUS eos commentariis illuſtrarint, ſed & plerique, qui ab eo tempore ad Hadrianum usque floruerunt, librorum Sabinianorum ordinem, a Jac. Gothofredo in *Quatuor fontibus juris civilis* inveſtagatum, in operibus ſuis ſint ſequuti *. Hub. Giphan. *Oeconom. jur. pag.* 120. Quin hi ipſi ſunt libri, quos Arrian. *Diſſ.*

* Non potuit ſane poſteros, præter Sabini auctoritatem, quidquam movere, ut ejus ordinem ſequerentur, quippe parum profecto concinnum. Oſtendit enim Jac. Gothofredus *in Sabinianor. lib. ſerie & continent. Theſaur. jur. civ. Tom.* 3. *pag.* 250. eum *primo libro* egiſſe de ſucceſſione teſtamentaria, adeoque de teſtamentis ordinandis, de heredum inſtitutionibus & ſubſtitutionibus, hereditatis diviſione, adquiſitione, & ſimilibus quæſtionibus, quæ *libris Pandect.* 28. *& ſeqq.* tractantur: *libro ſecundo* de bonorum poſſeſſionibus, de legatis tum generatim, tum de variis eorum ſpeciebus, de patria & dominica poteſtate, de contractibus, de nuptiis, dotibus, repudiis, de tutelis & delictis, denique de adquirendo rerum dominio, adquirenda amittendave poſſeſſione, ſolutionibus & donationibus: *libro tertio* & poſtremo de obligationibus contrahendis, de ſtipulationibus, novationibus, fidejuſſionibus, acceptilatione, de interdictis, actione ad exhibendum, ſervitutibus & rei vindicatione, & poſtremo de judiciis, jure publico, captivis & poſtliminio reverſis egit. Nulla hic reddi poteſt ordinis ratio, nullus in hac rerum juridicarum farragine materiarum nexus deprehenditur, & tamen hæc materiarum ſeries placuit poſteris, puta Sabinianis, quibus merito adclames illud poetæ: *O imitatores ſervum pecus!*

*Diſſ. Epictet.* 4. *c.* 3. τὰς Μασυρίυ νόμυς, *Maſurii leges*; Perſius vero *Sal.* 5. *MaſurI rubricam* adpellant.

§. 209. Ab A. Gellio *Noct. Attic. l.* 3. *cap.* 9. laudatur ejus *liber* de INDIGENIS, vel potius, (quod ipſius loci inde adducti materia indicat, DE INDIGITAMENTIS Lipſ. *Elect. l.* 1. *c.* 7.* ). FASTORUM libros laudat Macrob. *Saturn. l.* 1. *c.* 4. ut & libros MEMORIALIUM vel MEMORABILIUM, opus hiſtoricum, Gellius *Noct. Attic. lib.* 4. *cap.* 20. *lib.* 5. *cap.* 6. & *lib.* 6. *cap.* 7. Macrob. *Saturn. lib.* 3. *cap.* 6. & Paullus *l.* 144. *D. de verb. ſignif.* Scripſit & quædam AD EDICTUM, *l.* 18. *D. de operis libert.* libros ADSESSORIORUM, *l.* 12. *D. de pact. l.* 5. §. 8. *D. de injur.* AD VITELLIUM, *l.* 45. *D. de legat.* 3. denique RESPONSA. *l.* 4. *D. ad leg. Rhod. de jactu.* Plura tanti ingenii monimenta non reperio. Quem enim Gell. *Noct. Attic. lib.* 11. *cap.* 18. memorat, librum de FURTIS, eum non tam ſingulare opus, quam titulum librorum juris civilis fuiſſe, arbitramur.

§. 210. Eorumdem temporum, at diverſæ ſectæ, fuit M. COCCEJUS NERVA *, quem Labeonis fuiſſe auditorem, diſſenſionesque auxiſſe, teſtatur Pomponius *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Tiberio fuit familiariſſimus, quocum ſolus fere ſenatorum ſeptem fere annos familiariſſime vixit in Campania. Tacit. *Annal. lib.* 4. *cap.* 58. & *lib.* 6. *cap.* 26. Functus eſt aquarum curatione, Frontin. *de acqueduct. art.* 102. & conſul fuit anno ab V. C. 775. collega C. Vibio Rufino. Gruter. *Inſcript. pag.* 187. *num.* 13. *pag.* 602. *num.* 4.

 Anno

* INDIGITAMENTA erant βιβλία ἱερατικά, libri ſacri, quibus deorum nomina & ſacrorum ritus veluti in indice comprehendebantur. Hujus modi libros & alii ſcripſerunt, veluti GRANIUS FLACCUS JCtus, Julio Cæſari σύγχρονος, de quo ſupra (§. 17.) plura diximus. Ejus enim *indigitamenta* laudat Cenſorin. *de die natal. c.* 3. ex quibus permulta *in librum* 3. *adverſ. gentes* retuliſſe Arnobium, obſervat Lud. Carrio *Emendat. l.* 1. *c.* 4.

* Ut tot Nervæ, cum in univerſa hiſtoria juris, cele-

Anno demum 786. vitam inedia finiit, tanta animi obſtinatione, ut ne a Tiberio quidem ſe a propoſito revocari pateretur. Tacit. *Annal. lib. 6. c. 26.* Reliquiſſe eum quædam ingenii monimenta, ſatis conſtat: *l.* 2. §. 28 *D. ne quid in loc. publ.* quamquam ne inſcriptio quidem librorum hodie nota eſt.

§. 121.

brati recte diſtinguantur: eos in ſchemate quodam hic le-
ctoribus ob oculos ponere juvabit.

M. COCCEJUS NERVA.

M. COCCEJUS M. F. NERVA, Golz. *Faſt. pag.* 206. conſul anno 717. cum L. Gellio Poplicola, ab Appiano perperam L. Coccejus vocatus.

M. COCCEJUS M. F. M. N. NERVA, JCtus noſter, coſ. anno 775. vitam anno 786. inedia finivit.

M. COCCEJUS M. F. M. N. M. P. NERVA, ipſe quoque JCtus, qui de uſucapionibus ſcripſit, conſul ſuffectus anno ab V. C. 793.

SERGIA LAENATISA PLAUTILLA mater imp. Nervæ Cæſ. Aug. memoratur in lapide apud Spon. *in Miſcell. erud. antiqu. p.* 268.

Imp. NERVA CAES. AUG. GERMANICUS cæſo Domitiano ad imperium pervenit anno ab V. C. 848. deceſſit, adoptato M. Ulpio Trajano, anno 850. VI. Kal. Febr.

§. 211. Qui Tiberio ſucceſſit, C. Caligula, nihil fere, præter externam ſpeciem humani habuit: neque monſtro illi & dedecori humani generis quidquam debet juris prudentia. Tentaverat, revocato more comitiorum ſuffragia reddere populo, Sueton. *Calig. c.* 16. immo reddiderat, mox erepturus: Dio Caſſ. *l.* 59. *pag.* 647. ſed JCtis infenſiſſimus, non modo C. Caſſ. Longino ſtruxit inſidias, Caſſium cavere ſortibus Antianis juſſus, Sueton. *Cai. c.* 57. Dio Caſſ. *l.* 59. *extr. p.* 612. verum etiam toti juris peritorum ordini exitium minatus eſt, ſi recte intelligimus verba Suetonii *in ejus vita*, *cap.* 34. *de juris quoque conſultis, quaſi ſcientiæ eorum omnem uſum aboliturus, ſæpe jactavit, ſe meherclе effecturum, ne quid reſpondere poſſint præter eum* *.

§. 202. Enimvero & breve fuit Caii iſtius imperium, nec illi tantum ocii fuit in quotidiana ingluvie, ut de ulla re ſeria cogitaret. Præterea acta illius omnia reſcindit ejus ſucceſſor Claudius, teſte Suet. *in Claud. cap.* 11. adeoque ſi quid forte conſtituerit novi, id poſtea ratum non fuit. Et hinc facile reddideris rationem, cur in univerſo jure noſtro nihil omnino,



* Vexatiſſimus locus, & a criticis non minus, quam librariis male habitus. Alii omitti jubent verba, *præter eum*, alii legi jubent, *præter quum*, alii, *præter eccum*, alii, *præterea*, alii, *præter verum*, alii, *præter Deum*, alii, *præter: Te reum?* nullo fere ſenſu. Qui viros doctos ad hunc locum legerit, affatim ineptiarum reperiet. Nobis adhuc placet Joſ. Scaligeri interpretatio adlata a Caſaubono: *in Caligula lege indubitate:* ne quis reſpondere poſſit, præter eum. *Vox tyrannica, ſed ſatis acuta: ſe ſublaturum JCtos, ita ut ipſius voluntas ſit pro jure: nemoque ſuperſit, qui conſulatur, præter eum, hoc eſt, Caligulam. Quemadmodum enim in animo habebat Caligula omnia exemplaria Liviana & Virgiliana abolere: ita etiam omnes JCtos, ut nemo ſupereſſet, qui de jure conſuli & reſpondere poſſet, præter eum, nempe Caligulam. Propterea ſubjicit Suetonius, quaſi ſcientiæ eorum omnem uſum abolitur*us.

nino, quod Caligulæ debeat originem, usquam occurrat *.

§. 213. Multa contra nova reperit, multa emendavit non incallidus juris, nec peſſimis principibus adnumerandus TI. CLAUDIUS CÆSAR. Primo enim quædam circa magiſtratus mutavit, & *juris dictionem de fideicommiſſis, quotannis & tantum in urbe delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum atque etiam per provincias, poteſtatibus delegavit*. Sueton. *Claud. cap.* 23. Et in urbe quidem de fideicommiſſis jus dicebant duo prætores *, *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* (non unus, uti eſt

* Si enim acta reſcinderentur alicujus tyranni, plerumque ſimul ejus memoria damnabatur, & tunc omnia, quæ vel a damnato habebant nomen, vel ad conſervandam ejus memoriam pertinebant, ſolebant aboleri. Detrahebantur ergo eorum ſtatuæ, & vel conflabantur, vel revellebantur, vel capite ſaltim truncabantur. Hinc Juvenal. *Sat.* 10. *v.* 62.

*Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens*
*Sejanus, deinde ex facie toto orbe ſecunda*
*Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ.*

Exempla paſſim extant apud Tacit. *Hiſt. l.* 3. *c.* 13. Herod. *Hiſt. l.* 1. *c.* 14. *l.* 7. *c.* 7. *l.* 8. *c.* 5. Jul. Capitolin. *Maximin. c.* 23. *Gordian. c.* 9. Euſeb. *Hiſtor. eccl. l.* 8. *c.* 13. Lactant. *de morib. perſequut. cap.* 42. de quo more pluribus egerunt Juſt. Lipſ. *Excurſ. ad Tac. Annal. l.* 6. Rad. Forner. Rer. *quotid. l.* 2. *c.* 17. & 18. Sed & reliquæ imagines & picturæ damnati memoriam conſervaturæ corrumpebantur, Herodian. *Hiſt. l.* 7. *cap.* 2. adeo, ut ne cuſi quidem ab illis nummi valorem ſuum retinerent. Arrian. *Diſſ. Epictet. c.* 5. Quare non mirum, ſi tam diri monſtri nec leges, nec SCta, nec ulla alia inſtituta rata fuerint.

* Nec ſoli tamen. Ipſe enim Ulpianus *ibid.* ait *Romæ cognitionem* de fideicommiſſis *eſſe conſulum, aut prætoris, qui fideicommiſſarius vocetur*. Quod recte interpretatus Cujacius *Obſ. l.* 21. *c.* 34. oſtendit, conſules de majoribus, prætorem de minoribus ſummis jus dixiſſe, eoque refert locum Ulpiani *l.* 19. §. 1. *D. de jurisdict.* Res ipſa certa eſt ex Quinctiliano *Inſt. orat. l.* 3. *cap.* 6. ubi ille: *Non debes*, inquit, *apud prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud conſules. Major enim præ-*

eſt in §. 1. *Inſt. de fideic. hered.* ſiquidem unum Trajanus demum detraxit, *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.*), qui PRÆTORES DE FIDEICOMMISS. vocantur apud Gruter. *Inſcript. pag.* 393. *num.* 6. In provinciis Claudius eam jurisdictionem præſidibus in perpetuum delegarat. Ulpian. *Fragm. tit.* 25. §. 12.

§. 214. Deinde ſatis notum eſt, eumdem imperatorem ſanxiſſe, *ut pupillis extra ordinem* * *tutores a conſulibus darentur*. Sueton. *Claud. cap.* 23. Quum enim antea ex lege Atilia in urbe tutores dediſſent prætores cum majore parte tribumorum plebis, animadvertens Claudius, id minus diligenter fieri, eam curam delegavit conſulibus, tutores in poſterum cum inquiſitione daturis. §. 5. *Inſt. de Atil. tut.* Id quod adhuc Plinii Secundi temporibus obtinuiſſe, ex *Epiſt. lib.* 8. *epiſt.* 13. intelligimus.

§. 215. Permulta porro ſub Claudio SCtis conſtituta ſunt, quorum pleraque, quia in ejus inciderunt conſulatus, ab ipſo CLAUDIANORUM nomen acceperunt *. De iis ex inſtituto egit Petr. Faber *Semeſtr.* *l.* 1.



*prætoria cognitione ſumma eſt*. Add. Schulting. *Juriſprud. vet. antejuſt. pag.* 662.

* Quidquid alicui magiſtratuum præter munia ordinaria, demandabatur, quum alias id ex lege vel more majorum ad eorum curationem non pertinet, id EXTRA ORDINEM, vel ut alibi *in Claud. c.* 14. loquitur Suetonius, EXTRA HONOREM dari peragique dicebatur. Sic provincia aliquando dabatur, *extra ordinem*, Sueton. *Jul. c.* 9. bellum alicui decernebatur *extra ordinem*, Id. *Aug. c.* itemque judicia, Sueton. *Veſp. c.* 10. animalia rariora advecta publicabantur *extra ordinem*. Sueton. *Aug. cap.* 43. artium magiſtri, ſi quando etiam horis non conſuetis differerent, id *extra ordinem* facere dicebantur. Suet. *Claud. c.* 6. Hinc & coſſ. extra ordinem data eſt poteſtas tutores dandi, quod id alias ad coſſ. non pertineret.

* Neque tamen omnia SCta *Claudiana* Claudio imp. tribuenda ſunt. *Claudianum* enim etiam vocatur edictum, ad legem Corneliam de falſis factum, *l.* 14. §. 2. *l.* 15. *D. ad leg. Cornel. de falſ.* quod tamen a Ti-

*l.* 1. *c.* 25. In eo numero eſt SC. CLAUDIANUM, quo SC. Perniciano obrogatum, teſte Sueton. *Claud. c.* 23. cautumque eſt, ut qui major ſexaginta annis minorem quinquagenaria duxiſſet, perinde haberetur, ac ſi minor ſexagenario duxiſſet uxorem. Ulpian. *Fragm. tit.* 16. §. 3. Id. SC. illuſtravimus in *Comment. noſtro ad leg. Jul. & Pap. Popp. l.* 2. *c.* 3. §. 6.

§. 216. Eſt & aliud SC. CLAUDIANUM, quod ad rem nauticam pertinuit, cujus varia capita paſſim occurrunt, veluti, *ut ſi quis ex naufragio clavos, vel unum ex his abſtuliſſet, omnium rerum nomine teneretur*, Ulpianus *l.* 3. §. 8. *D. de incend. ruin. naufr.* itemque, *ut negotiatoribus certa lucra proponerentur, ſuſcepto damno, ſi quid per tempeſtates accidiſſet: ut naves mercaturæ cauſſa fabricantibus magna commoda conſtituerentur pro conditione cujusque, civibus vacatio legis Papiæ Poppææ* *, *Latinis jus Quiritium, feminis jus quatuor*

a Tiberio eſſe, eleganter demonſtravit Petr. Faber *Semeſtr. l.* 1. *c.* 25. *p.* 143. Aliud ejusdem nominis SC. memoratur in *rubr. tit. D. de SC. Silan. & Claud.* quod tamen non ſub Claudio noſtro, ſed Nerone imp. iterum & Calpurnio Piſone coſſ. factum eſſe, & ideo *Piſonianum* quoque vocari in *l.* 8. *D. eod.* ex Tacit. *Annal. l.* 13. *cap.* 32. diſcimus.

* Neque tamen eo privilegio fruebantur ſenatores navem fabricantes, *quod nec habere illis navem ex lege Julia repetundarum liceret. l.* 3. *D. de vacat. & excuſ. muner.* At multo ante legem Juliam repetundarum lege publica prohibitum fuerat ſenatoribus, quo minus navem ædificarent. Nam jam anno V. C. 585. *P. Cornelio* & *Ti. Sempronio* coſſ. Q. Claudius, tribunus pl. ſuaſore legis C. Flaminio ad plebem tulerat, *ne quis ſenator, quive ſenatoris pater fuiſſet, maritimam navem, quæ plus, quam trecentarum amphorarum eſſet, haberet*. Id enim ſatis habitum ad fructus ex agis vectandos, quæſtus omnis patribus indecorus viſus. Rem per ſummam contentionem actam memoriæ prodidit Livius *l.* 21. *c.* 63. Et ad hanc legem reſpicere videtur Cicero *in Verr. V. c.* 18. *noli metuere, Hortenſi, ne quæram qui licue-*

*rit*

*tuor liberorum*. Suet. *Claud. c.* 18. 19. Ulpian. *Fragm. tit.* 3. §. 1. 6. *l.* 3. *D. de vacat. & excuſ. muner. l.* 5. §. 3. *D. de jur. immunit.*

§. 217. Porro nota eſt LEX CLAUDIA; id eſt, ut ego interpretor, SC. CLAUDIANUM, quo *tutela mulierum legitima ſuſtinebatur*. Ulpian. *Fragm. tit.* 11. §. 8. de quo nos plura in *Comment. ad leg. Jul. & Pap. Popp. l.* 2. *c.* 11. §. 3. Denique celeberrimum etiam fuit SC. CLAUDIANUM de muliere ſervi alieni amore bacchante, a domino ſervi in ſervitutem vindicanda, quod Juſtinianus ſuſtulit. *pr. Inſt. de ſucceſſ. ſubl. l. un. C. de SC. Claud. toll.* Vid. Paull. *Sentent. recept. l.* 2. *tit.* 21. §. 1. Tertullian. *ad uxor. lib.* 2. *cap.* 8. Conditum illud eſt anno V. C. 805. Tacit. *Annal. lib.* 12. *cap.* 53. Cur vero illud Veſpaſiano tribuatur a Suetonio *Veſpaſ. cap.* 11. diſquirit Petr. Faber *Semeſtr. Lib.* 1. *cap.* 25. *

§. 218.

*rit ædificare navem ſenatori? Antiquæ ſunt iſtæ leges, & mortuæ, quemadmodum tu ſoles dicere, quæ vetant.* Sed antiquam illam & mortuam legem in vitam veluti revocavit lex Julia repetundarum.

* Exiſtimat enim vir doctiſſimus, Veſpaſianum hujus SC. auctorem eſſe, ſed conſulem ſub Claudio, non principem, ac proinde illud recte & Claudio & Veſpaſiano adſcribi poſſe. Enimvero quum Suetonius eam ſanctionem Veſpaſiano non tamquam privato, ſed tamquam principi tribuere videatur: plerique hoc jus ſub Claudio conſtitutum a Veſpaſiano in uſum revocatum eſſe contendunt. Et ſane non raro auctores rem & jus ante jam ab aliis conſtitutum ei ſolent tribuere, qui obſoletum renovavit, pluribus exemplis probavit Frid. Brummer. *de lege Cincia*, *c.* 7. Ceterum *hujus relationis repertor* ſub Claudio fuerat libertus famoſiſſimus, Pallas, cui ideo ſenatus prætoria inſignia & centies quinquagies ſeſtertium decrevit, fixo ære SC. quo libertinus ſeſtertii ter millies poſſeſſor antiquæ parcimoniæ laudibus cumulabatur. Tac. *Annal. l.* 2. *c.* 53. Exſtat & hodie fragmentum SCti, quod pro merito exagitant Plin. major *Hiſtor. nat. lib.* 25. *cap. penult.* & Plin. minor *lib.* 8. *epiſt.* 6.

§. 218. Alia fuerunt SCta, quæ tametſi Claudio imperante condita ſint, nomen tamen ab eo non adſciverunt. Sic primo ſtatim imperii anno *Claudio* & *L. Licinio Cæcina Largo* coſſ. factum eſt SC. LARGIANUM, quo cautum, *ut liberi manumiſſoris, non nominatim exheredes ſcripti, extraneis heredibus in bonis Latinorum præferrentur*. *l. un. §. ult. C. de Lat. lib. toll.* Sic & *Vellejo Rufo* & *Oſterio Scapula*, coſſ. id eſt, anno ab V. C. 798. factum SC. de adſignandis libertis, cujus ipſa verba legitima ſuperſunt *l. 1. pr. D. de adſign. libert.* Duo porro SCta de ædificiis negotiationis cauſſa non diruendis integra exſtant apud Jul. Capacium *Hiſt. Neapol. lib. 2. cap. 9.* & Reineſ. *Inſcription. Claſſ. 7. num. 11.* quorum alterum *Cn. Hoſidio Geta* & *L. Vagellio* coſſ. ſuffectis, anno ab V. C. 799. alterum novennio poſt ſub Nerone conditum eſt, ex quo verba quædam recitantur a Paullo *l. 52. D. de contrah. emt.*

§. 219. Sed celeberrimum omnium eſt SC. MACEDONIANUM, Claudianis temporibus factum * anno ab V. C. 800. Tacit. *Annal lib. 11. cap. 13.* Claudius *lege lata*, (ita hic SC. vocatur, uti ſupra §. 217. *lex Claudia*) *ſævitiam creditorum coercuit, ne in mortem parentum pecunias filiisfamilias fœnori darent*. Nomen hoc SC. tulit non ab auctore, ſed a Macedone, filiofamilias,

* Hoc quoque SC. Veſpaſiano attribuit Sueton. *Veſpaſ. cap. 11. auctor ſenatui fuit, decernendi, ne filiorum familias fœneratoribus exigendi crediti jus umquam eſſet, hoc eſt, ne poſt patrum quidem mortem*. Sed poteſt Veſpaſianus adhuc ſenator ſub Claudio auctor fuiſſe ſenatui, ut improborum fœneratorum incertis nominibus credentium rapacitatem coerceret. Poteſt etiam jus, diris Neronis temporibus obſoletum, in uſum revocaſſe. Quæ enim legum vincula non perfringit fœneratorum audacia? Sane & poſt Veſpaſiani tempora, legem, licet vix reſtitutam, violare auſos eſſe homines improbos, colligi poteſt ex verbis Juvenalis *Sat. 3. v. 43.*

*Funus promittere patris*
*Nec volo, nec poſſum.*

lias, *qui inter ceteras ſceleris cauſſas, quas ei natura adminiſtrabat, etiam æs alienum adhibuerat:* eoque cautum eſt, *ut ne fœneratoribus, qui pecuniam filiofam. crediſſent, etiam poſt mortem patris actio petitioque daretur. l. 1. D. ad S. C. Macedon.* Theophil. *Paraphr.* §. 7. *Inſt. quod cum eo, qui in al. pot. eſt, negot. geſt. eſſ. dic.*

§. 220. Quædam porro CLAUDIUS, deceſſorum exemplo, etiam EDICTIS & RESCRIPTIS conſtituit. Ita enim ſanxit, *ut expoſita a dominis mancipia ægra & adfecta libera eſſent, nec redirent in ditionem domini, ſi convaluiſſent. Quod ſi quis necare mallet, quam exponere, cædis crimine teneretur.* Sueton. *Claud. cap.* 25. Itemque, *ut curatoris auctoritas in adrogationibus intercederet* *: *l. 8. D. de adopt.* nec non, *ut bonis paternis a fiſco propter debita occupatis, peculium filiifamilias profectitium ſepararetur. l. 3. §. 4. D. de minor.* Porro, *ut, ſi per quæſtionem nummariam præjudicium ſtatui videatur fieri, quæſtio ceſſaret: l. 4. §. 1. D. ne de ſtatu defunct.* denique, *ne feminæ pro viris intercederent. l. 2. pr. D. ad SC. Vellej.*

§. 221. Progredimur jam ad NERONEM CLAUDIUM CÆSAREM, qui ſicuti primo quinquennio humaniſſimi principis exemplum præbuerat, ita procedente tempore tam ſui factus eſt diſſimilis, ut in generis humani exitum natus videretur. De novis quibusdam ejus inſti-

* Obſervat hoc Modeſtinus, *d. l.* 8. Nimirum ante Claudii tempora homines puberes, quamvis minorennes, recte ſe adrogandos dabant ſuo arbitrio, neque opus erat conſenſu curatorum, quia curator potiſſimum rei dabatur, adrogatio vero ad perſonam potius, quam ejus res pertinere videbatur. Attamen quum adrogatio ſimul eſſet modus adquirendi univerſalis, adeo ut & liberi & bona omnia cum adrogato in poteſtatem ac dominium adrogatoris tranſirent: *pr. Inſt. de adquiſ. per adrogat. l. 11. §. 2. D. de bon. poſſeſ. ſec. tab. l. 15. D. de adopt.* ipſa juris analogia id exigere videbatur Claudio, ut curatoris accederet conſenſus, vel, uti Modeſtinus loquitur, *auctoritas.*

ſtitutis Sueton. *Neron. cap.* 17. *Adverſus falſarios*, inquit, *tum primum repertum, ne tabulæ, niſi ter pertuſæ, ac ter lino per foramina trajectæ, obſignarentur. Cautum, ut in teſtamentis primæ duæ ceræ, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuæ ſignaturis oſtenderentur: ac ne quis alieni teſtamenti ſcriptor legatum ſibi adſcriberet. Idem, ut litigatores pro patrociniis certam juſtamque mercedem, pro ſubſelliis nullam omnino darent, præbente ærario gratuita: utque rerum actu ab ærario cauſſæ ad forum ac recuperatores transferrentur: & ut omnes adpellationes a judicibus ad ſenatum fierent* *.

§. 222.

* De tabulas ſignandi modo litem inter Salmaſium & Deſ. Heraldum interceſſiſſe, nemo ignorat. Prior præter ea, quæ ea de re ad jus Atticum diſſeruit, ſingularem edidit diatriben *de modo ſubſcribendi & ſignandi teſtamenta, & de veterum & hodiernorum ſigillorum differentia, contra Deſid. Heraldum, Lugd. Batav.* 1653. 8. Inprimis notandum, Neronem noluiſſe, ut primum ſtatim πετράδιον, ſeu prima cera nomen heredis contineret, quum antea moris fuiſſet, ut primæ ſtatim ceræ linea prima teſtatoris, altera nomen heredis contineret. Unde Horat. *l.* 2. *Sat.* 5.

*Quid prima ſecundo*
*Cera velit verſu, ſolus multisne coheres,*

id eſt, quis heres ſit inſtitutus. Acron & Porphyrio *ad h. l.* Quæ de certa juſtaque mercede advocatorum a Nerone conſtituta eſſe dicuntur, potius Tiberio ſunt tribuenda. Is enim *capiendis pecuniis poſuit modum, uſque ad dena ſeſtertia*, Tacit. *Annal. lib.* 11. *cap.* 7. quum contra Nero legis Cinciæ ſanctione in uſum revocata, conſtituerit, *ne quis ad cauſſam orandam mercede aut donis emeretur*. Idem *Annal. lib.* 13. *c.* 5. Memoria ergo hic lapſum Suetonium, ex inſtituto oſtendit Brummer. *de lege Cinc. cap.* 4. & 5. ejusque ſententiæ ſubſcripſit Jo. Ge. Græv. *ad Sueton. Ner. cap.* 17. De pecunia pro ſubſelliis exigi ſolita, hodie omnia ignota ſunt: reliqua notiſſima. De adpellationibus ad ſenatum magis perſpicue Tacit. *Annal. l.* 14. *cap.* 28. *auxitque patrum honorem, ſtatuendo, ut, qui a privatis judicibus ad ſenatum provocaſſent, ejuſdem pecuniæ periculum facerent, cujus hi, qui imperatorem adpellavere, nam*

an-

§. 222. Quæ his verbis deſcribit Suetonius, jura nova, ea jura pleraque SCtis videntur invecta. Quæ enim de tabulis certo modo ſignandis refert, ea *ab ampliſſimo ordine decreta eſſe*, docet Paull. *Sentent. recept. lib.* 5. *tit.* 25. §. 6. * quamvis id SC. ad Tiberii tempora referendum putet Petr. Faber *Semeſtr. lib.* 1. *cap.* 25. Certius eſt, alteram ſanctionem, ne quis ipſe ſibi legatum adſcriberet, ſub Tiberio prodiiſſe. Eſt enim illa ex SC. Liboniano, de quo jam ſupra (§. 201.) diximus. Quum ergo & tertiam Suetonii ἁμάρτημα μνημονικὸν de certa mercede advocatorum paullo ante obſervavimus (§. 221.*): ex illo loco nos non adeo multum proficere poſſe, facile intelligimus.

§. 223. Magis certum eſt ſub Nerone conditum eſſe SC. Calvitianum, vel, uti Perizon. *de lege Vocon. pag.* 182. legendum exiſtimat, Calvisianum, cujus de auctore annoque natali omnia incerta ſunt *. Eo cautum, *ut, quæ quinquagenaria major minori ſexagena-*

*antea vacuum id, ſolutumque pœna fuerat*. Licebat ergo adpellare ſenatum, ſed ita, ut certa pecunia ab adpellante deponeretur, quam amitteret, ſi in lite ſuccubuiſſet.

* Paullus quidem hoc SC. non ad tabulas teſtamentorum, ſed ad *tabulas, quæ publici privatique contractus ſcripturam continent*, refert. Sed nec Suetonius in ſpecie teſtamentorum, ſed generatim tabularum meminit. Itaque non opus eſt, ut ſub contractuum vocabulo & teſtamenta intelligamus, uti jubet Salmaſ. *de modo uſur. cap.* 11. ſiquidem eam vocabuli notionem jura non admittunt, *l.* 20. *D. de verbor. ſign.* ſed probabilius eſt SC. generatim hunc modum præſcripſiſſe, in omnibus tabulis ſive ſuper negotiis inter vivos, ſive ſuper ultimis voluntatibus conficerentur, obſervandum. Guil. Goeſ. Not. *ad Sueton. ibid. Suetonius*, inquit, *de teſtamentis*, (immo generatim de tabulis,) *Paullus de contractibus loquitur: veruntamen quin uno eodemque SCto de his cautum ſit, non ambigo: ut uni quod deeſt auctori, ex altero ſit ſupplendum*.

* Probabilius eſt, hoc SC. Calvisianum dictum eſſe, quam quod *Calvitianum* adpellatum ſit, quia noti Calviſii, Cal-

*nario nupſerit, quique minor ſexagenario majorem quinquagenaria duxerit, iis impar illud matrimonium ad accipiendas hereditates doteſque legatas non proficeret, ſed dos, mortua muliere, caduca fieret.* Ulpian. *Frag. tit.* 16. §. 4. Quæ ad illuſtrandum hoc SC. pertinent, jam occupavimus in *Comment. ad leg. Jul. & Pap. Popp. l.* 2. *c.* 3.

§. 224. Certioris ætatis eſt SC. Memmianum, C. *Memmio Regulo* & *Virginio Ruſo* coſſ. factum anno V. C. 815. quo cautum, *ne ſimulata adoptio in ulla parte muneris publici juvaret, & ne uſurpandis quidem hereditatibus prodeſſet* *. *l.* 51. §. 1. *D. de legat.* 2. *l.* 76. *D. de condit. & demonſtr.* Tacit. *Annal. l.* 15. *c.* 19. Quam ſan-

Calvitii vix in Romanorum ſcriptoribus ac monimentis occurrunt. Ei ſane ſub Nerone reperio *Calviſium*, Agrippinæ accuſatorem apud Tacit. *Annal. l.* 13. *c.* 1. paullo poſt relegatum a Nerone, teſte eodem, *ibid. c.* 22. & denique reſtitutum ex decreto Cæſaris. Tac. *Annal. l.* 14. *c.* 12. Sed hunc honores geſſiſſe, ut ab eo SC. hoc nomen habere potuerit, non reperio. Sane anno ab V. C. 750. in *Faſtis* celebrantur C. Calviſius Sabinus, & L. Paſſienus Rufus. *Monim. Ancyr.* apud Gronov. *in Memor. Coſſon. p.* 132. Viginti & novem annis poſt, anno 779. conſulatus honore fulſit C. Calviſius cum Cn. Cornelio Lentulo Getulico. Tacit. *Annal. lib.* 4. *c.* 46. ex quorum ſane liberis vel nepotibus aliquis ſub Nerone inter coſſ. ſuffectus eſſe potuit, immo re vera fuit. P. enim *Calviſius* coſ. anno 813. laudatur apud Grut. *Inſcript. p.* 64. *n.* 9.

* Poſtquam Romani certa nuptiarum ac fœcunditatis præmia, itemque pœnas cælibatus orbitatisque ſtatuerant: ſæpe orbi adoptionibus has leges eludere ſolebant. Quam fraudem legibus factam jam pridem graviter notaverat P. Scipio, de quo Gellius *Nott. Att. l.* 5. *c.* 19. *animadvertimus in oratione P. Scipionis, quam cenſor habuit ad populum de moribus, inter ea, quæ reprehendebat, quod contra majorum inſtituta fierent, id etiam eum culpaviſſe, quod filius adoptivus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet.* Sed non videtur cenſorum ſeveritas par fuiſſe abolendæ huic fraudi, nec alia ex eo tempore lex prodiiſſe, qua illa coerceretur. Saltim de Neronis temporibus

ſanctionem illuſtravimus in *Comment. ad leg. Jul. & Pap. Popp. l. 2. cap. 7. pag.* 204. De Pisoniano quoque, quod ad illuſtrandum Silanianum factum, jam ſupra diximus (§. 215.*). Eo cautum fuerat, *ut, ſi quis a ſuis ſervis interfectus eſſet, ii quoque, qui teſtamento manumiſſi ſub eodem tecto manſiſſent, inter ſervos ſupplicia penderent:* Tacit. *Annal. l.* 13. *c.* 32. *l.* 3. §. 16. *D. de SC. Silan. & Claud.* itemque, *ut ſi ſervus obnoxius pœnæ veniſſet, quandocumque in eum animadverti oporteret, venditor pretium præſtaret. l.* 8. *pr. D. eod.* Denique, *ut occiſa uxore etiam de familia viri quæſtio haberetur, idemque & juxta uxoris familiam obſervaretur, ſi vir diceretur occiſus.* Paull. *Sentent. recept. l.* 3. *tit.* 5. §. 5. ubi hoc SC. Neronianum adpellatur.

§. 225. Sed & SC. Turpillianum *de abolitionibus & tergiverſationibus in judiciis publicis*, de quo *l.* 2. *D. & l.* 2. *C. ad SC. Turpill. l.* 3. §. *ult. D. de prævaricat.* iisdem temporibus factum eſt, anno ab V. C. 813. *C. Cæſonio Pæto* & *C. Petronio Turpilliano* coſſ. Denique Volusianum factum anno 808. *Q. Voluſio Saturnino* & *P. Cornelio Scipione* coſſ.* quorum mentio fit apud Tacit.

bus Tacit. *Annal. l.* 15. *c.* 19. *Percrebuerat*, inquit, *ea tempeſtate praviſſimus mos, quum propinquis comitiis, aut ſorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios, præturaſque & provincias inter patres ſortiti, ſtatim emitterent manu, quos adoptaverant.* De quo quum magna cum invidia conquererentur ii, qui, quum liberorum parentes eſſent, orbis poſthabebantur: factum hoc eſt SC. ad quod ſæpius remittimur in jure noſtro. Vid. M. Vertran. Maur. *de jure liberor. c.* 43.

* Quumque circa ea tempora vix alius Voluſius conſul notus ſit: vix dubitandum videtur, quin ejusdem ætatis ſit, ab eodemque Q. Voluſio Saturnino coſ. nomen acceperit SC. Volusianum alterum, quo cautum fuerat, *ut qui improbe in alienam litem coiiſſent, ea lege, ut quod inde in rem alicujus redactum eſſet, inter eos communicaretur, lege Julia de vi privata tenerentur. l.* 6. D. *ad leg. Jul. de vi priv.* Id SC. quo tempore factum ſit, ignorare ſe, fatetur Ant. Auguſtin. *de nomin. propr. ad pandect. cap.* 4. *p.* 330. *Tom.* 1. *Theſ. jur. civil.*

cit. *Annal. l.* 13. *c.* 25. Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 7. *num.* 11. *p.* 476. Gruter. *Inſcript. pag.* 9. *num.* 4. de ædificiis negotiationis cauſſa non diruendis, marmoribusque non detrahendis, integrum exſtat in marmore apud Capacium & Reineſium (§. 218.), ex eoque verba quædam laudantur *l.* 52. *D. de contr. emt.*

§. 226. Neque tamen ullum eſt SC. ejus temporis celebrius TREBELLIANO, quod *L. Annæo Seneca* & *Trebellio Maximo* coſſ. ſuffectis, id eſt anno ab V. C. 814. die 8. Kal. Sept. factum eſſe novimus *. §. 6. *Inſt. de fideicomm. hered. l.* 1. §. 2. *D. ad SC. Trebell.* Nec minus ex ipſis *Pandectis* atque *Inſtitutionibus* notum eſt, eo SC. decreviſſe ampliſſimum ordinem, *ut actiones, quæ in heredem heredibuſque dari ſoleant, eæ neque in eos, neque his darentur, qui fideicommiſſum, ſicuti rogati eſſent, reſtituiſſent: ſed his & in eos, quibus ex teſtamento fideicommiſſum reſtitutum fuiſſet, quo magis in reliquum confirmarentur ſupremæ defunctorum voluntates. l.* 1. *D. ad SC. Trebell.*

§. 227. Ut jam porro & ad JURISCONSULTOS, qui a Tiberii exceſſu ad Neronis interitum floruerunt, progrediamur: inter eos ſibi primum merito locum vindicat SEMPRONIUS PROCULUS *, quem Nervæ ſucceſſiſſe,

* Equidem Senecam coſ. fuiſſe, negat Auſonius *in Gratiar. act. cap.* ſed ideo, uti obſervavit Vinetus, quod non fuiſſet coſ. ordinarius. Alioquin enim hodie ſatis certum eſt, conſulatum ejus incidere in annum ab V. C. 814. Lipſ. *Vit. Senecæ c.* 4. Ceterum SC. hoc dictum initio eſſe *Annæanum*, & Seneca demum capitis damnato, ob damnatam ſimul ejus memoriam, *Trebelliani* nomen adſumſiſſe, ſuſpicatur Theod. Marcil. *ad* §. 6. *Inſt. de fideic. hered.* Sed conjectura ea parum probabilis eſt, partim quod nusquam hoc SC. Annæanum dictum eſſe, comperio, partim, quod non ſemper SCta a conſule majore, ſed ab eo potiſſimum, qui ad ſenatum retulerat denominabantur.

* Sunt qui PROCULUM noſtrum ex gente *Julia* fuiſſe exiſtimant, ob marmor in ruderibus ædium Proculi cujusdam

ſiſſe, maximæque fuiſſe auctoritatis, & plurimum potuiſſe, refert Pomponius, *l.* 2. §. *ult. D. de orig jur.* addens, ab eo Labeonis familiam Proculeianorum nomen adſumſiſſe, quod poſt annum ab V. C. 786. quo vivere Nerva deſiit, factum eſſe oportet. Scripſerat epistolarum *libros* non octo, quot in Indice Florentino memorantur, ſed multo plures, quum ex *undecimo* quoque nonnulla decerpta videamus *l.* 69. *D. de contrah. emt. l.* 12. *D. de præſcript. verb. l.* 17. *D. de pact. dotal.* nec non notas ad Labeonem, quibus procul

dam repertum, quod tamen Reineſ. *Inſcript. Claſſ.*6. *n.*122. *p.* 459. non ad hunc JCtum noſtrum, ſed ad *L. Aradium Proculum*, pertinere cenſet, eaque occaſione noſtrum ex gente *Licinia* fuiſſe ſibi videri, docet. At veroſimilius eſt, eum nec *Licinium*, nec *Julium*, ſed Sempronium vocatum. Id enim nomen ei diſerte tribuitur *l.* 47. *D. de legat.* 2. Grot. *Vit. JCtor. l.* 2. *cap.* 2. §. 1. Ever. Otto *præfat. Theſaur. jur. tom.* 1. Et aliunde conſtat, *Proculorum* cognomine uſos eſſe Sempronios. Grut. *Inſcript. p.* 560. *n.* 9. De ætate etiam Proculi non eadem omnes ſentiunt. Haud levis ſane error eſt Perrenonii *Animad. l.* 2. *c.* 23. qui eum ſub Julio Cæſare floruiſſe exiſtimat. Nec minus errant, qui ad Proculum noſtrum referunt, quæ de Licinio Proculo, præfecto prætorio ſub Othone paſſim narrat Tacit. *Hiſt. l.* 1. *c.* 46. & 82. 87. *l.* 2. *c.* 39. 40. 44. 60. itemque, qui Martialem *Epigr. l.* 1. *epig.* 7. de JCto noſtro ceciniſſe putant:

*Vade ſalutatum, pro me, liber: ire juberis*
*Ad* Proculi *nitidos, officioſe, Lares.*

Si enim Proculo, anno ab V. C. 786. Nervæ ſuccedenti 30. tantum annos tribuamus, (nec enim probabile eſt prius eum ad tantam celebritatem pervenire potuiſſe, ut ſectæ caput haberetur), ſub Domitiano, ſub quo Martialis ſcripſit, fuiſſet ſenex decrepitus, & alibi *l.* 11. *epigr.* 37. *v.* 8. eum diſerte vocat *C. Julium Proculum*, adeoque non magis noſter eſt, quam qui a Tacito memoratur *Licinius Proculus*. Denique minime omnium ad noſtrum pertinent reſcripta Alexandri imp. *l.* 9. *C. ad leg. Jul. de adult.* & Gordiani, *l.* 7. *C. de accuſat.* quamvis eum errorem erraverit Guido Pancirol *Lect. var. l.* 1. *c.* 79. §. 10.

cul dubio doctrinas doctoris ſui ab adverſariorum ſtricturis vindicavit. *l.* 10. §. 1. *D. de negot. geſt. l.* 69. *D. de condit. & demonſtr.*

§. 228. Huic merito jungimus æqualem & æmulum, C. CASSIUM LONGINUM, Q. Ælii Tuberonis ex filia nepotem, Ser. Sulpicii pronepotem (§. 191.) Conſulem illum cum Quartino temporibus Tiberii fuiſſe obſervat Pomponius *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* ſed Quartino L. Nævium Surdinum ſubſtituit Rupertus *in Pompon. Enchirid. lib.* 3. *cap.* 13. *ſect.* 3. *pag.* 206. *edit. nov.* quod hoc par coſſ. occurrit in lapide apud Gruter. *Inſcript. pag.* 1087. *num.* 4. * Præfecerat eum Aſiæ C. Caligula imp. mox occidi juſſerat, ſed fruſtra (§. 211.) Sub Claudio Syriæ præfuit, & ad Euphratem caſtra habuit, Tacit. *Annal. lib.* 12. *cap.* 11. eaque occaſione illi & cum Judæis fuit negotium. Joſeph. *Antiqu. Jud. lib.* 20. *cap.* 1. Sub Nerone in Senatu liberrime dixit ſententiam: Tacit. *Annal. lib.* 13. *cap.* 11. at poſtremo ſuſpectus principi ſæviſſimo in Sardinia exſulavit, Tac. *Annal. lib.* 16. *cap.* 7. & 9. Sueton. *Neron. cap.* 37. inde tamen poſtea a Veſpaſiano revocatus. *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Menag. *Amoen. jur. cap.* 43.

§. 229. Reliquerat *libros* 10. aut plures JURIS CIVILIS, *l.* 70. *pr. D. de uſufr.* NOTAS AD VITELLIUM,

* Pro Quartino coſ. quem in *Faſtis* non reperiunt, alii reſcribunt *Q. Haterius*, alii *Surdinus*. Nam C. Caſſius Longinus & L. Nævius Surdinus coſſ. laudantur apud Gruterum *Inſcript. pag.* 1087. *num.* 1. Sed quum notiſſimus ſit *M. Vinicii* ſub Tiberio conſulatus, ſub eoque coſ. ſuffectus fuerit *C. Caſſius Longinus*, eique collega tribuatur *L. Nævius Surdinus*, quis, quæſo, dubitet, quin ex *Surdino* facile fingi potuerit *Quartinus*, maxime quum huc uſque probatum ſit, Vinicios *Quartinorum* cognomen tuliſſe? Major ſane lapidis Gruteriani, quam Pomponii hic merito eſt auctoritas. Ceterum M. Vinicii, adeoque & Caſſii noſtri, conſulatum incidere in annum V. C. eræ Varron. 783. ann. Chriſti XXX. luculenter oſtendit Henr. Dodwell. *in Annal. Vellejan.* §. 29. *pag.* 703. *ſequ. edit. Burmann*

lium, *l.* 12. §. 27. *D. de inſtruct. & inſtrum. leg.* immo & ad Urseium Ferocem, *l.* 10. §. 5. *D. quib. mod. uſufruct. vel uſ. amitt.* * In Caſſium deinde notarunt Aristo, *l.* 17. §. 1. *D. de uſufr.* & Priscus Javolenus, *l.* 28. §. 1. *D. de ſtatulib.* At multo majorem ſibi famam peperit propagatis ad poſteritatem, & magis magiſque perpolitis Maſurii Sabini, præceptoris, principiis. Unde Maſurium & Caſſium conjungit Arrian. *Diſſert. Epict.* 4. *cap.* 3. Fuit enim *Scholæ Caſſianæ princeps & parens*, uti vocatur a Plin *epiſt. lib.* 7. *epiſt.* 24. novamque adeo lucem Ateii Capitonis familiæ intulit, quæ inde Cassianorum nomen adſcivit. *l.* 35. §. 3. *D. de mort. cauſſ. don. l.* 18. *D. de furt.*

§. 230. Obſcurioris famæ ſunt Atilicinus & Cassius Longinus alter, cujus meminit Pomponius *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* ubi, eum equeſtris ordinis fuiſſe, & ad præturam perveniſſe, ſcribit. Atilicinus Proculo fuit æqualis, quippe quo cum litterarum commercium habuit. *l.* 17. *D. de pact. dotal.* Hinc & Proculi partibus eum fuiſſe addictum colligunt, maxime quum plerumque vel Proculo, vel Nervæ, adſenſus dicatur. *l.* 27. *pr. D. de pact. l.* 21. §. 9. *D. de recept. arbitr. l.* 5. §. 1. *D. de ſervit. præd. ruſt. l.* 17. *D. de pecul. l.* 7. *pr. D. de condict. cauſſ. dat. l.* 19. *D. mandati. l.* 19. *D. de legat.* 3. *l.* 16. *D. de liberat. leg.*



* Jo. Bertrandum & Eberlinum, qui Cassium ad Urseium notaſſe ſcribunt, refellere non dubitarunt Guil. Grot. *Vit. JCtor. lib.* 2. *cap.* 4. & Menag. *Amoen. jur. civ. cap.* 43. Urſejum potius ad Caſſium notaſſe, exiſtimantes. At neminem ignorare arbitramur, quid veteribus JCtis fuerit *notare apud Caſſium*. Res eo redit, uter fuerit ætate prior. Prior vero ſine dubio fuit *Urſejus Ferox*, cujus ex libris Caſſium quædam retuliſſe, teſtatur Ulpianus *l.* 1. §. 10. *D. quar. rer. act. non det.* Quidni ad eumdem notas ſcribere potuerit?

*l.* 49. *pr. D. ad leg. Falcid. l.* 4. §. 8. *D. de doli mal. & met. except.*

§. 231. M. COCCEJUS NERVA, Marci illius, quem ſupra (§. 210.) deſcripſimus, filius, imp. Nervæ pater, ingenii præcociſſimi fuit, quippe qui XVII. annorum adoleſcens, aut non multo major, de jure reſponſitavit. * *l.* 1. §. 3. *D. de poſtul.* Ad hunc procul dubio referendum, quod Tacit. *Annal. lib.* 15. *cap.* 72. refert, Coccejum Nervam, pretorem deſignatum, tanti fuiſſe apud Neronem, ut ſupra triumphalem in foro imaginem apud palatium quoque ejus effigiem ſtatui juberet. Libri ejus DE USUCAPIONIBUS laudantur a Papiniano *l.* 47. *D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* Sæpiſſime vero, diſſimulato librorum titulo, citatur a Cajo, Pomponio, Venulejo, Ulpiano, Paullo, & quidem plerumque ſub *Nervæ filii* nomine. Proculejanum fuiſſe, & familia argumento eſt, & ex *l.* 3. §. 17. *D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ. & l.* 2. *D. de his, qui not. infam.* colligitur.

§. 232. Qui Neroni ſucceſſerunt, principes tragici ac veluti intercalares, GALBA, OTHO, & VITELLIUS,

* Quum adoleſcens non *reſpondiſſe*, ſed *reſponſitaſſe* de jure dicatur Nerva: Guil. Maranus & Mornacius ſuſpicati ſunt, *reſponſitare* minus eſſe, quam reſpondere, quos exinde Choartius & Dionyſ. Gothofredus ſunt ſequuti. Sed quis ignoravit, hoc naturæ verborum frequentativorum refragari, quæ notionem verbi augent potius & intendunt, quam minuunt? Merito ergo hunc virorum doctorum errorem notavit Menag. *Amoen. jur. civ. cap.* 2. Sane & Antiſtium Labeonem *conſulentibus de jure publice* RESPONSITASSE, ait Gellius *Noct. Attic. l.* 13. *c.* 10. Et Cicero *de legib. l.* 1. *c.* 4. *ſummos fuiſſe*, ait, *in civitate viros, qui jus interpretari populo, &* RESPONSITARE *ſoliti ſint*. Eſt ergo reſponſitare potius frequenter & adſidue reſpondere, eoque verbo procul dubio uſus eſt Ulpianus, ut Nervam adhuc adoleſcentem jam frequentiſſime de jure reſpondiſſe oſtenderet.

lius, inter fluctus civiles perpetuos & in tanta imperii brevitate vix quidquam novi juris conſtituere potuerunt *. De Vitellio tamen hic non prætermittendum, quod memoriæ prodidit Tacit. *Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 9. *funeſti ominis loco acceptum eſſe, quod, maximum pontificatum adeptus, de cærimoniis publicis* 15. *Kal. Aug.* EDIXISSET, *antiquitus infauſto die Cremerenſi Allienſique cladibus*. Ex eo enim patet, pontifices max. etiam ſub ſacerdotii ſui auſpicia edicta propoſuiſſe de ſacris & cærimoniis (§. 61.*) eumque vetuſtiſſimum morem ne his quidem temporibus exoleviſſe. Jac. Guther. *de jure pontific. lib.* 1. *cap.* 12. Jo. Andr. Boſ. *de pontif. max. Rom. cap.* 4. §. 1.

§. 233. Stabilius fuit Vespasianorum imperium, qui proinde & plurima nova in juris prudentiam invexerunt. Sane enim T. Flavius Vespasianus, cui ad hoc faſtigium evecto ſenatus omnem poteſtatem, qua olim Auguſtus, Tiberius, & Claudius uſi eſſent, ſanctione honorificentiſſima decreverat, Tacit. *Hiſtor. lib.* 4. *cap.* 3. Gruter. *Inſcript. pag.* 242. plura conſtituit edictis, veluti, *ne plures, qum tres, legati a civitatibus mitterentur*: *l.* 4. §. 6. *D. de legation.* plura decrevit, ceu docet exemplum *l.* 7. *pr. D. de jur. patron.* plura rescriptis præcepit, veluti ut grammatici, medici, oratores, philoſophi, a recipiendis



ho-

* Idem Tacitus *Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 62. refert Vitellium *præmiſſo in urbem edicto, mathematicos omnes Italia expuliſſe*, vel, uti Sueton. *Vitell. c.* 14. rem refert, *ſanxiſſe, ut intra Kal. Octobres urbe Italiaque mathematici excederent*: aſtrologos vero proxima *rent*: aſtrologos vero proxima nocte aliud oppoſuiſſe edictum: bonum factum, *ut Vitellius Germanicus intra eumdem Kalendarum diem nuſquam ne eſſet*. Verumne fuerit iſtud augurium, illudque comprobarit exitus, diſquirit Savil. *Not. ad Tacit. ibid.* Sane enim Vitellium non ante Octobrem, ſed die 21. Decembr. interiiſſe, luculenter demonſtravit Anton. Pagi *Critic. Baron. ad ann. Chriſti* 69. *n.* 8. *pag.* 62. *ſequ.* Tomo 1.

hoſpicibus immunes eſſent, *l.* 8. §. 30. *D. de mun. & honor.* *

§. 234 Idem tamen imperator veteris moris, de rebus alicujus momenti ad ſenatum referendi fuit ſervantiſſimus. Hinc ſub eo tot condita SENATUSCONSULTA, inter quæ eminet PEGASIANUM, *Pegaſo & Puſione* coſſ. ſuffectis, incertum, quo anno, factum. Cenſuerat enim his coſſ. ordo ampliſſimus, *ut ei, qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere liceret.* Ulpian. *Fragment. tit.* 25. §. 14. Paull. *Sent. recept. lib.* 4. *tit.* 3. §. 5. *Inſt. de fideic. hered.* Notum quoque eſt duplex Sc. PLANCIANUM *, alterum de fideicommiſſis, quæ perſonis incapacibus relinqueren-

* Reſcriptum Veſpaſiani ad IVviros & decuriones Saboreuſes, adeoque ſanctionem pragmaticam apud ſe exſtare, ſcribit Ant. Auguſtin. *de nom. prop. Pandect. cap.* 3. *p.* 264. *Tom.* 1. *Theſ. jur. civil.* quæ an umquam lucem viderit, neſcio. Non ſolum autem nova jura conſtituit hic imperator, ſed & vetera pleraque reſtituit. Auctor enim eſt Sueton. *Veſpaſ. c.* 8. eum *arearum tabularum tria millia, quæ ſimul conflagraverant, reſtituenda ſuſcepiſſe, & undique inveſtigatis exemplaribus, inſtrumentum imperii pulcherrimum & vetuſtiſſimum confeciſſe, quo contenta fuerint pæne ab exordio urbis SCta, plebiſcita*, & ſimilia.

* A quo Plancio hæc SCta acceperint nomen, non adeo certum eſt. Teſtem tamen habeo Tacitum *Hiſtor. Lib.* 2. *cap.* 63. M. PLANCIUM VARUM prætura functum eſſe ſub Veſpaſiano. Idem procul dubio poſtea & conſul factus. Proconſulem enim paullo poſt fuiſſe docet numus apud Spon. *in Itinerar. ſub fin.* in cujus antica caput Veſpaſiani cum ejus nomine, additis litteris ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛ, in poſtica faſciculus ſex ſpicarum, cum epigraphe: ΕΠΙ ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. Fuit ergo hic M. Plancius Varus procoſ. Ciliciæ ſub Veſpaſiano, ad quam dignitatem tum vix alii, quam viri conſulares & prætorii adſpirabant. Dio Caſſ. *Lib.* 53. *pag.* 504.

rentur, *l.* 59. §. 1. *D. ad leg. Falcid.* alterum de agnoſcendo partu. *l.* 3. *D. de agnoſc. & alend. liber.*

§. 235. Memoratur etiam SC. his temporibus, at incertum, quo anno factum, de ædificiis negotiationis cauſſa non diruendis, marmoribuſque non detrahendis, *l.* 2. *C. de ædif. privat.* quale & ſub Nerone factum eſſe ſupra (§. 225.) vidimus. Nec minus ad Veſpaſiani tempora pertinet SC. VITRASIANUM *, *de manumiſſis & pretio manumiſſionis*, de quo *l.* 30. §. 6. *D. de fideicommiſſar. libert.*

§. 136. Ab eodem Veſpaſiano V. conſule anno eræ Dionyſiacæ LXXIIII. ultimum luſtrum eſſe conditum, neque umquam poſtea cenſum actum, obſervat Cenſorin. *de die natal. cap.* 18. Longo tamen intervallo repetitum cenſum egiſſe dicitur Decius imperator. Trebell. Pollio *in Valerianis*. Ex quo conſequitur, ut & manumiſſio per cenſum luſtralem, de qua Cic. *de orat. lib.* 1. *cap.* 40. Ulpian. *Fragm. tit.* 1. §. 8. *Fragment. regul. vet. JCt.* §. 17. tunc exoleverit *. Eumdem Veſpaſianum de contrahendis litibus conſilia agitaſſe, refert Sueton. *Veſpaſ. cap.* 10.

N 4 §. 237.

* Eſt & hoc SC. incerti anni, cum Vitraſii conſulis ſive ordinarii, ſive ſuffecti, ſub Veſpaſiano nuſquam vel vola, vel veſtigium occurrat. Sub Hadriano celebris fuit *Vitraſius Pollio*, legatus pro: vinciæ Lugdunenſis, ad quem reſcripſit princeps *l.* 15. §. *fin. D. de excuſat. tut.* cujuſque mentio fit apud Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 8. *n.* 52. *p.* 532. Sub Antoninis porro annis 919. & 929. bis conſul fuit T. *Vitraſius Pollio*, primum cum Q. Servilio Pudente, deinde cum M. Flavio Apro. Spon. *Miſcell. erud. antiquit. p.* 34. Gruter. *Inſcript. p.* 30. *n.* 4. & *pag.* 31. *n.* 3. Malvaſ. *Marmor. Felſin. pag.* 253. Quare parum abeſt, ut hoc SC. potius ſub M. Aurelio Antonino imp. quam ſub Veſpaſiano factum, exiſtimem.

* Quamvis vero in locum hujus manumiſſionis ſurrogatus dicatur ritus manumittendi in ſacroſanctis eccleſiis: id tamen multo poſt ſæculo pu-

§. 237. Non adeo multa ſunt, quæ TITO, imperatori, debeat juris prudentia *, quippe inter ipſa imperii auſpicia properantibus fatis exſtincto. Notari tamen meretur primum, eum de binis PRÆTORIBUS FIDEICOMMISSARIIS unum detraxiſſe: *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* deinde eumdem graviſſimas leges oppoſuiſſe delatoribus qui tum impune in corpora & bona innocentum graſſabantur: Plin. *Panegyr. cap.* 35. Sueton. *in Tit. cap.* 8. Henr. Brenkmann. *de lege Remm. cap.* 18. *pag.* 1622. tum porro, Titum imp. eſſe auctorem præcipuum privilegii, quod militibus teſtamentum conditurıs datum eſt. *l.* 1. *pr. D. de teſtam. milit.* Denique & conſtitutionis Titi imp. mentio fit *l.* 1. § 3. *D. de jure fiſci.*

§. 238. Sed & T. FLAVIUS DOMITIANUS imp. initio principatus ſui non pauca ſatis præclara conſtituit. Ex quibus ut hic pauca veluti per lancem ſaturam proferamus, ipſe Sueton. *in Domit. cap.* 7. eum edixiſſe,

puta quarto, factum eſt a Conſtantino M. Sozom. *Hiſt. eccleſ. lib.* 1. *cap.* 9. *l.* 1. & *l.* 2. *C. de his, qui in eccleſ. manumitt.* Neque enim ad hæc tempora pertinent manumiſſiones factæ ἐπὶ τῷ Βώμῳ, *ſuper aras*, Græcis uſitatæ, Suid. *in voce* Κρατης, neque raſio libertinorum in templo Feroniæ, de qua plura Briſſon. *Antiqu. ſel. Lib.* 1. *cap.* 11. Taubmann. *ad Plaut. Amphitr. Act.* 1. *ſcen.* 1. *extr.* Alex. ab Alexandro *Genial. dier. Lib.* 4. *cap.* 20. denique manumiſſiones ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, *in comitiis*, quas Conſtantino, hanc manumiſſionem introducenti ob oculos fuiſſe, exiſtimat Jac. Gothofred. *ad Cod. Theodoſ. Tomo* 1. *pag.* 355.

* Immo jacturam haut levem tunc fecit juris prudentia, templo Capitolino cum vicinis templis iterum igne, quem terra erupiſſe ferunt, denuo conſumtis. Dio Caſſ. vel potius Xiphilin. *Lib.* 66. *pag.* 756. Neque enim dubitandum, quin ſimul incendio illo perierint illa SCta, plebiſcita, fœdera, quæ Veſpaſianus poſt prius incendium tanta induſtria reſtituit. ( §. 233. ) Sueton. *Veſpaſ. cap.* 8.

ſe, ait, *ne mares caſtrarentur* *: & ſequente cap. 8. *ut probroſis feminis nec lecticæ uſus, nec jus capiendi legata hereditateſve eſſet*: porro, quod *cap.* 9. pluribus refert, *ut fiſcales calumniæ calumniantium pœnis reprimerentur: ut rei, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent, univerſi diſcrimine liberarentur, nec repeterentur, niſi ante annum, eaque occaſione, ut accuſatori, qui cauſſam non teneret, exſilii pœna eſſet*. Denique & EDICTI Domitiani, *ut abolitiones ex SCto Turpilliano factæ ad ſervos, capitalis criminis poſtulatos, non pertinerent*, mentio fit *l.* 2. §. 1. *D. de cuſtod. & exhibit. reor.* quamvis id RESCRIPTUM vocet Paullus *l.* 16. *D. ad SC. Turpill.*

§. 239. SENATUSCONSULTA quoque nonnulla ſub Domitiano facta commemorantur. Tale eſt JUNIANUM, quo anno ab V. C. 836. *Domitiano X. & Appio Junio Sabino* coſſ. cautum eſt, *ut qui, per domini & ſervi, aut patroni & liberti colluſionem, factum*

* Quamvis hoc a Domitiano non tam amore juſti & æqui, quam odio Titi, fratris, qui ſemiviris iſtis magnopere delectatus fuerat, conſtitutum eſſet. Xiphilin. *in Domitian. lib.* 67. *pag.* 759. Philoſtrat. *Vit. Apollon. Tyan.* 6. 17. magno tamen omnium cum plauſu excepta eſt illa Domitiani ſanctio. Ut enim omittam laudes, quibus ideo principem proſequuntur Martial. *Lib.* 6. *epigr.* 7. nec non Ammian. Marcellin. *Lib.* 18. *cap.* 4. eam Domitiani legem ita eleganter deſcribit Papinius Statius *Lib.* 3. *ſilva* 4.

*Nunc frangere ſexum,*
*Atque hominem mutilare, nefas: gaviſaque ſolos,*
*Quos genuit, natura videt.*

At paullo poſt, ſub Antoninis, jam iterum mos inoleverat, ut in provinciis impune exſcinderentur mares, modo id Præſidum præſcitu fieret. Juſtin. Martyr. *Apolog.* 2. *pag.* 71. Hinc tam frequenter in uſum revocata eſt hæc prohibitio conſtitutionibus Nervæ, Hadriani, Antonini Pii, Conſtantini M. Leonis Sapientis, ut facile adpareat impares huic vitio leges fuiſſe. Lindenbrog. *ad Ammian. Marcellin: pag.* 150. *edit Gronov.*

*ctum probaſſet, ut vel ſervus ad libertatem, vel libertus ad ingenuitatem proclamaret, liberque aut ingenuus pronunciaretur, is ſervum quidem in poteſtate ac dominio ſuo, libertum autem in patronatu ſuo haberet, l. 1. D. de colluſ. deteg. l. 2. C. eod.* ubi hoc SC. vitioſe pro *Juniano Numianum* dicitur, & *l. 8. D. de in jus voc.* Sed uti adhuc principem egit hæc conſtituens Domitianus: ita tyrannidem redolet SC. *Aſprenate* & *Laterano* coſſ. anno ab V. C. 846. factum, quo *omnes philoſophi urbe & Italia exeſſe juſſi ſunt.* * Gell. *Noct. Attic. lib. 15. cap. 11.*

* Occaſionem ſeveriſſimæ ſanctioni præbuerat Junius Ruſticus, qui Pæti Thraſeæ & Helvidii Priſci laudes ſcribens, eos *ſanctiſſimos viros* vocaverat. Adeo iis temporibus & virtutem laudare periculoſum fuit. Sueton. *Domit. cap.* 10. Pertinuit id periculum ad plurimos, non modo Romanos, ſed & Græcos, veluti Dionem Chryſoſtomum, qui hanc calamitatem ſuam commemorat *orat.* 40. Epictetum, Muſonium, Demetrium, Peregrinum, in primis vero ad Junii Ruſtici propinquos & amicos, quam vere philoſophicam familiam brevi ſchemati incluſam dabo ex Reineſ. *Epiſt. ad Rupert.* 34. *p.* 216. & *Epiſt.* 35. *pag.* 125. ſed a nobis hinc inde ſuppleto. Subjungam etiam alteram Helvidiorum & Pætorum Thraſearum gentem, ut tot utriuſque ſexus perſonæ illuſtres, & incredibilem ſapientiæ famam conſequutæ ſemel ſimulque oculis obverſentur. Et Juniorum quidem Ruſticorum ſtemma tale *eſt*:

L. Ju-

L. Junius Maurus, Lar. Aug. Magiſter, apud Gruter. *Iuſcript. pag.* 1068. *num.* 8.

Junius

vxor II. vxor I.

OMPONIA GRATILLA vxor II. Aruleni Ruſtici, cui vidua nupſit. Relegata a Domitiano. Plin. *Epiſt. L.* 3.*epiſt.*11.

*Aſſudius Curianus*, Gratillæ ex priore matrimonio filius, a matre exheredatus, Plinio herede inſtituto. Plin. *Epiſt. l.* 5.*epiſt.*11.

N.

Junius Arulenus Ruſticus, philoſophus Stoicus a Domitiano interemtus. Suet. *Domit. cap.* 10.

Junius Mauricus exſul ſub Domitiano. Plin. *Epiſt.* 1. 5. & 14. 3. 22.

Junia ſoror.

Vettius Bolanus legionis ductor. Tacit. *Annal. l.* 15. *cap.* 3. rexit Britanniam anno 821. Tac. *Hiſt. Lib. II. c.* 65. *Agric. cap.* 8. & 16.

Q. Junius Ruſticus, cui rhetorem quærit patruus, Junius Mauricus. Plin. *Epiſt. Lib. II. epiſt* 15. Coſ. anno 872.

Fratres quidam Junii Ruſtici, quorum meminit Plin. *Epiſt. Lib. II. ep.* 15. inter quos fortaſſis *Junius Mauricianus*, JCtus, de quo infra §. 309.

Junia virgo, cui Plinius maritum invenit. Plin. *Ep. Lib. I. epiſt.* 14.

Minucius Acilianus Brixienſis, trib. pleb. Prætor & ſenator. Plin. *Ep. Lib. I. epiſt.* 14.

M. Vettius Ruſticus Bolanus coſ. anno 863. Gruter. *Inſcript. pag.* 328. *num.* 5. & *pag* 169. *num.* 7.

Junius Ruſticus, philoſophus Stoicus, Marci Antonini imp. præceptor, Jul. Capitol. *in Marc. cap.* 2. Coſ. ſuffectus anno 915. Gruter. *Inſcript. pag.* 181. *num.* 3. *præfectus urbi & amicus imperatorum* vocatur a DD. fratribus *l.* 1. §. 3. *D. de adpellat.* idem ut videtur, qui Juſtinum Martyrem capitis damnavit. *Acta S. Juſtini philoſophi & ſociorum ejus*, apud Ruinart. *Act. martyr. ſel. pag.* 58.

Alteram vero Helvidiorum & Pætorum familiam hoc ſchemate complectimur:

Pæ-

Pætus Cæcina, qui cum Scriboniano contra Claudium imp. fecerat. Plin. *Epiſt. Lib.* 3. *epiſt.* 10.

Arria, virilis animi femina, maritum in exſilium ſequuta, cujus facta & mortem miratur Plin. *ibid.*

Filius mira pulcritudine & pari verecundia, qui vivo & ſimul ægrotante patre deceſſit. Plin. *Epiſt.* L. 3. *c.* 16.

Helvidius, qui invito Veſpaſiano periit. Suet. *Veſpaſ. cap.* 15.

Arria minor ob mariti fatum, mori cupide voluit, & in filiæ Fanniæ ſolatium precibus mariti a propoſito revocata. Tacit. *Annal. Lib.* 16. *cap.* 34.

Pætus Thrasea, a Nerone mori coactus. Tacit. *Annal.* l. 16. *c.* 34.

Helvidius Priscus a Domitiano interemtus, de quo Tacit. *Agric. c.* 2. Sueton. *Domitian. cap.* 10. Plin. *Epiſt. Lib.* 9. *epiſt.* 13.

Fannia, noverca Helvidii. Plin. *Epiſt.* 9. 13. cum Arria & Gratilla relegata a Domitiano. Plin. *Epiſt.* 3. 11.

Helvidius filius, qui tempore Plinii ſolus ſupererat, domumque fulciebat. Plin. *Epiſt. Lib.* 3. *epiſt.* 21.

Duæ filiæ, quas ambas uno tempore a partu deceſſiſſe, refert Plin. *Epiſt. Lib.* 7. *Epiſt.* 21.

§. 240. Subjungimus more noſtro ſeriem Jurisconsultorum, qui ſub Veſpaſianis potiſſimum floruerunt. Horum veluti familiam duxit Cœlius Sabinus, aliis perperam Cæcilius, qui ab Othone imp. coſ. deſignatus in Kal. Jul. anni ab V. C. 821. cum hono-

honorem & volente Vitellio geſſit. Tacit. *Hiſtor. lib.* 1. *cap.* 77. Plurimum potuit ſub Veſpaſiano, *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* eodem die auſpicante imperium, quo ipſe magiſtratum inierat. Scripſit *librum* DE EDICTO ÆDILIUM CURULIUM; Gell. *Noct. Attic. lib.* 4. *cap.* 2. ex quo & illa, quæ *lib.* 7. *cap.* 4. de ſervis pileatis venum proſtantibus ex Cœlio Sabino profert, decerpta videntur. Sabinianum eum fuiſſe, nemo dubitat: immo potius ab hoc ipſodemum Cœlio Sabino *Sabinianorum* nomen ortum videri, jam ſupra (§. 206.**) monuimus.

§. 241. De Celso patre, nihil fere memoriæ proditum reperimus, quam quod in Ducennii Veri, conſulis, conſilio fuerit. *l.* 29. *D. de legat.* 2. At quis fuerit ille Ducennius, plerique ſe ſcire fatentur juxta cum ignariſſimis. Et ſane ne probabilis quidem videtur conjectura Ant. Auguſtini, qui libro *de nom. propr. Pandect. cap.* 3. *pag.* 259. C. Juventium Verum coſ. vel Guil. Grotii, qui in *Vit. JCtor. lib.* 2. *cap.* 2. L. Cejonium Commodum; vel denique Abr. Wielingii, qui *in Juriſprud. reſtituta pag.* 194. L. Cejonium Verum ſub eo homine latitare exiſtimant *, Neque, an quidquam hic Celſus noſter ſcripſerit, hodie notum eſt, quia raro, & non niſi omiſſa libri inſcriptione, citatur in jure noſtro, ita tamen, ut eum inter Proculi ſe-

* C. Juventius Verus coſ. fuit anno ab V. C. 887. ad quem vix Celſus pater ætatem produxiſſe potuit. Reliqui quoque coſſ. a Grotio & Wielingio laudati Celſo patre juniores videntur. Nos ergo intelligimus Ducennium Geminum, conſulem, cum Pompejo Paullino ſuffectum ex Kal. Jul. anni ab V. C. 809. De his conſulibus videndi Lydiatus *in Serie ſum. magiſtr. pag.* 62. & Spon. *Miſcell. erud. antiquit. pag.* 278. Is ſane & Veri cognomen habere potuit (Vid. *Syllog.* 1. *opuſc. Exerc.* 13. *pag.* 522. *not.* 1. *edit. Genev.*) De ejus præfectura urbis Tacit. *Hiſtor. Lib.* 1. *cap.* 14.

ſectatores fuiſſe, non abſcurum videatur. *l.* 20. *D. de legat.* 2. *l.* 39. *D. mandat.*

§. 242. De PEGASO, JCto celeberrimo, erudite diſſerit Ægid. Menag. *Amoen. jur. civ. cap.* 17. Patrem habuit trierarchum, cujus ex liburnæ paraſamo, quod Pegaſus erat, ipſe nomen accepit, ut refert Scholiaſtes Juvenalis *ad Satyr.* 4. ubi & id addit, *eum juris ſtudiis tantam memoriæ gloriam meruiſſe ut* LIBER *vulgo, non homo diceretur*. Eumdem porro *omni honore functum eſſe*, refert, *quum & provinciis plurimis præfuerit, & urbis curam adminiſtrarit*. Et ſane de ejus conſulatu teſtem habemus Juſtinianum §. 5. *Inſt. de fideic. hered.* de præfectura urbis Pomponium *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* & Juvenalem *Sat.* 4. *v.* 76. ex quibus teſtimoniis colligimus, eum ſemel ſub Veſpaſiano, atque iterum ſub Domitiano, urbi præfuiſſe.

§. 243. Proculejanos ab eximio hoc JCto PEGASIANORUM nomen adſumſiſſe, in vulgus notum eſt, quamvis id vocabulum in jure non occurrat. Videtur tamen ad illud adludere ſcholiaſtes Juvenalis, dum *ibidem* ſcribit: *hinc eſt* PEGASIANUM *ſcilicet* JUS, *quod juriſperitus fuerit* *). Ex ejus libris, ſi quos ſcripſit, nihil in *Pandectas* relatum eſt. At citatur tamen paſſim, taleſque ejus recenſentur ſententiæ, ut eum cum La-

*) Non prætermittenda hic ingenioſa, at mira tamen Jac. Haſaei ſententia, qui in ſingulari *de Berytenſi JCtorum academia* diatribe, *cap.* 3. §. 5. Pegaſi placita jam a Veſpaſiani temporibus Beryti doceri ſolita eſſe, exiſtimat, idque probat teſtimonio Juvenalis *Sat.* 3. *v.* 117.

*Ripa nutritus in illa,*
*Ad quam Gorgonii delapſa*
*eſt pinna caballi.*

Quæ poetæ verba ille hac παραφράσει explicat: *in illa ripa, ad quam Gorgonii caballi pinna, id eſt, Pegaſiani juris diſciplina, quaſi pinna pegaſi, delepſa eſt, quia jus ex placitis ſectæ Pegaſianæ ibi docebatur*. Sed loqui ibi poetam de Egnatio Celere, Beryti nato, res ipſa docet, cauſſamque jam peroravit Gotfridus Maſcov. *de ſectis Sabin. & Proculejan. cap.* 3. §. 5. *n.* 2. *pag.* 68. *ſeqq.*

Labeone, Proculo, Nerva plerumque ſenſiſſe, & diſſenſiſſe a Sabino, adpareat. *l.* 12. §. 3. *D. de inſtruct. & inſtrum. leg. l.* 7. §. 1. *D. de ſenator. l.* 30. *D. de pecul. l.* 27. *fin. D. de adquir. rer. domin. l.* 2. §. 4. *D. de his, qui not. infam. l.* 116. *D. de verb. ſignif.*

§. 244. Circa eadem tempora floruiſſe, anteriores tamen ætate anteceſſiſſe videtur Ursejus Ferox, cujus permagnam & ſereniorem fuiſſe famam, vel ex eo colligas, quod ejus libros notis illuſtrarunt C. Cassius Longinus (§. 229. *) & Julianus. Proculo tamen poſterior fuit, cui aliquoties denunciat teſtimonium. *l.* 27. §. 1. *D. ad leg. Aquill. l.* 11. §. 2. *D. de aqu. & aqu. pluv. arc.* Ipſe non modo a Juliano, ſed & a Caſſio laudatur, ex eoque manifeſto conſequitur, ut eum ſub Nerone & Veſpaſianis floruiſſe dicamus. Proculejanorum ſua ætate acerrimus fuiſſe videtur, dignus quippe viſus, in quem ſtricturas conficerent duo ſcholæ Sabinianæ decora, C. Caſſius & Salvius Julianus. *

§. 245. Fufidium, ignotum antehac JCtum, primus ab oblivione vindicavit Jac. Cujac. *Obſ. Lib.* 1. *cap.* 9. in eo tamen falſus, quod illum, libera adhuc republica floruiſſe exiſtimavit *, quum Atilicinum, Proculo

* Quid ſcripſerit, non minus hodie ignoramus. Opus tamen ejus non exiguum fuiſſe videtur. Quamvis enim *index Florentinus* Juliani *libros* tantum *quatuor ad Urſejum* recenſeat: ipſius tamen *Urſeii Librum* 10. laudat Ulpianus apud *Pariatorem legum Moſ. & Rom. tit.* 11. §. 7.

* Nec magis ſolida eſt Ant. Auguſtini divinatio, qui eumdem fuiſſe hunc Fufidium exiſtimat cum illo L. Fufidio, ad quem M. Scaurum tres libros de vita ſua ſcripſiſſe, quemque in aliquo patronorum numero fuiſſe, refert Cicero *in Brut. cap.* 29. Plin. *Hiſt. nat. Lib.* 30. *cap.* 1. Ita Auguſtin. *de nom. propr. Pand. pag.* 244. ſed eodem Grotii argumento refutandus. Celebris fuit Fufidiorum ;familia, a quo & *lex Fufidia* nomen habuit. Paſſim etiam Fu-

culo σύγχρονον (§. 230.) laudet, *l.* 5. *D. de aur. arg. mund. leg.* recte id obſervante Grotio *Vit. JCtor. Lib.* 2. *cap.* 4. Ceterum pauciſſimis *Pandectes* locis mentio fit hujus Fufidii, ex iiſque adparet, eum ſcripſiſſe libros QUÆSTIONUM, quorum ſecundus laudatur *d. l.* 5. *D. de aur. arg. mund. leg.* Addantur *l.* 25. *D. de manumiſſ. vind.* & *l.* 29. *D. de rebus auctor. judic. poſſid.*

§. 246. Sed & Plautii magnum inter JCtos eorum temporum nomen fuiſſe, vel ex eo patet quod ad ejus libros certatim notas ſcripſerunt Neratius, Javolenus, Pomponius, & Paullus. Quum vero ipſe Cassium & Proculum laudet, *l.* 8. *D. de aur. arg. mund. leg. l.* 43. *D. de condit. & demonſtr.* & viciſſim laudetur a Neratio, *l.* 5. *D. de ſervit. præd. ruſtic.* certiſſimum profecto eſt, eum Veſpaſianorum temporibus vixiſſe. *

§. 247. Proximus eſt Octavenus, de quo, quod dicamus, fere nihil eſt, niſi quod illi a Valente, Terentio Clemente, Pomponio, Marciano, & Ulpiano ſæ-

Fufidiorum fit mentio a Cicerone *Orat. in Piſon. cap.* 35. Horatio *in Satyris*, & ab aliis.

* *Plautii* celeberrimi fuerunt ſub Claudio & Nerone Auguſtis, in primis *A. Plautius*, qui primus e conſularibus Britanniæ præfuit, Tacit. *Agric. cap.* 14. atque inde ovans rediit. Tac. *Annal. Lib.* 13. *cap.* 32. Nec magis notus *Plautius*, qui inter Meſſalinæ adulteros nominatus ob patrui, Auli procul dubio, merita id flagitium impune tulit. Tac. *Annal. Lib.* 11. *cap.* 30. & 36. Denique omnium celeberrimus *Plautius Lateranus*, qui a Nerone mori juſſus, incredibile conſtantis atque intrepidi animi ſpecimen edidit, laudatus ideo a Tacito *Annal. Lib.* 15. *cap.* 60. & Arriano *Diſſ. Epictet. Lib.* 1. *cap.* 1. Poſtremo huic liberi fuerunt ſuperſtites, quos ne complecti quidem patri ante mortem licuit, teſte Tacito *ibid.* Sed eodem tempore & alii celebrantur Plautii, quorum adcuratius ſtemma confecit Reineſ. *Epiſtol. ad Rupert.* 32. *pag.* 106. Veroſimile itaque eſt, virorum iſtorum aliquem Plautii noſtri vel parentem, vel fratrem fuiſſe.

ſæpius teſtimonium denuncietur *, adeoque & ipſe ſub Veſpaſianis videatur floruiſſe. Grot. *Vit. JCtor. l. 2. c.* 5. Idem ſuſpicatur, eum quædam AD EDICTUM, nec non AD LEGEM JULIAM ET PAPIAM, in quibus illuſtrandis eo tempore JCti præcipue exercebant ingenia, ſcripſiſſe. Quod poſterius ex *l. 32. D. qui & a quib. manumiſſ. liber. non fiunt*, colligit: quamvis rem non adeo expeditam eſſe, obſervaverim *in Commentar. ad leg. Jul. & Pap. l. 1. c. 1. §. 4.*

§. 248. Denique & VALERII SEVERI ſcripta memorantur a Juliano, *l. 30. D. de negot. geſt.* adeoque ſatis certum eſt, JCtum iſtum ante Hadriani imperium vixiſſe. Fallitur tamen, niſi ipſe fallor, Guil. Grotius *Vit. JCtor. l. 2. c. 5.* dum Hadrianum imp. *l. 3. §. 2. D. de teſtam.* ad hunc ipſum VALERIUM reſcripſiſſe, exiſtimat, quum ibi non *Severus*, ſed *Verus Valerius* nominetur, & nominis iſtius emendatio nullius fide MSCti nitatur. Neque magis certum eſt, quod idem conjicit Grotius, *Valerium* hunc eſſe illum *Severum*, quocum Plinio Secundo litterarum commercium interceſſerit: Vid. *l. 3. epiſt. 6. 18. l. 4. epiſt. 28. l. 5. epiſt. 1. l. 6. epiſt. 27. & l. 9. epiſt. 22.* Nam nec Valerii nomen exſtat apud Plinium, &, ſi exſtaret, illud eo tempore tam multis commune fuit, ut nihil certi ex eo colligere liceret *.



* Laudatur hic JCtus etiam ab auctore *fragmenti veteris JCti*, quod a Petro Pithoeo primum in lucem protractum, poſtea Ant. Schultingius *Juris prudentiæ veteri & antejuſtinianeæ* inſeruit, & quidem §. 12. *pag. 806.* ubi tamen falſo vocatur OCTAVIANUS. Ceterum ex hoc ipſo fragmento ſaltim id diſcimus, quod Octavenus hic meminerit legis Juniæ Norbanæ, adeoque eum poſt Tiberii tempora vixiſſe oporteat.

* Plures eo tempore paſſim occurrunt VALERII SEVERI, & quidem milites æque, ac aliorum ordinum homines, maxime in marmoribus. Vid. Gruter. *Inſcript. pag. 49. n. 4. p. 566. num. 6. p. 745. n. 6. p. 1077. n. 7.* Periculoſum ergo eſt, in tanta *Valeriorum & Severorum* ὁμωνυμίᾳ certi quid ſtatuere velle.

§. 249. Hæc de Veſpaſianorum temporibus. Eorum ſucceſſor M. Cocceius Nerva, imp. JCti filius & nepos, licet breve habuerit imperium, non tamen omnino nihil ad augendam juris prudentiam contulit. Primus prætorem fiscalem, qui inter fiſcum & privatos jus diceret, conſtituit, *l.* 2. §. 32. *de orig. jur.* & militibus, teſtamenta condituris, leniſſimam indulgentiam dedit *. *l.* 1. *D. de teſtam. milit.* Primus deinde quæſtionem de ſtatu defunctorum, elapſo a morte quinquennio, vetuit: *l.* 4. *pr. D. ne de ſtatu def.* quin & primus civitatibus omnibus, quæ ſub imperio Romano eſſent, legata relinqui permiſit. Ulpian. *Fragm. tit.* 24. §. 8. Legis quoque agrariæ a D. Nerva latæ mentio fit *l.* 1. *D. de term. mot.* ſed ea procul dubio SC. tantum fuit. Ulr. Obrecht. *de legib. agrar. c.* 5.

§. 250. Nervæ ſucceſſit Trajanus, *Optimi* cognomine ornatus a ſenatu, laudatusque tantum non ab omnibus eorum temporum ſcriptoribus. Quemadmodum civilitatis laudem in omnibus rebus adfectavit: ita ſervavit id inſtitutum, ut de præcipuis ad ſenatum referret.

§. 251. Argumento ſunt tot SCta, ſub ejus imperio condita, inter quæ primum eſt Rubrianum, factum anno 853. *Rubrio Gallo* & *C. Cœlio Hiſpone* coſſ. ex Kal. Jul. ſuffectis. Grut. *Inſcript. pag.* 464. *num.* 1. quo cautum, *ut, ſi hi, a quibus libertatem præſtari oporteret, evocati a prætore non adeſſent, neque ulla juſta cauſſa impedirentur; prætor vero, cauſſa cognita, libertatem deberi, pronunciaſſet, eorum ſtatus eodem jure ſer-*

* Idem & filiifamilias militantibus teſtandi dedit faculatem, de iis ſaltim rebus, quas in expeditione adquiſiviſſent. Id Trajanus poſtea firmavit, militibusque, licet in patria poteſtate conſtitutis, eam poteſtatem ratam eſſe voluit. Hadrianus vero eam ulterius produxit etiam ad veteranos. *pr. Inſt. quib. non eſt perm. fac. teſtam.*

*ſervaretur, ac ſi directo manumiſſi eſſent.* * Ita enim hoc SC. deſcribitur *l.* 26. §. 7. *ſeq. l.* 28. *l.* 33. *l.* 36. *D. de fideic. libert. l.* 3. §. 3. *D. de legit. tut.*

§. 252. Paullo poſt prodiit SC. Dasumianum. Illud enim non multo poſt *Rubrianum* & *Articuleianum* factum eſſe, obſervavit Ant. Auguſtin. *de nom. propr. Pandect. cap.* 4. *pag.* 325. Eo cautum *, ut ſi ex juſta *etiam cauſſa abeſſet, qui fideicommiſſariam libertatem deberet, & hoc pronunciatum eſſet, perinde libertas competeret, atque, ſi, ut oportebat, ex cauſſa fidei commiſſi manumiſſus eſſet.* Ita Marcianus *l.* 51. §. 4. *D. de fideic. libert.* Itemque, *ut, quemcumque fideicommiſſam libertatem ex quacumque cauſſa debere pronunciatum fuerit, & eum eosve abeſſe contigerit, perinde haberetur, atque ſi, ut oportebat, ex cauſſa fideicommiſſi manumiſſus eſſet. l.* 51. §. 6. *D. eod.*



* In *l.* 29. *D. de fideic. libert.* Paullus addit: *ſi quis, poſteaquam in ea cauſſa eſſe cœperit, ut ex fideicommiſſo manumitti deberet, alienatus ſit, eum quidem, cujus interim ſervus fuerit, manumittere cogi, neque hic diſtingui, juſta, an non juſta cauſſa abſit: omnino enim* LIBERTATEM EI SERVARI. Poſtrema verba Merill. *Obſerv. l.* 6. *c.* 24. mutanda cenſet, reſcribendumque putat: *omnimodo enim &* LIBERTUS *ſervatur.* Qua in re ſequitur Græcos, præfatus, *non temere quidem ſe adſentiri Græcorum interpretationibus, quibus vis Latini ſermonis, & potiſſimum verborum ad jus civile pertinentium haud ſatis perſpecta fuerit: hic tamen rationem facere, ut eorum lectionem tueri malit.* At quæ ratio? Quod in ipſo SCto ita exprimitur: *eorum ſtatus ſervatur*; id Paullus reddit: *ei libertas ſervatur.* Et quis ita loquitur: *libertus ſervatur?*

* Novi ergo quid Rubriano adſtructum eſt per SC. Daſumianum. Ex Rubriano enim ob verba: *ſi adeſſe noluerit*, quærebatur, quænam ſit cauſſa abſentiæ, juſtane, an injuſta? ſi injuſta, ſervus manumittebatur, ſed fiduciarius jura patronatus amittebat: Sin juſta, libertas ſervabatur, ſed jura patronatus ſalva eſſe jubebat SC. Daſumianum. *l.* 36. *D. de fideic. libert.* Merill. *Obſ. l.* 6. *c.* 24.

§. 253. SC. ARTICULEJANO *Trajano IV.* & *Sex. Articuleio Pæto* coſſ. anno ab V. C. 851. facto cautum eſt, *ut quacumque in provincia libertas ſervo relicta teſtamento fuerit, præſes ejus provinciæ ea de re cognoſceret, quamvis hæres non eſſet ejus provinciæ. l. 51. §. 7. D. de fideicomm. libert.* Inter SCta procul dubio etiam fuit illa LEX VECTIBULICI, quæ libertis mancipiorum jura civitatis conceſſit, *l. ult. C. de ſerv. reip. manum.* quamque ego iisdem temporibus conditam fuiſſe arbitror *.

§. 254. Denique SCti, quo *actio ſubſidiaria adverſus magiſtratus municipales, tutorum nominatores, ſi adminiſtrationis tempore non fuerint ſolvendo, nec ex cautione fidejuſſoris ſolidum exigi poſſit, indemnitatis nomine introducta eſt*, mentio fit in conſtitutione DIOCLETIANI & MAXIMIANI AUG. *l. 5. C. de magiſtr. conven.* Id vero

* Municipia olim ſervos manumittere plane non poterant, quia actio legis non poterat per procuratorem explicari. *l. 123. pr. D. de regul. jur. l. 3. C. de vind. lib.* Poſtea id permiſſum quidem eſt municipiis: at manumiſſi non cives erant, ſed ex lege Ælia Sentia tantum in libertate morari dicebantur. Ulpian. *Fragm. tit. 1. §. 12.* Quum porro lex Junia Norbana omnes, quos lex Ælia Sentia in libertate morari patiebatur, Latinæ conditionis eſſe juberet: idem jus & municipiorum libertis competebat: donec hac lege Vectibulici participes fierent jurium civitatis. Quamobrem parum ſolida eſt Hermanni Noordkerkii obſervatio, legem illam Vectibulici multo antiquiorem eſſe temporibus Tiberii, exiſtimantis. *Diſquiſ. de lege Petron. pag. 98.* Potius hanc legem, quodcumque verum ejus nomen fuerit, latam eſſe oportet inter annum 771. quo lex Junia Norbana lata eſt, & annum V. C. 881. quo lex Vectibulici etiam ad provincias prolata eſt. *l. ult. C. de ſerv. reip. manumiſſ.* Quum vero monſtrum nominis ſit illud Vectibulici, anno vero v. c. 863. conſul cum *L. Calpurnio Piſone* fuerit VETTIUS RUSTICUS BOLANUS, Gruter. *Inſcript. pag. 66. n. 2. pag. 126. n. 5. & pag. 163. n. 7.* non dubitamus, quin ſcribendum ſit: *lex Vertia* vel *Vectia Bolani*.

vero auctore Trajano factum eſſe, & hac ipſa lege exprimitur, & aliunde ſatis notum eſt.

§. 255. Multa tamen etiam Trajanus non adhibito in conſilium ſenatu; RESCRIPTIS atque EDICTIS conſtituit. Et illorum quidem quam plurima memorantur in jure noſtro: magis tamen notatu digna ſunt EDICTA, veluti *de iis*, *qui ſe ipſi detulerint*, *parte quadam eorum*, *quæ contra leges ceperint*, *donandis*, * *l.* 13. *pr.* §. 1. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 42. *l.* 49. *D. de jur. fiſc. l.* 5. §. 10. *D. de his*, *quæ ut indign.* Quod BENEFICIUM D. TRAJANI; quod in jure noſtro vocatur, caput tantum fuiſſe videtur EDICTI ſeveriſſimi; *quo delatorum calumnias compeſcunt*. Plin. *Panegyr. c.* 34. Sed & de ſtateris adulterinis, *l.* 6. §. 1. *D. de extr. cogn.* nec non de pollicitationibus, quædam edixiſſe dicitur princeps optimus. *l.* 14. *D. de pollicitat.*



* Hæc ſui ipſius delatio ad caduca, quæ fiſcus capiebat, pertinebat. Quum enim lege Julia caducaria præmia conſtituta eſſent delatoribus, quæ deinde Nero ad quartas redegerat, Suet. *Ner. c.* 10. id vero lucrum plures moveret, ut per calumniam bona quævis, tamquam caduca deferrent: demum delatorum calumniis ita interceſſit Trajanus, ut ipſis poſſeſſoribus liceret ſe ipſos deferre, illudque tunc lucrum majus caperent, quam alioquin delatoribus vel quadruplatoribus cedebat, nempe dimidiam. *l.* 13. *pr. D. de jur. fiſc.* Quumque alias non omnibus promiſcue liceret deferre: ſe ipſos deferre poterant etiam feminæ, & adoleſcentuli in pupillari ætate conſtituti, *l.* 16. *D. eod.* modo ſe ipſos tantum deferrent, non alios. Id enim tam rigide exigebant interpretes, ut ne illud quidem, quod ſervo fuerat relictum, a domino deferri paterentur. *l.* 13. §. 8. *D. eod.* Dubitatum etiam legimus, an heres ejus, qui contra leges ceperit, deferre poſſet. At DD. Fratres reſcripſerunt, ita demum heredes deferre poſſe, ſi is, cui plus juſto datum fuerit, conſtituerit ſe ipſum deferre, idque morte præventus non potuerit. *l.* 13. §. 5. 6. *D. eod.* Plura, quæ ad hoc edictum illuſtrandum pertinent, obſervavimus *in Commentar. ad leg. Jul. & Pap. Popp. l.* 3. *c.* 10. §. 3.

§. 256. Proximum eſt, ut & JURISCONSULTORUM, qui ſub Nerva & Trajano potiſſimum floruerunt, brevem recenſum inſtituamus. Horum princeps, P. JUVENTIUS CELSUS, qui ex rationibus noſtris anno ab V. C. 820. aut non multo poſt natus *, & puer artibus elegantioribus ac philoſophia Stoica probe excultus, juris prudentiam a patre edoctus eſt, *l.* 20. *D. de legat.* 3. cujus exemplo & Proculi ſectæ ſe addixit. Cujac. *Obſ. l.* 8. *c.* 35. *l.* 27. *c.* 12. Maſcov. *de ſect. Sabin. & Proculei. c.* 3. §. 7. *pag.* 75. Attamen veritatis, quam ſectæ, ſtudioſior, aliquando a Labeone, Nerva, ipſoque patre diſſenſit, *l.* 25. *pr. D. de furt. l.* 29. *D. de evict. l.* 3. §. 6. *D. de condict. cauſſ. dat.* ac Sabino & Caſſio adſentiri non dubitavit, *l.* 65. §. 3. *D. de legat.* 3. *l.* 6. *D. de condict. ob turp. cauſſ.*

§. 257. Cum Nerva, qui imperio poſtea potitus eſt, aliisque conjuraverat adverſus Domitionum, ſed nominatus inter conjuratos, eo periculo ſe callide expediverat, dum perſuaſerat principi, ſe expertem eſſe ejus criminis, & liberaliter ei fuerat pollicitus, ſe ipſum indagaturum ſceleris ſocios, argumentoque conju-

ratio-

* Rationes autem ita ſubducimus. Juventii noſtri prætura incidit in ætatem Plinii. Et hic quidem refert, eum prætorem graviter altercatum eſſe cum Licinio Nepote, de ſententia, quam hic in cauſſa Pomponii Rufi Vareni, repetundarum a Bithynis poſtulati, in ſenatu dixerat. Plin. *l.* 6. *epiſt.* 5. Ea cauſſa acta eſt anno ab v. c. 854. quia tunc *M. Acilium Rufum*, coſ. deſignatum, primum ſententiam dixiſſe, alibi obſervat Plin. *l.* 5. *ep.* 20. qui eo anno conſul ſuffectus fuit. Quumque ex eodem conſtet Plinio, *l.* 7. *epiſt.* 16. leges annarias tunc adhuc religioſe fuiſſe obſervatas, annum vero præturæ legitimum eo tempore fuiſſe ætatis trigeſimum quartum, nemo ignoret: natum eſſe oportet Celſum noſtrum circa annum 820. vel aliquot annis prius aut poſterius, quia aliquot anni aliquando vel jure liberorum, vel beneficio principis remittebantur. Tacit. *Annal. l.* 2. *c.* 51. *l.* 2. *D. de minorib. Comment. noſt. ad leg. Jul. & Pap. Popp. l.* 2. *c.* 6. §. 3.

rationis perſpicua ſuggeſturum: ita vero dimiſſus, rem ad cædem usque Domitiani extraxerat. Dio Caſſ. *l.* 67. *pag.* 765. Philoſtr. *Vit. Apoll. Tyan.* 7. 3. Hoc facinus illi, cæſo Domitiano, magno procul dubio adjumento fuit ad honores conſequendos. Præturam enim anno ab V. C. 854. Plin. *Lib.* 6. *epiſt.* 5. conſulatum priorem neſcio quo anno; poſteriorem anno ab V. C. 881. collega Marcello geſſit: Noriſ. *de epoch. Syro-Macedon. pag.* 498. quin & inter Hadriani amicos & conſiliarios fuit, Spartian. *Hadrian. c.* 18. extremis ejus annis, uti videtur, fato functus *, Vid. *Syllog.* 1. *opuſc. Exerc.* 13. *pag.* 529. *edit. nov.*

§. 258. Scripſit EPISTOLAS, quarum *librum* 11. laudat Ulpian. *l.* 3. *D. de min.* nec non QUÆSTIONUM *libros* ſaltim 19.* *l.* 1. *D. de reb. cred. l.* 9. §. 2. *D. de hered. inſtit. l.* 19. *D. de aur. arg. leg.* itemque COMMENTARIOS, quo-



* Non ergo confundendus eſt noſter cum filio ejuſdem nominis, qui ſub Antoninis imperatoribus tamquam PROMAGISTER, libello liberti Auguſt. quo petierat, ut conjugis & filii reliquias feretro fictili liceret inferre 3. Non. Novembres *Antio*, & *Opimiano* coſſ. ordinariis, id eſt, anno ab V. C. 907. ſubſcripſit. Is libellus cum P. JUVENTII PROMAGISTRI ſubſcriptione integer extat in lapide apud Gruter. *pag.* 687. eumque perperam ad JCtum noſtrum retulerunt Grot. *Vit. JCtor. l.* 2. *cap.* 3. & Menag. *Amœnit. jur. civ. c.* 20. quum eum, tunc fere nonagenarium, promagiſtri negotioſiſſimum officium obiiſſe, ne veroſimile quidem videatur.

* Quales fuerint ſcripti a veteribus JCtis QUAESTIONUM libri, (tales enim præter noſtrum & Africanus, Cervidius Scævola, Tertullianus, Papinianus, Calliſtratus, & Julius Paullus reliquerunt), oſtenderunt Jac. Cujac. *in Tract.* 1. *in African.* Bynkershoek. *ad l. lecta cap.* 1. *pag.* 6. & Ev. Otto *in Papin. c.* 12. *pag.* 361. *ſeqq. edit. nov.* Nimirum quum ſæpe JCti inciderent in problemata juris: ea, publice tractata, editis quæſtionum libris evulgabant JCti, rationesque, cur eæ deciſiones placuerint, diligentius atque exquiſitius, quam in *Reſponſorum libris*, explicabant. Ex quo ſimul intelligitur, cur inſcriptionem QUAESTIONUM PUBLICE TRACTATARUM operi ſuo præfixerit Cervidius Scævola.

quorum *liber* 7. laudatur *l.* 19. §. 6. *D. de aur. arg. mund.* Ex nullo vero alio opere Tribonianus fragmenta in *Pandectas* retulit, quam ex DIGESTORUM *libris* 39. ut illi ſoli ea ætate adhuc exſtitiſſe videantur. Somniare dixeris Bern. Rutil. *in Vit. JCtor. c.* 58. qui Celſo noſtro INSTITUTIONUM *libros* 20. nec non JAN. VINC. GRAVINA, qui ei librum DE USUCAPIONIBUS tribuit, in eoque illum crebram patris ſui mentionem facere addit, quum CELSI *patris* vix ſemel ac iterum mentio fiat in toto *Pandectarum* opere.

Σύγχρονος P. Juventio Celſo, ejusque condiſcipulus, (ſiquidem uterque Celſo patri in ſchola Proculejana ſucceſſit, *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.*) fuit NERATIUS PRISCUS *, vir omnibus probatiſſimus, & doctrina moribusque eximius, & tam carus Trajano imperatori, ut hic non modo conſiliis ejus uteretur, *l.* 5. *D. ſi a parent. quis manumiſſ.* ſed & ex multorum ſententia eum ſucceſſorem deſignaret, eique aliquando diceret: *commendo tibi provincias, ſi quid mihi fatale acciderit*. Spartian. *Hadr. c.* 4. Conſul fuit, collega Annio Varo, *l.* 6. *D. ad leg. Cornel. de ſicar.* poſteaque & inter Hadriani conſiliarios locum habuit, Spartian. *Hadr. cap.* 18. ſub quo principe & deceſſiſſe illum, opinor.

§. 260. Plura reliquerat ingenii monimenta, veluti REGULARUM *libros* 25. MEMBRANARUM *libros* 7. RESPONSORUM *libros* 3. quæ ſola in Indice Florentino me-

* In veteris JCti *fragmento Regularum* apud Schulting. vocatur NERATIUS PROCLUS. Sed aut *Priſcus* reſcribendum, quod Pithœo placuit, aut & PROCULUS, quod ego malim. Ceterum, quum apud Ulp. *Fragm. tit.* 11. §. 28. PRISCUS dicatur inter Proculejanos & Caſſianos in quæſtione de pubertate ita ſe medium geſſiſſe, ut amborum ſententiam conjungeret, incertum eſt, noſterne ſit intelligendus, an Javolenus, quia uterque & ejusdem cognominis, & maximæ auctoritatis fuerit. Schulting. *Juris prud. vet. antejuſtin. pag.* 604.

memorantur. At præter hæc opera laudantur etiam *libri* EPISTOLARUM *, *l.* 12. §. 35. *D. de inſtr. leg. libri* EX PLAUTIO, *l.* 5. *D. de ſerv. præd. ruſtic. libri* DE NUPTIIS apud Gell. *Noct. Attic. l.* 4. *c.* 4. etiam NOTAS AD FULCINIUM, *l.* 43. *D. de mort. cauſſ. donat.* quemadmodum & AD NERATIUM *Notarum libros* 4. reliquerat Julius Paullus. Ceterum & Neratium feciſſe cum Proculo, vel ſchola, ex qua prodierat, ſatis ſuperque demonſtrat Maſcov. *de ſect. Sabin. & Procul. cap.* 3. §. 8. *pag.* 76.

§. 261. Iiſdem temporibus inclaruit T. ARISTO, æqualis Celſo & Neratio, quibuſcum illi & litterarum commercium interceſſit. *l.* 19. §. 2. *D. locat. l.* 3. *pr. D. quæ res pign. vel hypoth. l.* 29. §. 1. *D. de ſtatu lib.* Ex quo tamen non conſequitur, eum Proculejanis eſſe adnumerandum, a Pegaſi ſane opinione ſuam ſejungit ſententiam *l.* 19. *D. de hered. inſtit.* Amiciſſimus fuit Plinio, qui *l.* 1. *epiſt.* 22. illi, pertinaciter ægrotanti, tamquam jam mortuo, tanta facundia parentavit, ut ſimul veram perfecti JCti immaginem, qualem illo tempore animo concipiebant viri docti, ob oculos ponere voluiſſe videatur *.

§. 262.

* Videtur Neratius litterarum commercium habuiſſe cum viris, qui tum floruerunt, doctiſſimis. Nam & Plinius, quas *l.* 2. *epiſt.* 13. *l.* 6. *epiſt.* 8. & *l.* 7. *epiſt.* 8. & 19. ad Priſcum dedit, epiſtolas, ad Neratium noſtrum videtur ſcripſiſſe. At epiſtolæ tamen, quales Proculus, Celſus, Neratius, aliique veteres JCti reliquerunt, non tam ad familiares amoris cauſſa & de negotiis privatis, quam ad JCtos de quæſtionibus juris dubiis, vel ad conſulentes, de ſpeciebus ambiguis ſcriptæ videntur.

* Primo generatim laudat ejus gravitatem, ſanctitatem, doctrinam, quam tam variam ac diffuſam eſſe ait, *ut ſibi non unus homo, ſed litteræ ipſæ, omnesque bonæ artes, in uno homine ſummum periculum adire videantur.* Deinde imprimis eruditionis juridicæ ambitum ita circumſcribit: *quam peritus ille & privati juris & publici? quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis te-*

§. 262. De ſcriptis Ariſtonis, quod mireris, nihil Plinius. Ex jure tamen noſtro patet, illum notaſſe AD CASSIUM, *l.* 7. §. 3. *l.* 17. *D. de uſufr.* AD SABINUM, *l. 6. D. de uſu & habitat. l.* 3. §. 1. *D. de penu leg.* nec non AD LIBROS POSTERIORUM LABEONIS, *l.* 17. §. *ult. D. de hered. inſtit.* Librum porro illius DE FURTIS laudat Gell. *Noct. Att. l.* 11. *c.* 18. & collectionem DECRETORUM FRONTINIANORUM * Pomponius *l. ult. D de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* An & RESPONSA, & DI-

*net? nihil eſt, quod diſcere velis, quod ille docere non poſſit. Mihi certe, quoties aliquid abditum quæro, ille theſaurus eſt.* Laudat porro ejus in ſermonibus fidem, in reſpondendo circumſpectam tarditatem, frugalitatem in victu & cultu, magnitudinem animi, quæ nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam referat. Denique eum tamquam genuinum Stoæ alumnum deſcribit, quamvis enim non ſectetur gymnaſia & porticus, nec diſputationibus longis aliorum ocium ſuumque delectet, ſed in toga negotiisque verſetur, multosque advocatione, plures conſilio juvet: non tamen facile quemquam eorum, qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis præferant, huic viro videri comparandum. Addit, nemini illum caſtitate, pietate, juſtitia, fortitudine, patientia in morbo pertinaciſſimo, etiam primo loco cedere: quin jam ſibi paucisque aliis aperuiſſe eum conſilium, ſponte exeundi e vita, ſi medici morbum inſuperabilem eſſe renunciarent. Quæ omnia argumento ſunt, Ariſtonem more ſæculi philoſophiam Stoicam cum adcuratiore juris peritia, omniumque bonarum artium ſcientia conjunxiſſe.

* At quid DECRETA FRONTINIANA? Id hodie nemo facile dixerit. Videtur tamen quidam vel *Frontinus*, vel *Fronto* in juris dictione ſua multa ſevere ac prudenter decreviſſe, quæ deinde digna viſa Ariſtoni, quæ animadverſionibus ſuis illuſtraret. Ceterum ad *Frontonem* quemdam reſcribit Trajanus, *l.* 5. *D. de pœn.* & M. Cornelius Fronto conſul fuit anno ab V. C. 852. idem fortaſſis cum priore. Sed alii quoque circa eadem tempora paſſim memorantur *Frontones* & *Frontini*, quos recenſet Ant. Auguſtin. *de nom. propr. Pand. pag.* 272. 353. 361. 377. 379. *&* 399.

DIGESTA ſcripſerit, (quod ex *l.* 8. §. 5. *D. ſi ſerv. vind.* & *l.* 44. *D. ſolut. matr.* colligunt), alii viderint.

§. 263. Minus celebres ea ætate fuerunt ARRIANUS, SERVILIUS, & VIVIANUS. ARRIANUM Guil. Grotius eumdem eſſe ſuſpicatur cum illo, ad quem literas dedit Plin. *l.* 1. *epiſt.* 2. *l.* 2. *epiſt.* 11. & 12. *l.* 4. *epiſt.* 8. & alibi. Sed id incertum. Certius multo eſt, eum ſcripſiſſe libros DE INTERDICTIS, qui citantur *l.* 11. *D. de hered. petit.* SERVILIUS a ſolo Terentio Clemente laudatur, & ita quidem, ut eum Proculo poſteriorem fuiſſe adpareat *, *l.* 10. *D. de jur. patron.* Poſtremus VIVIANUS laudatus ſubinde a Cervidio Scævola, Pomponio, Ulpiano, Paullo, ipſe aliquando Sabino, Caſſio, & Proculo teſtimonium denunciat. Quædam ſcripſiſſe videtur AD EDICTUM, ad quæ deinde notas edidit Pomponius. *l.* 17. §. 4. *D. commodat.*

§. 264. De ſerenioris famæ JCti, MINUCII NATALIS, ætate eo minus dubitare licet, quod ad eum reſcripſiſſe dicitur Trajanus, *l.* 9. *D. de fer.* Cujac. *Obſ. l.* 7. *cap.* 2. & ita quidem, ut eum tunc Proconſulem fuiſſe adpareat, quippe cujus de officio ibi Ulpianus diſſeruit. Firmant hanc conjecturam marmora apud Gruter. *Inſcript. pag.* 49. *n.* 6. & *pag.* 59. *n.* 8. in quorum altero PROCOS. LIBYÆ; in altero LEG. AUG. PRO PR. PROVINCIÆ MŒSIÆ INFERIORIS vocatur *. Sabinia-

* Ex quo manifeſtum eſt, quamvis pro *Servilius* plerique codices MSSC. habeant SERVIUS, hic tamen intelligi non poſſe Servium Sulpicium. Quandoquidem tamen JCti veteres raro citarunt obſcurioris famæ homines: elegans profecto eſt conjectura Bynkersh. *Obſ. l.* 5. *c.* 23. pro *Servilio* reſcribentis *Cervidium*, puta Scævolam, & qui per ætatem & laudari a Terentio Clemente, & laudare Proculum potuit.

* Ex eadem inſcriptione patet, Minucio huic prænomen fuiſſe *Lucio*, itemque eum & conſulem, & Augurem fuiſſe. Tota enim ita ſe habet:

binianum ſe ſuo indicio prodit. *l.* 61. *D. de rei vindic.* *l.* 22. *D. de reb. cred. l.* 6. §. 4. *D. de act. emt.* Cujac. *Obſ. l.* 10. *c.* 4. Quid vero ſcripſerit, hodie fere neſcimus, quamvis ejus libros, qualeſcumque fuerint, Notis a JULIANO illuſtratos eſſe, ſatis conſtet.

§. 265. CALVISII cujusdam nomen JCtorum catalogo ideo inſeruit Guil. Grot. *in Vit. JCt. l.* 2. *c.* 5. quod Plinius Secundus *l.* 5. *epiſt.* 7. Calviſio euidem dat negotium, decurionum Comenſium ordinem docendi; quid juſtum ſit circa legata municipio relicta. Sed quum talia, ut non dicam cujus ex trivio, ſaltim mediocriter prudenti diligentique homini mandare potuerit Plinius: ego ideo Comenſem illum non dixerim JCtum, multo minus illum auctorem crediderim ACTIONIS CALVISIANÆ, cujus originem ad eumdem referre non dubitet Grotius.

§. 266. Meliore jure hic locum damus LÆLIO FELICI, quem ad Hadriani tempora vitam produxiſſe, patet ex *l.* 3. *D. ſi pars hered. pet.* Scripſit AD MUCIUM, ex quo libro quædam deſcerpſit Gell. *Noct. Att. l.* 15. *c.* 27. Nec aliunde eſſe videntur, quæ ab eo *αὐτόπτῃ* ſcripta eſſe dicuntur de muliere Alexandrina quin-

HERCULI
TIBURT. VICT.
ET CETERIS DIS
PRÆT † TIBURT.
L. MINUCIUS
COS. AUGUR.
LEG. AUG. PR. PR.
PROVINCIÆ
MŒSIÆ INFER.
VOTIS SUSCE.

† Apianus rectius legit PENAT.

In quem vero annum hic conſulatus L. Minucii Natalis incidat, nullo indicio deprehenditur.

quinque ſimul utero geſtante. * *d. l. 3. D. ſi pars hered. pet.* Ceterum Lælii Felicis teſtimonio utitur etiam Paullus *l. 43. D. de hered. pet.*

§. 267. Progredimur ad Hadrianum imperatorem, ſub quo novam veluti faciem induiſſe juris prudentiam, inter omnes conſtat. Juvenis adhuc, quum futuri ſollicitus Virgilianas ſortes conſuleret, ſors exiit illud *Æneid. Lib. 6. v. 809.*

*Quis procul ille autem, ramis inſignis olivæ*
*Sacra ferens? Noſco crines, incanaque menta*
*Regis Romani, primam qui LEGIBUS urbem*
*Fundabit.*

teſte Spartiano *in Hadr. c. 2.* Quam ſortem probante eventu, Hadrianus in publica privataque vita Numam imitari ſtuduit. Aurel. Victor *Schotti c. 4.* Dodwell. *Prælect. Cambden. 7. pag. 295. ſeq.* In eo tamen præcipue ſe ad Numæ exemplum compoſuit, quod legibus armavit rem publicam, quod in eo laudant Latin Pacat. *Panegyr. c. 11.* Oroſ. *l. 7. c. 13.* Jo. Salisber. *Nugar. curial. l. 8. c. 19.*

§. 268. Sic primus condi juſſit *Edictum perpetuum*, quum prætores ad ejus usque tempora edicto ſingulis fere annis novi quid adſtruxiſſent *. Falluntur enim, qui

* Eamdem hiſtoriam narrant etiam Cajus *l. 7. D. de reb. dub.* Julianus *l. 36. D. de ſol.* Phlegon *de mirab. c. 29.* Jul. Capitol. *Antonin. Pio c. 9.* ſed circumſtantiis tam diſcrepantibus, ut ambiguus hæreas, idemne, an diverſa narrent. Totam rem cum cura expenderunt Rigalt. *ad Tertullian. de anima, cap. 17. pag. 81.* & Car. Hannibal Fabrott. *Exercit. ſelect. 2.*

* Duraſſe hunc morem ad Hadriani uſque tempora, probari poteſt luculento loco *l. 6. §. 1. D. de cuſtod. & exhibit. reor.* ubi Marcianus: *ſed & caput*, inquit, *mandatorum exſtat, quo D. Pius, quum provinciæ Aſiæ præerat,* SUB EDICTO PROPOSUIT, *ut irenarchæ, quum adprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis & receptatoribus*, cetera. Aſiam autem eum multo ante, quam ab Hadriano eſſet adoptatus, rexiſſe ſub Ha-

qui Paullo Diacono credentes, eam laudem Antonino Pio tribuunt, vel decepti loco Aurelii Victoris male ſano, Didio Juliano edictum illud deberi, contendunt, veluti Garro *ad l. 2. §. ult. D. de orig. jur.* & Hugo Grot. *Flor. ſparſ. pag.* 87. Hadriani vero auſpiciis hunc laborem ſuſcepiſſe SALVIUM JULIANUM, teſtantur Eutrop. *l.* 8. *c.* 9. & ipſe Juſtinianus *Conſtit. Græc. de confirm. Digeſtor.* §. 18.

§. 269. Auctor eſt Euſebius *Chron. n.* 2147. illo Abraami anno in lucem prodiiſſe edictum perpetuum: qui annus inchoandus eſt a Kal. Octobr. anni ab V. C. 884. eræ Dionyſ. 130. Quum vero ſequente demum anno Hadrianus celebrarit quindecennalia, quæ ut pluſimum illuſtrium legum promulgatione ſolebant celebrari: Ant. Pagi *Diſſert. hypat. Part.* 2. *c.* 4. §. 3. *p.* 123. genuina publicati edicti perpetui era incidere videtur in annum eræ Dionyſ. 131. quo *Ser. Octavius Lænas Pontianus* & *M. Anton. Rufinus* conſules fuerunt *: Ant. Pagi *Critic. Baron. Tom.* 1. *p.* 127. Tillemont. *Hiſt. imp. Tom.* 2. *part.* 11. *pag.* 408.

§. 270. Compoſuiſſe illud edictum perpetuum SALVIUM JULIANUM, JCtum celeberrimum, non modo Euſe-

Hadriano, patet ex Julio Capitol. *in Anton. Pio c.* 3. Si ergo procoſ. tunc adhuc edicta ſub auſpicia magiſtratus ſui propoſuerunt: quidni & prætores?

* Errant ergo tum Baronius, qui edictum anno eræ Dionyſ. 134. conditum putat, tum Ren. Bottereau, qui *in Hadriano legislator. pag.* 189. eram illam figit in anno 132. Nos Euſebium eo tutius ſequi videmur, quo certius conſtat, illum antiquiora pleraque ex Julio Africano exſcripſiſſe: hunc vero chronologiam ſuam perduxiſſe ad annum eræ Dionyſ. 221. adeoque nonaginta circiter annis abfuiſſe ab illis Hadriani temporibus: Georg. Syncell. *Chron. p.* 212. Quis vero dubitet, quin tum adhuc exſtiterint incorrupta monimenta, ex quibus genuinum publicati edicti perpetui annum eruere potuerit ſcriptor diligentiſſimus?

Euſebius & Eutropius obſervant, verum etiam Juſtinianus *l.* 2. §. 18. *C. de vet. jur. enucl.* & *l.* 10. *C. de condict. indeb.* ubi *ſummæ auctoritatis homo*, & EDICTI PERPETUI ORDINATOR adpellatur. Quum vero & alii tum floruerint JCti eximii, & Juliano nihilo deteriores: ratio, cur ei potiſſimum id negotii datum ſit, vix alia reddi poterit, quam quod ille tum præturam geſſerit, eumque adeo in edicto ſcribendo laborare oportuerit *. Idque & inde colligimus, quod Julianus tralatitiis edictis quædam nova, veluti *de conjungendis cum emancipato liberis ejus*, addidit: *l.* 3. *D. de conjung. cum emanc. liber.* quod non niſi a prætore fieri potuiſſe, novimus.

§. 271. Quamvis autem in eo potiſſimum conſtiterit Salvii Juliani opera, ut jus, *quod varie inconditeque a prætoribus adhuc promebatur*, IN ORDINEM COMPONERET, Aurel. Victor *Schotti cap.* 19. ORDINARET; *l.* 10. *C. de condict. indeb.* & CONDERET *: *l.* 2. §. 18. *C. de*

* Ipſe ſane præturæ ſuæ meminit Julianus *l.* 5. *D. de manum. vind.* ea vero per temporis rationes commode incidere potuit in hunc annum eræ Dionyſ. 131. Vix credibile eſt, ſine æmulatione JCtorum, maxime diverſæ ſectæ deditorum, huic Sabiniano dari id negotium potuiſſe, quum facile prævidere potuerint illi, hominem pleraque ſectæ ſuæ placita edicto inſerturum. Commodiſſima vero ratio componendi hanc litem hæc eſſe potuit, ut negotium id delegaretur ei, qui eſſet prætor in hunc annum deſignatus. Ita enim non erat quod Proculejani iraſcerentur Juliano, qui forte magis, quam principis judicio, Spartam hanc nactus videbatur.

* Talia veterum prætorum edicta eo tempore adhuc permulta exſtabant, maxime in bibliotheca Ulpia, in qua integrum eorum volumen reperit evolvitque paullo poſt Gellius, ceu ipſe teſtatur *l.* 11. *c.* 17. Bibliotheca iſta, collecta a Trajano, & legum, SCtorum, edictorum, aliorumque monimentorum collectionibus refertiſſima, initio in templo Trajani ſtetit, & poſtea in thermas Diocletianas translata eſt, ubi ſe illa uſum eſſe teſtatur Vopiſc. *in*

*C. de vet. jur. enucl.* certiſſimum tamen eſt, eumdem non modo quædam de novo adjeciſſe, *l.* 3. *D. de conjung. cum emanc. liber.* vel omiſiſſe, tamquam quæ uſu jam exoleviſſent, e. g. edictum *de fluminibus retandis* apud Gell. *Noct. Attic. l.* 11. *cap.* 17. ſed & aliqua immutaſſe, uti obſervatur ab edicti interpretibus, *l.* 1. *D. quod met. cauſſ. l.* 1. §. 1. *D. commod.* quin & ſectæ ſuæ ſervientem, quædam Sabinianorum placita edicto inſeruiſſe, & Proculejanorum hoc modo exploſiſſe ſententias. *l.* 1. §. 1. *D. de jur. fiſci.*

§. 272. Ceterum hoc edictum adeo ſe probavit & Hadriano imp. & ſenatui, ut ille ORATIONE, quæ in *conſtit. Græca de confirm. Digeſt.* §. 18. λόγος τοῦ Ἀδριανοῦ ἐν κοινῷ διεξελθὼν ἐπὶ τῆς πρεσβυτέρης Ῥώμης, *oratio Hadriani in ſenatu veteris Romæ recitata* adpellatur *; hic SCto in principis ſententiam facto iſtud ratum haberet. Id SC. poſtea ipſi edicto loco præfationis præmiſſum eſſe, ex *l.* 102. *pr. D. de reg. jur.* luculenter conjecit Jac. Gothofred. *in commentar. ad reg. jur. p.* 1009. *edit. nov.*

§. 273. Ex eo ergo tempore edictum illud, a Juliano conditum, pro norma juris dictionis perpetua atque immutabili fuit, dictumque eſt κατ' ἐξοχὴν EDICTUM, *l.* 1. *l.* 2. *C. de ſucceſſ. edict.* EDICTUM PERPETUUM, Gell. *Noct. Attic. lib.* 10. *cap.* 15. Eutrop. 8. 9.

ΔΙΗ-

*in Tacit. c.* 8. *& in Aurelian. c.* 8. Vocatam eſſe hanc bibliothecam *Athenaica*, ex codice Palatino Trebellii Pollionis *de triginta tyrann. c.* 10. obſervat Claud. Salmaſ. *ad Script. hiſt. Aug. p.* 302. Sed impreſſi plerique ibi pro *athenaicis* habent *archiva*.

* Ex hac oratione principis integram ſententiam ſervavit Juſtinianus *d.* §. 18. quæ & ab ipſo Juliano repetitur in *l.* 12. *D. de legib.* & ab eo aliisque quoque JCtis, mutatis tantum verbis, ſæpe inculcata eſt, in *l.* 10. *l.* 11. *& l.* 13. *D. eod.* puta, ut *ſi quid præter id, quod jam ordinatum ſit, emerſerit, conveniens ſit, eos, qui in magiſtratu ſint, conari decidere, & remedium imponere ſecundum eorum, quæ jam ordinata ſint, conſequentiam.*

ΔΙΗΝΕΚΕΣ ΔΙΑΤΑΓΜΑ Pæan. *Metaphr. Eutrop. ibid.* EDICTI FORMA, *l.* 8. *D. de calumn.* EDICTI PERPETUI AUCTORITAS, *l.* 3. *de edendo.* JURIS AUCTORITAS, *l.* 10. *C. Gregor. de pact.* EDICTI PERPETUI CURSUS, *l.* 6. *C. qui admitt. ad honor. poſſeſſ.* FORMA CONSTITUTA, *l.* 1. *C. de inoffic. teſt.* FORMA JURIS, *l.* 1. *C. ſi tut. vel curat. interv.* FORMA JURISDICTIONIS *, *l.* 5. §. 1. *D. ut legat. ſeu fideic. cauſſ.* JURISDICTIONIS TENOR, *l.* 5. *C. de his, quæ vi metusve cauſſ.* PERPETUA JURISDICTIO, *l.* 2. *C. de reſtit. mil.* INDUBITATUM JUS, *l.* 2. *C. Gregor. de pact. & tranſact.* JURIS RATIO, *l.* 7. *C. Greg. eod.* LEX, *l.* 1. §. 2. *D. unde cogn.* denique JUS PERPETUUM, *l.* 5. *C. de adpellat.*

§. 274. Immo tantum abeſt, ut magiſtratibus, publicato jam edicto perpetuo, novi quid edictis ſuis ſancire liceret, ut ipſi principes paſſim profiterentur, non eſſe ulli permittendum, jurisdictionis formam mutare, vel juri publico derogare, *l.* 13. *C. de teſtam.* abſurdum eſſe, edicti perpetui negligi formam, *l.* 2. *C. de condit. inſert.* eoque nomine fruſtra ſupplicari, *l.* 2. *C. de ſucceſſ. edict.* & temere deſiderari pœnam, edicto perpetuo præſtitutam ulli concedi, *l.* 2. *C. de in jus voc.*



* Apud Græcos primum invalerat, ut edicta qualiacumque τύποι vocarentur, hinc τύπος ἐπαρχικὸς *edictum præfectorum*, *Nov.* 166. *in rubr. Nov.* 167. *ſequ. in rubric.* θεῖος τύπος, *edictum imperatoris*, *Nov.* 162. γενικὸς τύπος, *generale edictum*. Id poſtea Latini FORMA expreſſerunt, cui adeo adſueverunt JCti, ut *formas* vel τύπους vocarent quaſlibet leges, ſanctiones, conſtitutiones principum, *l.* 31. *D. de adminiſtr. l.* 10. *D. de pact. l.* 14. *D. de alim. & cibar. leg. l.* 1. *C. de jure domin. l.* 23. *C. de excuſat.* Sic & *formam oraculi ſui* principes vocabant conſtitutionem ſuam. *l.* 1. *C. Th. de rei vind.* Immo & ſententia ad legis vel conſtitutionis præſcriptum lata *forma* vocabatur, *l.* 11. *C. Th. de bon. preſcript.* & τέλειον ἐπιτηδεύειν τύπον eſt *ſententiam definitivam ferre*. *Nov.* 24. *cap.* 5.

*voc.* fruſtra denique remedium a principe quæri, ubi ſupplicem ratio juris impugnet, *l.* 1. *C. Hermog. de calumn.* Si quid etiam ex edicto perpetuo fuerat decretum: ne adpellationi quidem locum fuiſſe, docet Paullus *l.* 7. §. 1. *D. de adpellat. recip. vel non* *. Donell. *Commentar. lib.* 28. *cap.* 6. *pag.* 437.

§. 275. Memoratur etiam in jure noſtro EDICTUM PROVINCIALE perpetuum, quod Henr. Dodwellus ab eodem Hadriano; Ezech. Spanhemius ſub Antonino quodam conditum putat. Sed illud vere cum prætorio unum idemque fuit, idque nomen tulit in provinciis, quum in urbe *prætorium*, *urbanum*, itemque *urbicum* adpellaretur *. Sane & ſeriem vel ordinem eumdem fuiſſe in edictis urbano & provinciali, obſervavit Jac. Gotho-

* Id tamen cum grano ſalis accipiendum. Poteſt in edicto ad factum adplicando non minus labi judex, ac in adplicando alio jure. Et ſi ex tali adplicatione perverſa oritur gravamen, ob quod ſuperiorem judicem adpellare licet: quidni etiam, ſi edictum perperam facto ſit adplicatum? Verba Paulli *d. l.* 7. §. 1. *D. de adpellat. recip. vel non* ita ſe habent: *item ſi ex perpetuo edicto aliquid decernatur*, ID QUO MINUS FIAT, *non permittitur adpellare*. Senſus ergo eſt, ſi quis adpellatione ſua impedire velit, quo minus ſecundum edictum decernatur, eo fortaſſis obtentu, quod illud edicti caput exoleverit, ejus non recipiendam eſſe adpellationem, quum perpetua ſit atque indubia edicti auctoritas.

* Quum jam libera re publica præſides pleraque edicti urbani capita in ſua edicta provincialia transferrent (§. 80. *): ad quid opus fuiſſet ſingulari edicto provinciali ſub imperatoribus? Accedit, quod Ariſtides *Orat. in Romam p.* 394. *edit. Guil. Canteri*, quum paullo ante *p.* 390. meminiſſet θεσμῶν καὶ τάξεων ἀφύκτων ἅπασιν ἐπισταθέντων, *legum &* ORDINIS PERPETUI, *omnibus traditi*, ſtatim pergit: οὐδὲ γὰρ δεῖ νῦν περιήγησιν γῆς γράφειν, οὐδ᾽ ὡς ἕκαστοι χρῶνται νόμοις ἀπαριθμεῖν· ἀλλ᾽ ὑμεῖς ἅπασι περιηγηταὶ κοινοὶ γεγίνατε, ἀναπετάσαντες ἁπάσης τῆς οἰκουμένης τὰς πύλας καὶ παρασχόντες ἐξουσίαν αὐτόπτας πάντων τοὺς θέλοντας γίνεσθαι, ΝΟΜΟΥΣ ΚΟΙ-

ꝺhofredus *in Serie edicti perpet.* & Cajus, qui edictum provinciale luculento commentario illuſtravit, promiſcue utitur formulis: AIT PROCOS. & AIT PRÆTOR. *l.* 4. *D. quod quiſque jur. l.* 1. §. 2. *D. quod cujuſc. univerſ. nom.*

§. 276. Quum vero præclarus ille Romanæ juris prudentiæ fundus temporum injuria jam pridem perierit: de reſtituendo illo jam inde a renatis litteris cogitarunt viri doctiſſimi, quamvis non eodem omnes ſucceſſu. EGUINARIUS BARO *in Manualibus juris*, nec ordinis, a Juliano obſervati, ullam rationem habuit, &, judice Jac. Gothofredo *in Manual. jur. pag.* 1258. *edit. nov. ſciens ſæpe ea edicta confinxit, quæ numquam fuerunt, ſed quæ ſunt ex JCtorum placitis, moribus Romanorum, antiquis legibus, vel etiam novis principum conſtitutionibus*. Majore religione edicti perpetui reliquias collegit GUIL. RANCHINUS, quamvis & ipſe non ad genuinum, qui prætori placuerat, ordinem, ſed ſecundum ſeriem titulorum Pandectarum, capita edicti diſpoſuerit.

§. 277. Quandoquidem tamen haud parum intereſt ſtudioſi juris, ordinem ſeriemque edicti perpetui non ignotum eſſe: primum HUB. GIPHANIUS *in Oeconomia juris* illum non infeliciter oſtendit: deinde & PETR. PITENIUS, IC. Florentinus ſcripſit librum *de œconomia*



KOINOΥΣ *ἅπασι τάξαντες: nulla nunc terræ deſcriptione opus eſt, nec ſingulorum leges recenſere quidquam attinet, poſtquam vos communes omnium orbis exploratores exſtitiſtis, totiuſque terræ portis apertis, unicuique, quod vellet inſpiciendi facultatem dediſtis*, COMMUNESque OMNIBUS LEGES *tuliſtis*. Qui *νόμοι ἅπασι κοινοὶ* non alii ſunt, quam edictum perpetuum, provinciis cum urbe commune, ceu ipſe hæc verba accepit Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc.* 2. *cap.* 7. *p.* 285. Recte ergo Ant. Pagi *Critic. Baron. Tom.* 1. *p.* 127. ſcribit: *edicto perpetuo omnes civitates Romanæ urbis leges ſequi juſſæ ſunt*: quamvis vir doctiſſimus, dum iſtud edictum & hodie exſtare, exiſtimat, illa opinione ſua omnino fallatur.

*edicti perpetui*, mihi adhuc nondum viſum, at laudatum Jo. Alb. Fabricio *Biblioth. Lat. Vol.* 3. *pag.* 788. Denique omnium induſtriam ſuperavit Jac. Gothofredus, edita & *Quatuor fontibus juris civilis* inſerta tabula, quam *ſeriem edicti perpetui* inſcripſit *.

§. 278. Neque hic prætermittendum videtur, edictum perpetuum in ipſo etiam juris ſtudio mutationem haud exiguam attuliſſe. Quum enim antea a legibus 12. tabularum auſpicarentur jurisprudentiam: jam eam ab edicto exordiebantur, ſi credimus Gothofredo *in Man. jur.* quod tamen jam Ciceronis temporibus fieri cœpiſſe, jam ſupra a nobis obſervatum eſt (§. 74.*). Deinde quum antea in libris Sabini, aliorumque JCtorum illuſtrandis potiſſimum exercerent ingenium: ex eo tempore ad edictum plerique ſcripſerunt, ejusque ordinem in operibus ſuis tantum non omnibus ſunt ſequuti *. Hub. Giphan. *Oecon. jur. pag.* 120. Ev. Otto *in Papiniano cap.* 12. §. 7. *pag.* 410. *edit. nov.*

§. 279.

* At hi omnes tamen ſpicilegium ſatis magnum reliquerunt aliorum induſtriæ. Nos ipſi in ſchedis habemus EDICTUM PERPETUUM, multorum annorum adfectum magis, quam perfectum opus, in quo tria potiſſimum nobis propoſuimus: *primum*, ut hiſtoriam edictorum & edicti perpetui demus quam adcuratiſſimam: *alterum*, ut ipſum edictum non modo ordini atque integritati ſuæ, quoad ejus fieri poteſt, reſtituamus, ſed & omnia probationibus luculentiſſimis firmemus: *tertium*, ut fragmenta veterum JCtorum, qui edictum perpetuum commentariis ſuis illuſtrarunt, omnia ſuis quæque locis aptemus, eoque modo genuinam eorum ſpeciem in clariſſima luce collocemus. Utinam demum colophonem imponere liceret laborioſo operi! Sperarem, juris prudentiæ haud parum lucis ex his vigiliis meis acceſſurum. Sed hæc Deo curæ erunt. †

† *Prodiit poſtea iſte* Heineccii *labor* an. 1738. *qui hujuſce Editionis* Tom. 8. *locum habebit.*

* Sunt, qui & ſectas, condito edicto perpetuo, paullatim interiiſſe exiſtimant. Maſcov. *de ſect. Sabin. & Procul. cap.* 7. Sed id non adeo liquido probatur. Quædam Julianum ex Sabinianorum ſen-

§. 279. Iisdem temporibus etiam EDICTUM ÆDILITIUM perpetuum conditum eſſe, ſuſpicatur Henr. Dodwellus, ſine auctore: nec admodum probabilis eſt hæc viri doctiſſimi divinatio. Primo enim quædam edicti ædilitii capita traslata fuerant in edictum perpetuum. *Conſt. tanta*, §. 5. *de confirm. Digeſt. Conſt. omnem reip.* §. 4. *ad Anteceſſ.* Cur vero, quæſo, id factum fuiſſet, ſi ſingulare exſtitiſſet, aut ex Hadriani ſententia conficiendum fuiſſet edictum Ædilitium perpetuum? * Deinde jam eo tempore eviluerat ædilium curulium jurisdictio, ut de eorum officio nec titulus ſingularis exſtet in *Pandectis*, nec liber ſingularis JCti ullius exſtiterit, quum tamen de multo minoribus magiſtratibus juſtis libris egerint. Papiniani enim librum *ἀστυνομικῶν* ad ædiles municipales pertinuiſſe, obſervavit Ev. Otto *in Papinian. c.* 12. §. 5. *p.* 398. *ſeqq. edit. nov.*

§. 280. In eo etiam novi quid invexit Hadrianus, quod primus ille FISCO ADVOCATUM dedit. Spartian.



ſententia edixiſſe, ipſi ſupra (§. 271.) ex *l.* 1. §. 1. *D. de jur fiſci* oſtendimus. Sed pauciora hæc fortaſſis fuerunt, quam ut inde *ſectis* immineret periculum. Et fuerunt ſane etiam poſt Hadriani tempora JCti, alterutri *ſectæ* addictiores: adeoque probabilius eſt, principum interpretationibus ac deciſionibus paullatim factum eſſe, ut JCti ſecum invicem in gratiam redirent.

* Pleraque veteris edicti ædilitii capita, quorum ſupra (§. 77. *ſeq.*) quædam ex antiquitatis parietinis eruimus, jam illo tempore ab uſu receſſerant. Tria vero, quæ adhuc in foro uſum aliquem habebant, (§. 76.), tanti non viſa ſunt, ut inde novum ſyſtema vel edictum ædilitium perpetuum contexeret, ſed ea edicto prætorio inſeri juſſit. Hinc quamvis inſequentis ſæculi ſcriptores, CAJUS, ULPIANUS], & PAULLUS *binos* quisque *libros* AD EDICTUM AEDILIUM CURULIUM ſcripſerit: in iis tamen non alia, quam quæ in *Pandectis* memorantur, capita interpretati ſunt, ut facile adpareat, eos, non tam ad ſingulare aliquod edictum ædilitium perpetuum, quam ad titulum edicti perpetui *de ædilitio edicto*, qui inter poſtremos edicti erat, ſcripſiſſe. Ev. Otto *de tutel. viar. lib.* 3. *c.* 2. *p.* 429.

*Hadrian. cap.* 20. Idem JCtis priſtinam libertatem de jure reſpondendi reſtituit. Qua de re Pomponius: *optimus*, inquit, *princeps*, *Hadrianus*, *quum ab eo viri prætorii peterent*, *ut ſibi liceret reſpondere*, *reſcripſit iis: hoc non* PETI, ſed PRÆSTARI *ſolere* *, *& ideo*, *ſi quis fiduciam ſui haberet*, *delectari ſe*, *populo ad reſpondendum ſe præpararet*. *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.*

§. 281. Frequentius etiam multo, quam antea, CONSTITUTIONIBUS nova jura dabat Hadrianus. Quum enim ante eum pleraque principum edicta vel SCtis firmarentur, veluti edictum Auguſti de intercesſionibus mulierum, *l.* 2. *D. ad SC. Vallejan.* Tiberii, de iis, qui ſibi legatum ipſi adſcripſerint, Petr. Faber *Semeſtr. l.* 1. *c.* 25. *p.* 143. Claudii de navicularìis apud Sueton. *Claud. c.* 28 *ſeq. l.* 3. §. 3. *D. de jur. immunit. l.* 3. *D. de vacat. & excuſ. mun.* juncta *l.* 3. §. 8. *D. de incend. ruin. naufr.* vel ea, quæ decreverat ſenatus, principum edictis confirmarentur & publicarentur: Tacit. *Annal. l.* 6. *cap.* 12. Symmach. *l.* 10. *Epiſt.* 21. Maran. *Paratitl. Pandect. l.* 1. *tit.* 3. *p.* 59. *edit. nov.* Ant. Dadin. Alteſerra *Recitat. quotid. pag.* 182. & Petr. Burmannus *de vectigal. pop. Rom. cap.* 6. *p.* 113. ab Hadriani temporibus principes, nullo adhibito colore, quidquid collibitum, edictis ſuis conſtituere cœperunt *.

* Ex his verbis patet, jam paullo ante Hadrianum paullatim exoleviſſe illud Auguſti inſtitutum, de quo ſupra (§. 178. *ſeqq.*) plura diximus. At ex intervallo tamen illud multo poſt Hadrianum in uſum cœpiſſe revocari, patet exemplo Innocentii, JCti, apud Eunapium *in vita Chryſanthi p.* 286. qui reſpondendi de jure facultatem a principe impetraſſe dicitur. A. Severi imp. temporibus id fieri iterum cœpiſſe, ſuſpicatur Henr. Dodwellus *Præl. Cambden.* 9. §. 11. *pag.* 350.

* Hadrianus ideo faciebat frequentius, quo rarius toto fere imperii ſui tempore Romæ erat, quippe per univerſum terrarum orbem peregrinatus. Spartian. *Hadr. c.* 12. Hinc & rarius conſulebat ſenatum, & ſuo pleraque arbitrio reſcriptis conſtituebat, adeo,

§. 282. Itaque Hadrianus non modo, ut utamur verbis Tertulliani *Apologet. cap.* 4. quotidie *totam illam veterem ac ſquallentem ſilvam legum novis principalium reſcriptorum & edictorum ſecuribus truncabat, cædebatque:* ſed & nova conſtituebat jura, veluti de adquiſitione theſauri, Spartian. *Hadr. cap.* 18. §. 39. *Inſt. de rer. diviſ.* de bonis damnatorum, Spartian. *ibid.* & *l.* 2. *l.* 6. *l.* 7. §. 2. *D. de bon. damnat.* de alimentis legatis, *l.* 14. *D. de alim. & cib. leg.* Em. Merill. *Obſ. l.* 3. *c.* 16. de tempore luctus, Gell. *Noct. Attic. l.* 3. *c.* 16. de beneficio diviſionis inter plures confidejuſſores *, *l.* 26. *ſeq. D. de fidejuſſ.* de muliere vulgari & quæſtuaria a milite herede non inſtituenda, l. 41. §. 1. *D. de teſt. mil.* de iis, qui teſtari aliquem prohibuerint, hereditate a fiſco privandis, *l.* 1. *pr. D. ſi quis aliqu. teſt. prob.* de poſſeſſione ventri danda, *l.* 3. §. 3. *D. de ventr. in poſſ. mitt.* de funeribus & ſepulcris, *l.* 3. §. 5. *D. de ſepulcr. viol.* de pœna perpetui carceris non irroganda, *l.* 35. *D. de pœn.* de iis, qui ſpadones, vel thlibias faciunt, puniendis, *l.* 4. §. 2. *l.* 5. *D. ad legem Cornel. de ſicar.* de parricidiis, *l.* 9. *pr. D. ad leg. Pompei. de parricid.* de termino moto, *l.* 2. *D. de term. mot.* aliisque juris capitibus, de quibus accuratius Ren. Bottereau *in Hadriano legislatore*.



adeo, ut ab ejus potiſſimum temporibus increbuiſſe videatur parœmia: ἐκεῖ τε ἡ Ῥώμη, ὅπου ποτ᾽ ἂν ὁ βασιλεὺς ᾖ: *Roma eſt, ubi imperator eſt*. Herodian. *Hiſt. l.* 1. *cap.* 6.

* Hoc jus epiſtola D. Hadriani invectum eſſe, ſatis patet ex §. 4. *Inſt. de fidejuſſ. l.* 26. *D. eod.* & *l. ult. C. de conſtit. pec.* Vix autem prodierat illa epiſtola, quum in edictum perpetuum referretur a Juliano: Paull. *Sentent. recept. lib.* 1. *tit.* 20. §. 1. ut mirum non ſit, beneficium hoc diviſionis ex edicto repeti a Paullo, quod alioquin ex epiſtola Hadriani profectum dicitur. Miramur ergo, Cujacium ejus auctorem facere Antoninum Pium, quum fieri non poſſit, ut ab Antonino ſit, quod jam in edicto perpetuo locum invenit. Neque Cujacio ſuffragatur *l.* 49. §. 1. *D. de fidejuſſ.* ubi Antoninus non jus novum conſtituit, ſed jam conſtitutum certæ ſpeciei adplicat.

§. 283. Sed & DECRETORUM Hadriani paſſim fit mentio: *l.* 28. *D. inoffic. teſt. l.* 23. §. 2. *D. de liberal. cauſſ.* & INTERLOQUUTIONES ejusdem plures complectitur Doſithei, grammatici Græci, elegans *Sententiarum & Epiſtolarum* libellus, editus a Melch. Goldaſto, ac deinde ab Ant. Schultingio *Juris prudentiæ veteri antejuſtinianeæ* inſertus *p.* 855. *ſeq.* EDICTA denique notanda ſunt complura, veluti illud, quod ſingulari conſtitutione abolevit Juſtinianus *l.* 3. *C. de edict. D. Hadr. toll.* de quo adcurate Jac. Cujacius *in Paratitl. Cod. h. t.* nec non de direptione navium, *l.* 7. *D. de incend. ruin. naufr.* & de pœna eorum, qui relegati vel ante tempus redierint, vel exceſſerint inſula, vel deportati evaſerint *: *l.* 28. §. 13. D. *de pœn.* denique de maſculorum feminarumque lavacris ſeparandis. Spartian. *Hadrian. cap.* 18.

§. 284. Neque tamen nulla ſub Hadriano facta ſunt SENATUSCONSULTA. Ut enim jam non dicam de illo, quo anno v. c. 885. edictum perpetuum firmatum eſſe, monuimus (§. 272.): paſſim commemorantur & alia, veluti factum anno v. c. 879. *Neratio Fuſco* & *Annio Vero* coſſ. de eo, qui ſervum caſtrandum dederit: *l.* 6. *D. ad leg. Cornel. de ſicar.* nec non aliud de agnoſcendo partu: *l.* 3. §. 1. *D. de agnoſc. & al. liber.* itemque

* Deportati in inſulam fuerant ſuſpecti de imperio Laberius Maximus & Frugi Craſſus, & quamvis Hadrianus primis ſtatim imperii diebus per epiſtolas eſſet admonitus a Tatiano, ut homines occideret: tantum tamen erat clementiæ ſtudium, ut neutrum eorum læderet. Craſſum tamen poſtea egreſſum inſula, Cæſaris procurator, dubium an juſſu domini, occiderat. Spartian. *Hadr. cap.* 5. Id occaſionem dediſſe huic edicto, quo relegatus, ſi inſula exceſſerit, deportatus capitis damnari jubetur, conjicit Ren. Bottereau *in Hadriano legislat. p.* 138. qui hoc edictum anno ab v. c. 870. *T. Vipſanio* & *Aproniano* coſſ. prodiiſſe exiſtimat. Ubi obiter monemus, coſſ. eo anno non fuiſſe T. *Vipſanium & Apronianum*, ſed T. *Vipſanium Aproniamum* & *Quinctium Nigrum.* Gruter. *Inſcript. pag.* 578. *n.* 1. *p.* 1008. *num.* 7. & *pag.* 1009. *num.* 2.

que de legatis vel fideicommiſſis civitatibus relictis: Ulpian. *Fragm. tit.* 24. §.28. quod non videtur ab Aproniano diverſum *: Schulting. *Juris prud. vet. antejuſtin. pag.* 635. porro de fideicomiſſo quod ſervo cum libertate relinquitur: *l.* 83. *D. de hered. inſtit.* de adpellatione a ſenatu non recipienda: *l.* 1. §. 2. *D. a quib. adpell. non lic.* denique de parte dimidia, iis, qui ſe ipſi detuliſſent, ex beneficio Trajani relinquenda. *l.* 15. §. 1. *D. de jur. fiſci.*

§. 285. At omnium celeberrima ſunt quatuor SCta, quorum duo Juventiana anno ab v. c. 881. *P. Inventio Celſo* & *Julio Balbo* coſſ. facta ſunt, alterum de acceſſionibus fructibusque hereditatis, & pecunia, ex hereditate redacto, quod integrum ſupereſt *l.* 20. §. 6. *ſequ. l.* 25. *D. de hered. petit.* * alterum, quo lex Vectibulici, de qua ſupra (§.253.), ad provincias eſt prola-

* Sub Hadriano prodiiſſe hoc SC. vel inde patet, quod ejus notitiam habuit Julianus. *l.* 27. *pr. D. ad SC. Trebell.* Et ſane ſub Hadriano, anno ab v. c. 869. conſul fuit *T. Vipſanius Apronianus*, cujus paullo ante (§.283.*) meminimus, & anno 875. *C. Ventidius Apronianus*, cujus mentio fit in lapidibus apud Gruter. *Inſcript. pag.* 1079. *num.* 10. & *pag.* 1082. *num.* 16. a quorum alterutro nomen accipere potuit hoc SC. Nulla ſaltim ratio eſt, cur cum τῷ πάνυ Cujacio, *in Not. ad Ulpian. Fragm. tit.* 24. §. 28. & *in Julianum ad l.* 27. *D. ad SC. Trebell.* SC. Apronianum ſub Marco demum imp. conditum eſſe, exiſtimare malimus, quum *l.* 20. *D. de reb. dub.* non de legatis civitatibus, ſed collegiis relictis agat, & his a Marco imp. concedi potuerit, quod antea ab Hadriano conceſſum fuerat municipiis.

* Quantivis pretii eſt hoc SC. ex quo adparet, qualis eorum forma ſub Hadriano fuerit. Sed quædam tamen in mendo videntur cubare, in primis imperatoris titulus, quem jam emendare cœpit Petrus Pithœus *Adverſ. lib.* 2. *cap.* 15. De conſulibus, qui ibi memorantur, vid. Henr. Noriſ. *de Epoch. Syro-Maced. pag.* 498. Libelli, ſeu orationis huic SC. præmiſſæ pars quædam ſupereſt in *l.* 22. & *l.* 40. *D. de hered. petit.* Denique notandum, Junii Rustici, cujus diſtracta hereditas huic SC. occaſionem dedit,

lata, memoratur *l. ult. C. de ſerv. reipubl. manumitt.* Nec prætermittendum SC. quo uxoris, civis Romanæ partus civis Rom. declaratur, apud Ulpian. *Fragm. tit.* 3. §. 8. & TERTULLIANUM, quo mater ingenua, trium; libertina quatuor liberorum jus habens, ad bona liberorum ab inteſtato vocatur. Id enim ſub Hadriano factum eſſe, docemur §. 2. *Inſt. de SC. Tertull.* Cujacii vero diſſentientis ſententiam diſcuſſimus in *Antiquit. Roman. l.* 3. *tit.* 3.

§. 286. Progredimur ad illorum temporum JURISCONSULTOS, inter quos PRISCUS JAVOLENUS * primum omnino locum meretur. Fuit Cœlii Sabini auditor, dignusque in ſchola Sabiniana ſucceſſor, *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* quamvis & ipſe aliquando a Caſſio Longino diſſentiat, *l.* 54. *D. de condit. & demonſtr. l.* 39. *D. de ſtatulib.* & aliquando Labeonis & Proculi ſententiam amplectatur. *l.* 57. *D. loc. cond. l.* 32. *D. de pact. dot. l.* 90. *D. de furt. l.* 11. *C. de hered. inſtit. l.* 64. *D. de donat. inter vir. & uxor. l.* 62. D. *de adquir. vel amitt. hered.* Quanto cum plauſu docuerit juris prudentiam, vel id argumento eſt, quod tria eximia ingenia, Salvii Juliani, Aburni Valentis, & Tuſciani, ſe ab illo potiſſimum formata perpolitaque eſſe gloriarentur. *l.* 2. §. *ult.* D. *de orig. jur.*

§. 287.

dit, integrum ſtemma genealogicum nos ſupra (§. 239.*) exhibuiſſe. Non poteſt autem ille eſſe alius, quam aliquis fratrum, quibus rhetorem invenire rogatus eſt Plinius *l.* 2. *epiſt.* 15.

* *Priſci* cognomen noſter cum Neratiis, Fulciniis, Flaviis, Æliis, Corneliis, Lutoriis, aliisque commune habuit. Non æque obvium *Javolenorum*, vel, ut in Pandectis Florentinis ſcribitur, *Jabolenorum* nomen. Aliquorum tamen notitiam ex Gruteri *Inſcript. pag.* 48. *num.* 9. *p.* 53. *num.* 15. *p.* 790. *num.* 1. & Thom. Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 14. *num.* 194. habemus. Dicti ſunt, ſi quid video, ἀπὸ τοῦ ἰαύειν, a *commorando*, unde ἰαυθμός, *diverſorium*, *commoratio*. Potuit inde formari *Javolus*, & ex hoc *Javolenus*, quemadmodum ex Octavio *Octavenus*.

§. 287. Honores eum geſſiſſe, dubitare nos non patitur Julianus, qui eum ex prætura Africam & Syriam rexiſſe, & ſervos apud ſe ipſum manumiſiſſe teſtatur *l.* 5. D. *de manum. vind.* Poſtea & de jure reſpondit diligentiſſime, & conſiliis adhibitus eſt, ipſo fatente Plinio *l.* 6. *Epiſt.* 15. qui tamen illi iniquior, eum ſenem dubiæ ſanitatis fuiſſe, ſcribit *. Deceſſit vel extremis Trajani, vel primis Hadriani annis. Saltim non veroſimile eſt, eum ad Antonini tempora vitam produxiſſe, quod tamen decepti loco corrupto Julii Capitolini *in Antonino Pio cap.* 12. colligunt Rutil. *Vit. JCtor. c.* 57. §. 1. Bertrand. *Vit. JCtor. l.* 2. *c.* 9. §. 1. & Rupertus *ad Enchirid. Pomp. lib.* 3. *c.* 13. *ſect.* 4. *pag.* 210. *edit. nov.*

§. 288. Scripſit ex Cassio *lib.* 15. in quibus pleraſque magni hujus ſcholæ ſuæ auctoris ſententias partim maſcule defendit, partim mitigavit, *l.* 21. §. 2. D. *de adquir. vel amitt. poſſ. l.* 36. §. 2. D. *mand.* vel, quo erat candore animi, refellit, *l.* 54. D. *de condit. & demonſtr.* Epistolarum *lib.* 14. ad Plautium *lib.* 5. in quibus eum verba Plautii fere integra retuliſſe, & raro, præterquam in *l.* 34. D. *de ſtipul. ſervor.* judicium ſuum

* Miratur nonnemo, me hanc calumniam in hiſtoria juris paullo timidius profligaſſe. Sed id feceram apertius, antequam illa hiſtoria juris prodiiſſet, in *Programmate de Salvio Juliano*, ubi *pag.* 810. *Sylloges* 1. *opuſc.* ita ſcripſeramus: *Plinius refert, Paſſienum Paullum, elegos recitaturum, adhibuiſſe etiam Priſcum Javolenum. Hunc vero honoris cauſſa interrogatum:* Prisce, jubes? *reſpondiſſe:* Ego vero non jubeo. *Male id habuit Plinium, qui ideo in Javolenum invectus:* cogita, *inquit*, qui riſus hominum? qui loci? Eſt omnino Priſcus dubiæ ſanitatis. Intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis, atque etiam jus civile publice reſpondet, quo magis, quod tum fecit, ridiculum & notabile fuit. *Ob id parum abeſt, quin bonum Javolenum pro inſano traducant. At quid, quæſo, ſtoliditatis ineſt illi Javoleni dicto? Et quid mirum, ſi ſenex occupatiſſimus, pertæſus moleſtiſſimi iſtius officii recitationes frigidiſſimas audiendi, Paſſieni inſaniam ſenili dicacitate perſtrinxerit, quam non minore libertate multo ante perſtrinxerat* Juvenalis *Sat.* 1. *v.* 2. *ſeq.* & *Sat.* 3. *v.* 8.

ſuum interpoſuiſſe, obſervant. Denique *libros* ex posterioribus Labeonis & Librorum Labeonis epitomen, quæ opera quomodo diſtinguenda ſint, oſtendit jam Em. Merill. *Obſerv. lib.* 5. *cap.* 38.

§. 289. De Salvio Juliano, celeberrimo horum temporum JCto, nuper ſingulari *Programmate* egimus. Fuit is non Mediolanenſis, Inſuber, ſed Hadrumetinus Afer: Spartian. *Julian. cap.* 1. Floruit ſub Hadriano, Pio, & divis, quos vocant, fratribus, a quibus amicus vocatur, *l.* 17. *D. de jure patron.* & Sabinianorum poſt Javolenum duxit familiam. Non modo præturam, ſed & bis conſulatum, & præterea præfecturam urbi geſſit, Spartian. *ibid. l.* 5. D. *de manum. vind.* & in omnium, ſub quibus floruit, principum conſilio fuit. Spartian. *Hadrian. cap.* 18. Jul. Capitolin. *Antonin. c.* 12. *l.* 17. D. *de jure patron.* Poſteros ejus, inter quos & Didius Julianus, Auguſtus, in tabula genealogica * exhibuimus *in dict. Programm. de Salvio Juliano*, *Syllog.* 1. *opuſc. Exerc.* 24. *pag.* 803. *edit. nov.*

* Tale ſchema genealogicum primus confecit Iſaac. Caſaubonus *Not. ad Scriptor. hiſtor. Aug. pag.* 110. poſtea id lapidum auxilio emendavit Thom. Reineſ. *Lect. var. l.* 3. *c.* 2. *p.* 34. ab eoque acceptum *Animadverſionibus ſuis in Pompon. Enchirid. l.* 3. *cap.* 3. *ſect.* 4. *p.* 215. *edit. nov.* inſeruit Rupertus. Quum vero & in hoc permulta vel perperam dicta, vel omiſſa eſſe, in eodem *progr. p.* 802. oſtenderimus: pleniorem & adcuratiorem tabulam & nos concinnare auſi ſumus, quam hoc loco etiam exſtare operæ pretium fuerit.

Di-

DIDIUS SEVERUS Inſuber Mediolanenſis.

DIDIUS SEVERUS.

SALVIUS JULIANUS Hadrumetinus, Afer, JC. bis coſ. & præf. urbi, edicti perpetui conditor.

M. SALVIUS JULIANUS, Dioni male Σέρβιος, coſ. anno v. c. 927. præfectus prætorio, occiſus a Commodo circa annum v. c. 941.

L. VIBIUS VARUS.

NUMIUS. = VIBIA SALVIA VARA, de qua Gruter. p. 459. num. 2.

PETRONIUS DIDIUS. = ÆMILIA CLARA.

SALVIUS JULIANUS, cujus pudicitiæ inſidias ſtruxit Commodus, cui deſponſata fuerat Tarunteii Paterni', JC. & præf. prætorio filia.

M. NUMIUS ALBINUS his conſul anno 998. & 1015. præf. ubi anno 1009.

NUMIA VARA.

L. DIDIUS PROCULUS ob adoptionem, ROSCIUS. Gruter. *Inſcript. pag.* 459. *num.* 2.

M. DIDIUS SALVIUS JULIANUS SEVERUS Aug. natus v. c. 890. ad imperium evectus, in eoque occiſus anno 945.
UXOR MANLIA SCANTILLA.

NUMIUS SECUNDUS. Reineſ. *Inſcr. Claſſ.* 6. *num.* 132.

PROCULUS ROSCIUS JULIANUS, de quo Gruter. *pag.* 18. *num.* 10.

BASSA, de qua marmor apud Gruter. *Inſcript. pag.* 18. *num.* 2.

DIDIA CLARA Aug. deſtinata Didii Proculi filio, nupta Cornelio Repentino, præfecto urbi.

Filii, de quibus idem marmor.

Filii, de quibus idem marmor.

§. 290.

§. 290. Præter edictum perpetuum, cujus illum conditorem fuiſſe, paullo ante diximus, ſcripſit *libros* 90. * DIGESTORUM, ad edicti perpetui ſeriem compoſitos, & notis illuſtratos ab Ulpio Marcello, Cervidio Scævola, Julio Paullo, & Junio Mauriciano, quibus Africanum, licet parum adcurate, junxit Guil. Grot. *Vit. JCtor. Lib.* 2. *cap.* 6. deinde *libros* 6. AD MINUCIUM, *libros* 4. AD URSEJUM FEROCEM, *librum ſingularem* DE AMBIGUITATIBUS, Stoicorum exemplo ſcriptum, quorum multos exſtitiſſe libros περὶ τῶν ἀπόρων & περὶ ἀμφιβολιῶν, patet ex Diog. Laert. *Lib.* 7. *ſegm.* 178. & 193. Quos vero Bertrandus addidit libros AD EDICTUM & DE DOTALI PRÆDIO, eos numquam exſtitiſſe probavimus in dict. *programm. de Salvio Juliano*, *pag.* 814. & 817. *Sylloꝫ.* 1. *opuſc. edit. nov.*

§. 291. ABURNUS (non ALBURNIUS, ABURBINUS, EBURNIUS, vid. Bynkersh. *Prætermiſſ. pag.* 294. *edit. nov.*) VALENS, Juliano σύγχρονος, & cum illo in Antonini Pii conſilio fuit, Julius Capitolin. *Antonin. cap.* 12. ex quo loco ſimul colligimus, eum Juliano paullo fuiſſe juniorem, quippe cujus etiam auctoritate utitur *l.* 33. *D. de minor.* Scripſit *libros* 7. FIDEICOMMISSORUM, totidemque ſaltim, ſi non plures, ACTIONUM. Sabinianis eum accenſet Maſcov. *de ſect. Sabin. & Proculei. cap.* 2. §. 5. *num.* 3. *pag.* 53. quippe Javoleni diſcipulum. Jungimus illi condiſcipulum TUSCIANUM, de quo omnia incerta ſunt, quia ejus præ-

ter

* Equidem librum 94. DIGESTORUM laudari videmus *l.* 32. D. *de legib.* Sed in codice Florentino ſcriptum fuiſſe *libr.* 84. quartumque 10. ab alia manu acceſſiſſe, αὐτόπτης teſtatur Theodor. Laur. Gronovius *Emendat. Pandect. cap.* 23. *pag.* 71. *edit. nov.* Errant igitur, qui cum Haloandro, Bertrando, & Angelo Politiano opus hoc libris vel 99. vel 100. conſtitiſſe putant: quod & Hub. Giphanium *in Oecon. jur. p.* 128. ſuſpicatum eſſe animadverto.

ter Pomponium *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* veterum nemo omnino meminit *.

§. 292. Progredimur ad Antoninum imp. ſub quo eadem omnia, ac ſub Hadriano, obſervamus. Rescripta ejus in *Pandectis* æque, ac *Codice*, tam multa laudantur, ut eorum recenſum inſtituere, tædioſum videretur. Decretorum exempla ſunt in *l.* 3. *D. de his, quæ in teſtam. del. l.* 11. *pr. D. de legat.* 2. *l.* 35. *D. ad SC. Trebell. l.* 1. §. 3. *D. de liber. exhib.* quorum primum vel ideo maxime notabile eſt, quod in eo ipſa ſententiæ verba ſervata animadvertimus. Denique nec edicta deſunt, quippe quorum veſtigia exſtant in *l.* 6. §. 2. *D. ad leg. Jul. peculat. l.* 11. *D. de muner. & honor.*

§. 293. Quumque, *imperatorium faſtigium eum ad ſummam civilitatem deduxiſſe*, teſtetur Jul. Capitol. *in Antonin. cap.* 6. non dubitamus, quin & ſenatum conſuluerit de rebus præcipuis, adeoque & SCta ſub eo condita ſint, quamvis eorum hodie vix exſtet memoria. Tertullianum enim & Apronianum, quæ ſub Antonino Pio condita eſſe putat Cujacius *, ad Hadriani potius tem-

* Refertur a Pomponio inter Javoleni ſucceſſores, adeoque procul dubio Sabinianus fuit. Quum vero nec *Tuſciani*, nec librorum ejus uſquam fiat mentio, fuerunt, qui nomen ei mutarent, & pro *Tuſciano* modo *Fuſcianum*, modo *Mæcianum*, modo *Vinianum* vocarent. At probum eſt nomen, & vere Romanum, ceu patet ex *l.* 18. *D. mand.* Si quid mutandum eſſe exiſtimarem, latere ſub hoc nomine crederem *Fuſcium Fuſcianum*, Numidiæ legatum, cui reſcripſit Antoninus imp. *l.* 7. *D. de legat. præſt.*

* Multa, quæ Hadriano debent originem, Antonino Pio tribuere ſolet Cujacius, eo obtentu, quod & Pius adoptionis jure Hadriani nomen tulerit. Id quod quidem veriſſimum eſt, quum in vetuſtis monimentis ſæpe legamus: IMP. CÆS. HADRIANI F. T. ÆLIUS HADRIANUS ANTONINUS PIUS AUG. Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 2. *num.* 9. 10. 11. 75. & *Claſſ.* 3. *num.* 21. *ſequ.* Sed vix tamen reperies exemplum, ut ſimplex Hadria-

tempora referenda eſſe, oſtendimus. Quid? quodſi jam paullo rarius imperatores jura nova hoc ritu conſtituere cœpiſſe videantur, facilius id per edicta fieri, experientia jam pridem edocti.

§. 294. Ceterum multa Antoninum de jure ſanxiſſe, obſervat Jul. Capitolin. *Antonin. cap.* 12. eoque refert, *quod mortuos intra urbem ſepeliri vetuerit*, quod tamen jam Hadrianum ſanxiſſe novimus. *l.* 3. §. 5. *D. de ſepulcr. violat.* Adde, quod primus adoptionem impuberum certis conditionibus conceſſit: Ulpian. *Fragm. tit.* 8. §. 5. §. 3. *Inſt. l.* 17. *C. de adopt.* quod actionem ſubſidiariam ab Hadriano adverſus magiſtratus datam, & adverſus eorum heredes dedit: *l.* 6. *D. de magiſtr. conven.* quod inter perſonas conjunctas donationem & ſine mancipatione valere voluit, quam alioquin lex Cincia requirebat: *l.* 4. *C. Th. de donat.* Paull. *Sentent. recept. Lib.* 4. *tit.* 1. §. 11. Brummer. *ad leg. Cinc. cap.* 15. §. 2. *ſequ. pag.* 251. *ſequ.* quod donatorem ultra vetuit conveniri, quam quantum facere poſſet: *l.* 20. *l.* 41. §. *ult. D. de re reg. jur.* denique quod donationes inter virum & uxorem, conſtante matrimonio honoris cauſſa factas, ſuſtinuerit *, *l.* 42. *D. de donat. inter vir. & uxor.* & hujus generis alia.

§. 295. Addo, Antonini Pii temporibus, LEGEM RHODIAM in orbe Romano tantæ fuiſſe auctoritatis, ut Eudæmoni Nicomedienſi, direptum ſe a publicanis,

driani nomen Antonino detur: adeoque vix huic obſervationi locus eſſe videtur, ſicubi aliquid Hadriano ſine addito tribuitur.

* Quamvis enim alioquin certum ſit, SC. de donationibus inter virum & uxorem prohibendis demum ſub Antonino Caracalla factum eſſe: *l.* 3. *D. de donat. inter vir. & uxor.* ætas tamen Caii, cujus eſt fragmentum iſtud *l.* 42. *D. eod.* vix patitur, ut in ea Antoninum Caracallam intelligamus. Sed ſalva res eſt. Et ante Caracallam irritas viſas eſſe donationes iſtas, ex ipſa hujus principis oratione intelligimus. *l.* 3. *pr. D. eod.*

nis, querenti reſcripſerit princeps: Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μή τι ἡμετέρων αὐτῷ νόμο ἐναντιοῦται: *ego quidem mundi dominus: lex utem maris. Lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præſcripta eſt, judicetur, quatenus nulla noſtrarum legum adverſatur, l. 9. D. de lege Rhod. de jact.* ad quam legem multa egregia ſcripſerunt cum alii, tum Franc. Balduinus, Jac. Gothofredus, & Corn. van Bynkershoeck.

§. 296. Exſtat eo pertinens Græca legum nauticarum farrago, apud Leunclav. *Jur. Græco-Rom. Tomo 2. pag.* 265. Ex ejus præfatione vel *auctoritate*, uti ibi vocatur, Jac. Gothofredus *Diſſert. de imperio mar. cap.* 8. *pag.* 88. *edit. nov.* probare nititur, legem Rhodiam primum ſub Claudio, anno v. c. 805. *Q. Aterio Antonino* & *D. Junio Silano* coſſ. receptam; deinde a Veſpaſiano, Trajano, Antonino Pio, quin & poſtea a Pertinace & Severo, imperatoribus, firmatam eſſe. Enimvero ut ipſam congeriem illam, quæ legum Rhodiarum nomine ſuperbit, eſurientis cujuſdam Græculi commentum eſſe, præclare demonſtravit Bynkershoek. *ad l.* ἀξίωσις *cap.* 5. ita & nullius fidei eſt, quæ illi præmittitur, auctoritas *.



* Primum ei hiſtoria refragatur. Auctoritatis enim illius auctor legem Rhodiam receptam eſſe ſcribit ſub Tiberio Claudio δημαρχικῆς ἐξουσίας λβ: *tribuniciæ poteſtatis anno* 32. At ſive Tiberium imp. intelligas, ſub eo nullum reperies Antoninum coſ. ſive Claudium, hic vix ad annum 14. tribuniciæ poteſtatis vitam produxit. Deinde manifeſtum eſt, auctorem iſtius auctoritatis, quiſquis fuerit, pleraque exſcripſiſſe ex *l. 9. D. ad leg. Rhod.* idque tam imprudenter feciſſe, ut ne gloſſema quidem illud: τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν: *hoc ipſum & D. Auguſtus conſtituit*, omiſerit.

§. 297. Quidquid ergo de lege RHODIA pro certo adfirmari poteſt, eo redit. Rhodii, *populus nauticus*, teſte Floro *Lib.* 2. *cap.* 7. & diu θαλασσοκρατῶν, ſeu *maris dominus*, uti obſervat Euſebius *in Chron. num.* 1100. leges de rebus nauticis tulerat æquiſſimas, adeo, ut & Cic. *Orat. pro lege Manil. cap.* 18. eas mirifice laudet, & θαυμαστὴν εὐνομίαν περὶ τὰ ναυτικὰ, *admirandam legum optimarum circa rem nauticam conſtitutionem*, maxime miretur Strabo *Geogr. Lib.* 4. *pag.* 448. Ex his Rhodiorum legibus non omnia, ſed caput de jactu *, receperant Romani, & quidem non demum ſub Claudio, ſed ante ipſius Auguſti imperium, ſiquidem non modo OFILIUS, LABEO, & SABINUS, ſed & SER. SULPICIUS, qui libertati patriæ non fuit ſuperſtes, ſecundum legem Rhodiam de jactu reſponderunt, eamque ſuo more illuſtrarunt. *l.* 2. *pr.* §. 3. *l.* 4. *pr.* & §. 1. *D. ad leg. Rhod. de jact.*

§. 298. Ab Antonini Pii exceſſu primum MARCUS & LUCIUS Cæſares, qui in jure noſtro DIVI FRATRES adpellantur, poſtea ſuperſtes M. AURELIUS ANTONINUS ob philoſophiæ ſtudium celeberrimus *, ſolus, ac

rit. Fucum ergo fecit viris doctis, quiſquis illas leges nauticas in lucem protruſit, mirumque eſt, Jac. Gothofredum, cui alioquin naſus rhinocerotis erat, id non olfeciſſe.

* Hinc nec in *Pandectis* fragmenta ulla, niſi quæ ad hoc caput pertinent, occurrunt: nec Paullus *Sentent. recept. Lib.* 2. *tit.* 6. ubi ex inſtituto legem Rhodiam interpretatur, de re alia, quam de jactu diſputat. Attamen & de exercitoria actione quædam ex lege Rhodia in *Pandectas* translata, & a Romanis adoptata eſſe, ſuſpicatur Nic. Rigalt. *Obſerv. ad Tertull. adverſ. Marcion Lib.* 3. *cap.* 6. *p.* 99. Cujus tamen conjecturæ ſuæ, quas ille rationes habuerit, ſcire me fateor juxta cum ignariſſimis.

* Non minus tamen juris prudentiam, quam philoſophiam, excoluerat princeps optimus, de quo Julius Capitolinus *in Marc. cap.* 3. *Studuit & juri, audiens L. Vo-*

ác demum idem cum Commodo filio imperavit. Hoc quoque tempore conſtitutiones fere innumeræ prodierunt, in *Pandectis* æque ac *Codice* vel ſuperſtites, vel laudatæ, quas illuſtravit Jo. Ortwinus Weſtenbergius in commentario, quem *D. Marcum* inſcripſit, ediditque *Lugd. Bat.* 1736. 4. Nos, quæ tunc in juris prudentia novata ſunt, paucis conſectabimur.

§. 299. Primum ergo multa hi quoque imperatores SCtis vel orationibus ſuis conſtituerunt. Exſtitit enim Divorum Fratrum oratio, qua & cum inquiſitione datus tutor ſatiſdare jubebatur, ſi unus adminiſtrare vellet. *l.* 19. §. 1. *D. de teſtam. tutel.* Celebrantur etiam Divi Marci orationes de feriis & dilationibus: *l.* 1. §. 2. *l.* 7. *D. de fer.* Jul. Capitolin. *Marc. c.* 10.

Q 2 de

*Volusium Mæcianum, tantumque laboris & operis ſtudiis impendit, ut corpus adficeret, atque in eo ſolo pueritia ejus reprehenderetur.* Et hunc Mæcianum, præceptorem, (non Marcianum,) ipſe celebrare videtur *libro* 1. *ad ſeipſ.* §. 6. Non mirum ergo, principem in jure conſtituendo, emendando, dicundoque ſagaciſſimum fuiſſe, quum non ab unius alteriuſve conſilio penderet, ſed ipſe civilem illam ſapientiam probe a puero imbibiſſet. Hinc Ariſtides *Orat. in regem pag.* 109. *Tom.* 1. *edit. Canteri*: Ὁ δὲ τὸ μὲν δίκαιον ἀκριβῶς οἶδεν, ὡς αὐτὸς νομοθέτης ὤν, καὶ εὑρετὴς αὐτοῦ: *ipſe jus exacte novit, quippe qui ejus auctor ſit, & legis lator.* Et paucis interiectis, laudans juſtitiæ ſtudium, ſumma humanitate temperatum: Τοῦτο δὲ αἴτιον, inquit, ὅτι οὐκ εἰς ἑτέρους ὁρῶν ἑρμηνέας, ὑπολαμβάνει τὸ δίκαιον, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἔχων ἐκ παιδείας τῶν ὡς ἀληθῶς καλῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐπιστήμην τὴν ἀπὸ τῶν νόμων ἐμπειρίαν προσειληφὼς ὥστε μήτι τῶν γεγραμμένων διαφεύγειν αὐτὸν οὕτω τὰς βρίσεις ποιεῖται περὶ πάντων: *cujus eſt rei cauſſa, quod ille non ab aliis interpretibus juris cognitionem accipiat, ſed ad eam, in qua inſtitutus eſt, rerum præclariſſimarum ſcientiam adjuncta legum experientia, ſic, ut nihil eum ſcripti juris effugiat, illa demum de rebus omnibus judicat.*

de tranſactione ſuper alimentis *: *l. 8. D. de tranſact.* de fugitivis, etiam per Cæſaris, ſenatorum, & paganorum prædia inveſtigandis: *l. 3. D. de fugit.* de quatuor menſium uſuris ſocio ſolvendis, qui ceſſantibus ſociis inſulam reſtituerit: *l. 52. §. 10. D. pro ſoc.* de ſenatoris filia, libertino nupta: *l. 16. D. de rit. nupt.* de libertinis libertinorum tutoribus: *l. 1. §. 4. D. de excuſat. tut. l. 44. pr. D. eod.* Julius Capitolin. *Marc. cap.* 11. denique de teſtamento ejus, qui damnatus provocavit. *l. 6. §. 9. D. de injuſt. rupt. irr. fact. teſtam.*

§. 300. Ejuſdem MARCI ſunt orationes & SCta de tacita hypotheca ejus, qui quid ad reficiendas ædes credidit: *l. 1. D. in quib. cauſſ. pign.* de quæſtione ſtatus, morte finienda: *l. 1. §. 3. D. ne de ſtatu defunct.* de colluſione intra quinquennium detecta: *l. 2. pr. §. 4. D. de colluſ. deteg.* Jul. Capitolin. *Marc. cap.* 10. de confeſſis & judicatis: *l. 56. D. de re jud. l. 6. §. 2. D. de confeſſ.* de expilatoribus hereditatem: *l. 1. D. expil. hered.* denique de temporibus interponendæ adpellationis. *l. 1. §. 7. D. quando adpell.*

§. 301. Quin & MARCI cum COMMODO filio imperantis orationes, & Sta eas conſequuta, paſſim occurrunt, veluti de nuptiis ſenatorum *: *l. 16. D. de ſpon-*

* Julius Capitolinus *Marc. c.* 11. generatim: *de alimentis*, inquit, *publicis multa prudenter invenit*. Annon & de privatis? Celeberrima ſane illa oratio principis de alimentis *l. 8. D. de tranſact.* non ad alimenta publica, ſed teſtamento relicta, adeoque privata, pertinet. Et hinc Iſ. Caſaubonus *in Notis ad ſcript. hiſt. aug. pag.* 66. reſcribendum exiſtimat: *de alimentis publicis privatiſque*. Ceterum ad publica alimenta recte referas, quæ idem Julius Capitolinus *in Marc. cap.* 7. refert: *filiam ſuam Lucillam fratri deſpondit. Ob hanc conjunctionem pueros & puellas novorum hominum frumentariæ perceptioni adſcribi præceperunt.*

* In *l. 20. D. de ritu nupt.* in-

ſponſal. nec non de pupilla uxore a tutore, ejuſve filio, non ducenda. *l.* 20. *l.* 60. *D. de ritu nupt.* Omnium tamen celeberrima ſunt SCta duo, quorum altero SC. Apronianum (§. 283. *ſequ.*) ad collegia & corpora prolatum eſt; *l.* 20. *D. de reb. dub.* altero Orphitiano liberi ad maternam admiſſi ſunt hereditatem. *l.* 1. *l. penult. D. de CS. Tertull. & Orphit.* Conditum illud eſt anno ab v. c. 930. *Vettio Rufo* & *Cornelio Scipione Orphito* coſſ. de quibus Henr. Noriſ. *in Epiſt. conſular. pag.* 462. Præmiſſæ vero huic SCto Marci & Commodi imperatorum orationis meminit Ulpianus *Fragm. tit.* 26. §. 7.

§. 392. Quamvis vero a Julio Capitol. *in Marc. c.* 11. obſervatum ſit, Marcum imp. *jus magis vetus reſtituiſſe, quam novum feciſſe:* plurima tamen etiam nova ab eo profecta animadvertimus, veluti, quod PRETOREM TUTELAREM primus fecit. §. 3. *Inſt. de Atil. tut.* Jul. Capitol. *in Marc. cap.* 10. Joſ. Caſtalio *Lect. var. Lib.* 6. *cap.* 4. itemque, quod quum antea non niſi ex lege Lætoria, vel propter laſciviam, vel propter dementiam curatores darentur *: adultos omnes



inſcriptio legis talis eſt: Paullus *libro ſingulari ad orationem D. Severi & Commodi*. Sed hæc nihili eſſe, facile unuſquiſque animadvertit. Numquam enim cum Severo imperavit Commodus, ſed cum M. Antonino patre, cujus hic nomen reponendum eſſe, recte obſervat Ant. Auguſtin. *de nom. prop. Pandect. pag.* 289. Nam hoc nomen habet etiam inſcriptio *l.* 60. *D. de ritu nupt.*

* Hunc locum a pleriſque ita intelligi animadvertimus, ac ſi ex lege Lætoria adoleſcentibus tantum laſcivis ac dementibus curatores dati ſint. Sed hi auctoris verba male intelligunt. Aliunde enim conſtat, legem illam omnibus adoleſcentibus petentibus curatores dari juſſiſſe, cauſſa cognita. Senſus ergo potius eſt: quum antea non niſi tria curatorum genera nota eſſent, unum eorum, qui adoleſcentibus petentibus ex lege Lætoria dabantur, alterum eorum, quos furioſi ex legibus 12. tabula-

curatores accipere juſſerit, non redditis cauſſis: Jul. Capitolin. *in Marc. cap.* 10. nec non, quod calumniis quadruplatorum interceſſerit, adpoſita falſis delatoribus nota, viceſimamque hereditatum temperarit. Jul. Capitolin. *ibid. cap.* 11.

§. 303. Peſſimis omnino principibus adnumerandus eſt M. Antoninus Commodus: tamen & is, ubi ſolus rerum potitus eſt, quædam ad juris prudentiam contuliſſe legitur. Rescripta enim ejus laudantur *l.* 10. *D. de in lit. jur. l.* 2. *D. ad SC. Silan. l.* 6. *D. ſi cui plus, quam per leg. Falc. l.* 31. *D. de jur. fiſci.* Decreti mentio fit *l.* 26. *D. de probat. & præſumt.* edictorum denique *l.* 6. §. 1. *D. de agnoſc. & alend. liber.* Notum quoque eſt SC. Juncianum, ſub eodem imp. factum anno ab v. c. 935. *Æmilio Junco* & *Julio Severo* coſſ. * de fideicommiſſariis libertatibus, de quo *l.* 28. §. 4. *l.* 51. §. 8. *D. de fideic. libert.*

§. 304. Occiſo Commodo Helvius Pertinax, & huic mox nefarie obtruncato Didius Julianus, Salvii Juliani pronepos, (§. 287. *) ſucceſſit. Utrique in tam brevi imperio vix licuit multa de jure conſtituere. Memorantur tamen quædam Helvii Pertinacis constitutiones, veluti una de fideicommiſſariis libertatibus, occupata a fiſco hereditate, dandis: *l.* 12. §. 2. *D. de jur. immunit.*

§. 305. In Codicem quoque repetitæ prælectionis relatas

larum accipiebant: Marcum imp. hæc eatenus mutaſſe, ut adulti omnes curatores acciperent, etiam cauſſa non cognita. Vid. *Elementa noſtra jur. civ. ſec. ordin. Inſt. adornat.* §. 271. *ſequ.*

* Varie admodum hi coſſ. ſuffecti nominantur. Æmilius Lampridio *in Commod cap.* 4. vocatur *Junctus*, ejuſque collega *Atilius Severus*, quos a Commodo in exſilium actos refert. At coſ. alter in *l.* 8. §. 4. *D. de fideic. libert. Julius Severus*, in aliis Faſtis *A. Hibius Severus* dicitur. Sed facile ex *Atilius* ſcribarum oſcitatione fieri potuit *A. Hibius*, vel *Julius*.

latas eſſe video ejus CONSTITUTIONES de filio, qui patremfamilias mentitus mutuam ſumſit pecuniam. *l.* 1. *C. de SC. Macedon.* & de ſervo oppignorato, ac deinde herede inſtituto. *l.* 2. *C. de ſerv. neceſſ. her. inſt.* Sed & ORATIONIS D. Pertinacis de teſtamentis mentio fit §. 7. 8. *Inſt. quibus mod. teſt. infirm.* Jul. Capitolin. *in Pertin. cap.* 7. JULIANI, quamvis juriſconſultiſſimi principis *, nihil, quod ſciam, in jure noſtro occurrit, niſi quod ei, nondum principi, reſcripſiſſe dicitur Marcus imperator. *l.* 20. §. 9. *D. qui teſtam. fac. poſſ.*

§. 306. Sed omittendi etiam non ſunt JURISCONSULTI, qui ſub Antoninis ad hæc uſque tempora floruerunt. Eorum agmen ducit Sex. CÆCILIUS AFRICANUS. Eumdem enim cum Africano eſſe *Sex.* illum *Cæcilium*, qui *l.* 3. §. 4. *D. de agnoſc. & al. liber.* memoratur, & quem Gell. *Noct. Attic. Lib.* 11. *cap.* 15. cum Favorino de 12. tabularum legibus diſputaſſe refert, contra Ant. Auguſtinum, Labittum, & Menagium oſtenderunt Cujac. *Tract.* 1. *in African. init. Obſerv. Lib.* 7. *cap.* 2. & Reinold. *ad l.* 23. *D. de reg. jur. pag.* 9. *



* Imperatorem hunc *Julianum juris peritum* vocat Euſeb. *in Chronic. num.* 2209. immo & aliis Græcis ſcriptoribus νομοθέτης eſt: ſed vereor, ne hi æque, ac Aurelius Victor, eum cum Salvio Juliano proavo confundant. De Euſebio tamen id ſuſpicari vix licet, quia ipſe alibi in *Chronico* meminit Salvii Juliani, qui ſub Hadriano compoſuerit edictum perpetuum, adeoque hunc cum Didio Juliano confundere non potuit.

* Fundus rei eſt *l.* 3. §. 4. *D. de agnoſc. & al. liber.* ubi Julianus *Sex. Cæcilio Africano* reſpondiſſe dicitur. Quum ergo & tempus conveniat, nec inauditum, ſed frequentiſſimum ſit, juris conſultum juris conſulto reſpondere, maxime ſeniorem & ſerenioris famæ juniori, præceptorem diſcipulo: nulla profecto ratio eſt, cur elegantem il-

§. 307. Fuit Africanus Juliano σύγχρονος, ſed eo paullo ætate minor, quippe qui ſub Antoninis potiſſimum floruit. Saltim ante Severi & Antonini Caracallæ tempora eum vixiſſe ex *l.* 109. *D. de legat.* 1 acute, ſuo more collegit Cujac. *Recitat. ad African. Tractat.* 1. Sabinianum eum fuiſſe, & ejus quidem ſectæ ſubtiliſſimum, nemo negaverit. At apud eumdem Juliani, uti apud Pythagoræos Pythagoræ, auctoritatem ſine ratione valuiſſe, quod eidem Cujacio, Menagio, & Guil. Grotio viſum eſt, nullo idoneo argumento probatur. Maſcov. *de ſect. Sabin. & Procul. cap.* 4. §. 3. Scripſit *libros novem* QUÆSTIONUM *, & fortaſſis *libros ſaltim* 20. EPISTOLARUM, quæ laudari videntur *l.* 39. *pr. D. de legat.* 1.

§. 308. Minus celebres ſunt TERENTIUS CLEMENS & VINIDIUS VERUS. Et ille quidem diſcipulus, uti videtur, & ſectator Juliani fuit, quippe quem ipſe *ſuum* vocat. *l.* 6. *D. de vulg. & pupill. ſubſt.* auctorque fuit *librorum XX.* AD LEGES JULIAM ET PAPIAM POPPÆAM, ex quibus plurima in *Digeſtis* fragmenta, alibi a nobis curatius expoſita, ſuperſunt. Hic inter Antonini Pii conſiliarios fuit, Jul. Capitolin. *in Antonin. c.* 12. & a Mæciano, Ulpiano, & Paullo aliquoties, quamvis non expreſſis librorum titulis, laudatur. *l.* 32. §. 4. *D. ad leg. Falcid. l.* 7. §. 18. *D. de pact. l.* 2. *D. ſi ex nox. cauſſ. agat.*

§. 309.

lam conjecturam Cujacii reiicere velimus, quamvis eam pro certa obtrudere, ne ipſe quidem fortaſſis Cujacius voluerit.

* In his QUÆSTIONUM libris tam ſubtiliter de difficillimis juris quæſtionibus diſputavit Africanus, ut jam olim in proverbium iverit quotidianum interpretum dicterium: *Africani lex, id eſt, difficilis*. At nodos illos ſe vindice digniſſimos exiſtimavit ὁ πάνυ Cujacius, qui ſcriptis in Africani fragmenta recitationibus, non alios tantum, ſed & ſe ipſum longe ſuperavit.

§. 309. JUNIUS MAURICIANUS, qui ætatem ſuam ipſe perſpicue indicat, *l.* 57. *D. de legat.* 2. auctor fuit *librorum ſex* AD LEGEM JULIAM ET PAPIAM, & ſaltim *duorum* DE PŒNIS. *l.* 3. *de edendo*. TARUNTENUS PATERNUS ſub Commodo imp. præfectus prætorio occubuit, *Excerpta Peiriſc. pag.* 724. Lamprid. *in Commod. c.* 4. relictis *libris IV.* DE RE MILITARI *. Denique PAPIRIUS JUSTUS, collector *librorum XX.* CONSTITUTIONUM, uti fragmenta ejus operis pleraque oſtendunt, ſub Marco potiſſimum Antonino & Commodo ſcripſiſſe videtur. Vid. *l.* 60. *D. de pact.*

§. 310. SEX. POMPONIUS unus, non duo, in jure noſtro celebrari videtur *, de eoque nos ex inſtituto egi-

* Sunt duo priores juris conſulti omnino notabiles. JUNIUS MAURICIANUS procul dubio adoptivus fuit *Junii Mauricii*, fratris *Junii Aruleni Ruſtici*, quorum ſtemma ſupra (§. 239. *) dedimus. Quum enim Plinius *l.* 2. *ep.* 15. mentionem faciat plurium filiorum iſtius Junii Aruleni Ruſtici; unus eorum a parvo, *Junio Maurico*, adoptatus, Junii Mauriciani nomen videtur adſciviſſe. TARUNTENUM PATERNUM ſub Alexandro demum Severo imp. vixiſſe exiſtimat Guido Panciról. *Lect. var. l.* 1. *c.* 79. non alio motus argumento, quam quod hic imperator *Paterno* cuidam reſcribit *l.* 2. *C. de magiſtrat. conven.* Sed quum & iis temporibus, & multo poſt permulti floruerint Paterni, quorum aliquos recenſet Reineſ. *Inſcript. pag.* 38. nulla ratio eſt, cur ibi Taruntenum Paternum noſtrum intelligamus. Accedit, quod jam illo tempore homines juris rerumque militarium periti ad præfecturam prætorianam adſpirarent. Noſtrum vero tamquam *diligentiſſimum juris militaris adſectorem*, laudat Veget. *de re milit. l.* 1. *c.* 8.

* Duos fuiſſe Sex. Pomponios, primus ſuſpicatus eſt Ant. Auguſtin. *de nom. propr. Pandect. pag.* 92. & 255. quem deinde cum aliis, tum & Guil. Grot. *Vit. JCtor. l.* 2. *c.* 5. ſequuti ſunt. Immo nec ſe ab hac ſententia admodum alienum eſſe profitetur Ev. Otto *Præfat. Tomi* 1. *Theſaur. jur. civil.* At rationes omnes, quas diligenter collegit Grotius, *in præfatione ad laudata Opuſcula*, *pag.* 10. *ſeq.* excuſſimus. Urgent præcipue, Pom-

egimus in *Præfatione Opuſculis ad hiſtoriam juris, & maxime ad Pomponii Enchiridion illuſtrandum pertinentibus*, præmiſſa, *Halæ* 1735. 4. Vixiſſe eum a Juliani temporibus, vel inde patet, quod & a Juliano laudatur, *l.* 6. §. 6. 7. 8. *D. de negot. geſt. l.* 63. §. 9. *D. pro ſoc.* & ipſe Julianum & Aburnum Valentem laudat, *l.* 2. §. 8. *D. de orig. jur.* Vitam ſaltim ad Divorum Fratrum, quos vocant, tempora produxit, quippe qui alicubi *Antoninum Pium* divum vocat. *l. penult. D. de pollicit.* Contra nusquam meminit vel Marci Antonini, vel Commodi, immo ne *Ulpii Marcelli* quidem, ceu quidam ex *l.* 10. *D. de caſtr. pecul.* colligunt. Verba enim illa non Pomponii eſſe, ſed Triboniani, quamdam Ulpii Marcelli notam ad Pomponium referentis, obſervavit Ant. Auguſt. *de nom. propr. Pandect. pag.* 121. Erroris ergo manifeſti rei ſunt, qui eum ſub Alexandro demum vixiſſe contendunt, veluti Bernard. Rutil. *Vit. JCtor. c.* 73. & Jo. Bertrandus *de juriſperit. l.* 1. *cap.* 11. Uterque enim deceptus eſt loco Lampridii *in Alex. cap.* 48. quem ab aliena manu eſſe, luculenter oſtendit Salmaſ. *ad hiſtor. aug. ſcript. pag.* 242.

§. 311. Præter juris prudentiam eorum temporum more & philoſophiam videtur excoluiſſe, cujus veſtigia deprehendimus in *l.* 121. *D. de verb. ſign.* juncto Seneca *de benef. l.* 7. *c.* 10. & *l.* 30. *pr. D. de uſurp. & uſucap.* ubi divi-

Pomponium in *l.* 41. *D. de hæred. inſt.* ipſum videri alium Sex. Pomponium citare, & in *l.* 13. *D. de legat.* 1. legi: *quod ita verum eſſe, tam Sex. quam Pomponius, negant.* Sed uti in poſteriore textu SEXTUS ille alius eſſe poteſt JC. quam Pomponius, & ille ipſe fortaſſis, qui *l.* 44. *pr. D. ſolut. matr. l.* 30. §. 6. *D. de adquir. hered. & l.* 1. §. 27. *D. ad SC. Silan.* ita admodum dubium eſt, an *l.* 41. *D. de hered. inſt.* ſit Pomponii, ac non potius Juliani, & *liber* 12. *Lect. var.* Pomponii non in margine tantum fuerit adſcriptus. vid. Reinold. *Orat. de Pompon. pag.* 12. *ſeq.*

diviſio corporum interiorem philoſophiam redolet, ceu obſervarunt Cujac. *Obſ. l.* 15. *c.* 33. & Guil. Forner. *Se-lect. l.* 2. *c.* 27. De ſecta inter viros doctos non ſatis convenit, aliis eum juris conſultis neutrarum partium, quos erciſcundos adpellitant, adnumerantibus, Maſcov. *de ſectis Sabin. & Procul. c.* 8. §. 4. *pag.* 130. aliis eum inter Proculejanos referentibus. Chriſt. Otto a Boekelen *de diverſ. famil. vet. JCtor. c. 6.* *

§. 312. Scripſit hic juris conſultus, inter πολυγράφυς jure referendus, ENCHIRIDION duplex, quorum unum *ſingularis* fuit *liber*, *l.* 2. *D. de orig. jur. l.* 2. *D. de juſt. & jur. l.* 239. *D. de verb. ſign.* alterum ex *duobus libris* conſtitit: *l.* 5. *D. de grad. & adfin. l.* 13. *D. de tutel. l.* 107. *D. de ſolut. & liberat.* EPISTOLARUM *libros XX.* FIDEICOMMISSORUM *libros V.* LECTIONUM AD Q. MUCIUM *libros XXXIX.* AD PLAUTIUM *libros VII.* REGULARUM *librum ſingularem*. AD SABINUM *libros XXXV.* SENATUSCONSULTORUM *libros V.* VARIARUM LE-

* *Proculejanum* ideo fuiſſe contendunt, quod Labeonis definitionem probet: *l.* 22. §. 1. *D. quando dies leg. ced.* ejusque ſententiam tueatur adverſus Trebatium: *l.* 21. *pr. D. de hered. inſtit.* Proculo teſtimonium denunciet, *l.* 16. §. 2. *D. de evict. l.* 12. *pr. D. de legat.* 2. itemque ejus & Pegaſi, Celſi, Atilicini, Ariſtonis, & Neratii ſententias probet: *l.* 28. *D. de adquir. rer. dom. l.* 43. §. 2. *D. de legat.* 2. *l.* 29. *D. de evict. l.* 14. *D. de verb. obl. l.* 48. *pr. D. de legat.* 1. *l. ult. D. de adqu. vel omitt. hered. l.* 21. *l.* 72. *D. ad SC. Trebell. l.* 8. §. 2. *D. de liberat. leg. l.* 3. *D. pro ſuo. l.* 45. *D. de legat.* 1. At idem Pomponius non modo Sabino & Caſſio aliquando ſuffragatur, *l.* 6. *D. de condit. & demonſtr. l.* 6. *D. de ſtipul. ſerv.* & eorum dicta benigniore interpretatione juvat, *l.* 3. §. 1. *D. de jur. & facti ignor.* ſed & paſſim eorum auctoritate utitur, *l.* 34. §. 2. *D. de fideic. libert.* & id plerumque agit, ut diſſidentes juris conſultos ad concordiam reducat, veluti Proculum & Sabinum, *l.* 14. *D. de condit. & demonſtrat.* nec non Proculejanos & Sabinianos, *l.* 26. §. 2. *D. de legat.* 2. Qui vero ita rationes componit, juris conſultus, eum ſi quis ſectarium eſſe clamet: næ is, quid ſit ſectæ ſtudium, mihi omnino videtur ignorare.

LECTIONUM *libros* non XV. ut eſt in indice Florentino, ſed ſaltim *ultra XL.* * *l. 8. §. 6. D. ſi ſerv. vind.* DIGESTORUM *libros V.* DE STIPULATIONIBUS *libros VIII.* denique AD EDICTUM *libros LXXXIII.* ex quibus fragmenta in *Pandectis* quam plurima ſuperſunt.

§. 313. CAJUS, elegantis ingenii juris conſultus, vulgo GAJUS, certiſſime vixit ſub Hadriano, ceu patet ex *l. 7. pr. D. de reb. dub.* certiſſime etiam ſuperſtes fuit Antonino Pio, quia M. Antoninum imperatorem *ſacratiſſimum principem ſuum* vocat *l. 9. D. ad SC. Tertull.* An vero ad Antonini Caracallæ tempora advixerit, quod Jac. Rævardo *Conject. l. 2. c. 19.* & nuper Franc. Car. Conradi (*Act. erud. Lipſ. a. 1727. menſ. Februar.*) viſum eſt, merito in medio relinquimus, tanto certiores, falli eos opinione ſua, qui Cajum noſtrum, quem familiaritatis jure ſuum vocat Pomponius, *l. 39. D. de ſtipulat. ſervor.* vel ad Diocletiani, vel ad ipſius Juſtiniani tempora vitam produxiſſe exiſtimant, quum ab Hadriani exceſſu ad Dio- cle-

* Hunc titulum inter *inſcriptionum feſtivitates, quas plerique utriusque linguæ ſcriptores in libris ſuis feciſſe ait*, refert Gell. *Noct. Att. præfat.* Ait enim, *alios libros ſuos* MUSARUM *inſcripſiſſe, alios* SILVARUM, *illum* ΠΕΠΛΟΥ, *hunc* ΚΕΡΑΤΟΣ ΑΜΑΘΕΙΑΣ, *alium* ΚΗΡΙ *partim* ΛΕΙΜΩΝ, *quemdam* LECTIONIS SUÆ, *alium* ANTIQUARUM LECTIONUM. Ubi Gellius manifeſto ridere voluit titulos librorum argutiores atque exquiſitiores. Sed jam Salmaſius recte monuit, multos titulos eo referre Gellium, qui nihil habeant, quod ad *feſtivitates inſcriptionum* jure referri poſſit. Quid enim feſtivitatis ineſt inſcriptionibus *antiquarum lectionum, epiſtolarum moralium, epiſtolicarum quæſtionum, hiſtoriæ naturalis*, quas omnes Gellius in hanc claſſem retulit? Quis non titulum NOCTIUM ATTICARUM, quem ſe Gellius tamquam ſimpliciſſimum libro ſuo præſcripſiſſe, ait, facilius facetis nugis compareret, quam titulum *antiquarum* vel *variarum lectionum*? Sed videtur Gellius hic ſine judicio imitatus Plinium *in præfat. Hiſt. natural.*

cletiani imperium centum & quadraginta ſeptem; ad Juſtinianei imperii auſpicia trecenti novem anni ſint circumacti *.

§. 314. Ceterum Cajus quoque a ſectæ ſtudio ſatis alienus jure erciſcundis accenſetur, Maſcov. *de ſect. Sabin. & Procul. c.* 8. §. 3. *pag.* 127. modeſtiam ejus ſatis ſuperque demonſtrantibus tot ejus fragmentis, quæ in *Digeſta* retulit Tribonianus. Scripta reliquit tam multa, ut lectorem merito remittamus ad indicem Florentinum & Menag. *Amœn. jur. civ. cap.* 43. id modo obſervantes, eum quædam ſcripſiſſe, in quibus reliquorum juris conſultorum vix quisquam exercuerat ingenium, veluti DOTALITIORUM *librum ſingularem*, AD EDICTUM ÆDILIUM CURULIUM *libros II.* AD EDICTUM PROVINCIALE *lib.* 32. AD LEGES 12. TAB. 6. & ſimilia. INSTITUTIONUM & extra *Pandectas* exſtare fragmenta bene longa, ſed ab Aniano paſſim interpolata, nemo ignorat. *

§. 315.

* Cajum Diocletiani tempora attigiſſe, ſuſpicatus eſt Marcilius *ad §. 6. procem. Inſtitut.* Eumdem Juſtiniano σύγχρονον & Chriſtianum fuiſſe, ex *d. §. 6. procem. Inſt. §. 5. Inſt. de publ. judic.* & *Conſt. omnem reip. §. 1. ad Anteceſſ.* collegerunt Ant. Vacca & Hotomanus, non alio perſuaſi argumento, quam quod eum *Cajum ſuum* vocare non dubitarit Juſtinianus. At præterquam quod nihil Chriſtiani præferunt Caii fragmenta, quodque utrique huic ſententiæ rationes chronologicæ manifeſto refragantur: aliæ rationes eſſe potuerunt Triboniano, (nam Juſtinianum ibi ſtilo ſuo uſum, vix credibile eſt,) cur Cajum *ſuum* vocare non dubitarit, quoniam nimirum eum potiſſimum exſcripſit in conſcribendis Inſtitutionibus. Vid. Ev. Otto *Præfat. Tomi* 1. *Theſaur. jur. civ. pag.* 19.

* Ex iis duo fragmenta inſignia de ritu mancipationis, & in jure ceſſione, qui in Anianea editione hodie non exſtant, ſervavit Boet. *l.* 3. *Commentar. in Topic. Ciceron.* quæ tota exhibet Ant. Schulting. *in Juriſpr. vetere antejuſt. pag.* 50. *ſeqq.* & *pag.* 84. *ſeqq.* Sed eadem in Cyri *Commentario ad tit. C. de uſuc. transform.* multo integriora reperit

§. 315. L. VOLUSIUM MÆCIANUM ſub Antonino Pio & Divis Fratribus vixiſſe, & in eorum principum conſilio fuiſſe, ex Jul. Capitolin. *in Pio cap.* 12. *l.* 42. *& l.* 47. D. *de fideic. libert.* denique ex *l.* 17. D. *de jur. patron.* patet. Marcum imp. inſtituerat in juris prudentia, teſte eodem Julio Capitol. *in Marc. c.* 3. Vid. Menag. *Amœnit. jur. civ. cap.* 5. Vitam etiam ad Marci imperium produxit, ſub quo tamquam Alexandrinæ civitatis juridicus, in Avidii Caſſii tumultu periit, & quidem ſeditionis Caſſianæ conſcius, teſte Volcat. Gallic. *in Avid. Caſſ. cap.* 7. id eſt anno eræ Dionyſiacæ 175. in quem hunc tumultum incidere oſtendit Ant. Pagi *Critic. Baron. Tom.* 1. *pag.* 168. *ſeqq.*

§. 316. Sabinianum eum fuiſſe, & Juliani adſeclam, ipſe in fragmentis ſuis ſatis prodidit. Scripſit FIDEICOMMISSORUM ſeu QUÆSTIONUM DE FIDEICOMMISSIS *libros ſedecim.* Menag. *libros* 14. a quibus diverſum fuiſſe librum EX LEGE RHODIA, vel AD LEGEM RHODIAM * ſuſpicamur, quamvis aliud viſum ſit Jac. Gotho-

rit Bynkersh. *de reb. mancipi, c.* 1. *pag.* 107. Is vero hæc deſcripta eſſe ait a Petro Jacobo de Ravani, qui dicat *ſe ea vidiſſe in libro Inſtitutionum Caii.* Quæ ſi vera ſunt, (fidem autem Petri Jacobi de Ravani in dubium cur vocare velimus, nullam omnino rationem video,) Caii Inſtitutiones ſæculo 13. quo ille Ravani vixit, adhuc integriores, quam eſt Aniani editio, exſtitiſſe oportet.

* In Florentina eſt: *ex lege Rhodia*, apud Haloandrum: *ad legem Rhodiam.* Sed non erat, quod hic aliquid mutaret Haloander. Ita enim, notante Bynkershoekio, & aliæ in jure noſtro librorum inſcriptiones ſe habent. Nec abſurdus eſt titulus, ex quo colligitur, Mæciani librum fuiſſe collectionem quarumdam legum Rhodiarum, fortaſſis quæ magis in uſu erant, & ad jactum pertinebant, quaſque hoc libro Voluſius vel collegerit tantum, vel notis ſuis illuſtrarit. Vid. Bynkershoekii *Opuſc. min. pag.* 269. *edit. nov.*

thofredo *de imper. mar. c.* 2. Vid. Bynkershoek. *ad l.* 9. D. *ad leg. Rhod. c.* 1. Porro *libri* QUÆSTIONUM meminit Papinianus, *l.* 86. D. *de adquir. vel omitt. hæred.* qui tamen an a *libris quæſtionum de fideicommiſſis* diverſus ſit, alii viderint. Denique notus eſt *libellus* Mæciani DE ASSE, a Jo. Frid. Gronovio poſt opus *de pecunia veterum*, & a Jo. Ge. Grævio *Theſaur. antiqu. Rom. Tomo* 11. editus, & juris ſtudioſis etiam atque etiam commendatus a Jac. Cujacio *ad l.* 21. §. 2. D. *de ann. legat.*

§. 317. Proximus eſt Q. CERVIDIUS SCÆVOLA, *auctor juris conſultorum prudentiſſimus*, *l.* 3. C. *Th. de teſtam.* & Marco Antonino a conſiliis, Jul. Capitol. *in Marc. c.* 2. vel hoc ipſo maximam laudem conſequutus, quod Severum imp. & Papinianum juris conſultum formavit. Jul. Capitolin. *in Caracall. cap.* 8. Miſcellionibus vel erciſcundis eum adnumerat Maſcov. *de ſect. Sabin. & Procul. cap.* 8. §. 5. quippe adeo fluctuantem inter diverſas ſcholæ utriusque ſententias, ut Bertando Proculejanus; Ottoni a Boekelen. *de famil. Ictor. c.* 5. Sabinianus videatur. Notum quoque eſt, eum apud quosdam non modo obſcuritatis & variationis, ſed & προσωποληψίας cauſſa male audire.*

*lib.*

* Nam in *l.* 14. D. *de tranſact.* eum ingenuitatis & candoris laudem non ſervaſſe, & in gratiam alicujus vel odium a jure receſſiſſe ſtatuit Ger. Noodt *Probabil. l.* 2. *c.* 2. *pag.* 36. & *de pact. & tranſact. c.* 22. *pag.* 546. Variationes quoque ejusdem notant Cujac. *Obſ. l.* 3. *c.* 1. Merill. *Obſ. l.* 1. *c.* 9. & Noodt. *Obſ. l.* 2. *c.* 18. ubi & ſtilum ejus abruptum & hiulcum, ac proinde maxime obſcurum notari animadvertimus, de quo etiam conqueruntur Guil. Budæus *Adnot. ad Pandect. pag.* 76. *ſeq.* Franc. Duaren. *Diſp. anniverſ.* 1. 50. Petr. de Toullieu *Diſſ. de anantapodotis in jure occurrentibus*, & Ev. Otto *in Papiniano c.* 11. §. 3. *pag.* 313. Sed ut de ſtilo Scævolæ facile tranſegerim: ita reliqua, quæ Scævolæ exprobrantur, jam ab aliis ſatis profligata ſunt.

§. 318. Scripſit DIGESTORUM *libros* 40. & quidem poſt exceſſum Marci Antonini Imperatoris, ceu ex *l*.39. *D. de legat.* 3. obſervavit Ger. Noodt. *de fœnor. & uſur. lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 244. DE QUÆSTIONE FAMILIÆ *librum ſingularem*: QUÆSTIONUM *libros* 20. QUÆSTIONUM PUBLICE TRACTATARUM *librum ſingularem*: REGULARUM *libros* 4. RESPONSORUM *lib.* 6. in quibus eum ſæpe repetere, quæ jam dixerat in *Quæſtionibus*, obſervat Cujac. *Obſ. lib.* 12. *cap.* 10. ΟΡΩΝ *librum ſingularem*: denique *Notas* IN JULIANUM & MARCELLUM.

§. 319. Supereſt ULPIUS MARCELLUS, vir toga ſagoque celeberrimus, quem in conſilio Antonini Pii fuiſſe, teſtatur Jul. Capitolin. *in Antonin. Pio cap.* 12. Floruit & ſub Marco, *l.* 19. *D. de teſtam. tut.* ſub quo non quidem præfectus prætorio, uti exiſtimat Bertrandus *de Juris perit. lib.* 1. *cap.* 17. ſed legatus pro prætore Pannoniæ inferioris fuit. Ita enim intelligendus vetus titulus apud Grut. *Inſcript. pag.* 100. *num.* 4.

VIRTUTI.<br>
ET<br>
HONORI. L.<br>
ULPIUS. MARCELLUS.<br>
LEG. AUG.<br>
PR. PR.<br>
PANNON. INF.<br>
V. S.

Sub Commodo in Britanniam cum imperio miſſus, non modo incredibilia continentiæ, frugalitatis, & vigilantiæ ſpecimina edidit *, ſed & rem ibi præclare geſſit, ut parum abeſſet, quin a ſæviſſimo principe virtutis cauſſa occideretur. Dio Caſſ. *lib.* 72. *p.* 820. & *Excerpt. Peireſc. p.* 724.

§. 320.

* Meretur ille Dionis locus, qualis in primis in *Excerptis Peireſcianis* legitur, excerpi. Ait, legatum illum in Britannia jam alienum fuiſſe a ſordibus & corruptione: quan-

§. 320. Proculejanorum ſuo tempore fuit acerrimus, Merill. *Obſ. l.* 1. *cap.* 28. *l.* 8. *c.* 18. Maſcov. *de ſect. Sabin. & Procul. cap.* 5. §. 4. *p.* 90. ut Ulpiano aliisque id haud leve veritatis argumentum eſſet, ſi Juliano adſtipularetur Ulpius Marcellus. Cujac. *Obſ. l.* 14. *cap.* 35. Menag. *Amœnit. jur. cap.* 24. Mireris, homini negotioſo, & ſæpius in caſtris, quam in muſeo, moranti tantum fuiſſe ocii, ut aliquid de jure ſcriberet. Et tamen præter NOTAS AD JULIANUM & POMPONIUM reliquit DIGESTORUM *lib.* 31. AD LEGES Juliam & Papiam *libros* 6. DE OFFICIO PRÆSIDIS *librum ſingularem*: DE OFFICIO CONSULIS *libros* ſaltim 5. PUBLICORUM *lib.* 2. & *librum ſingularem* RESPONSORUM *.



quantum ab humanitate ac benignitate: tam autem vigilantem, ut per totam noctem vigilare videretur. Ut vero & ceteros comites ſomno arceret, eum duodecim tabellas, quales ex philyra fieri ſolebant, quotidie veſperi perſcripſiſſe, & mandaſſe ſuis, ut alias aliis, atque aliis horis perferrent ad diverſos. Quamquam etiam a natura ad domandum ſomnum fuerit factus, tamen vigilantiam illam adjuviſſe abſtinentia, modico tantum uſum cibo, & ut pane ventrem ne impleret, eum Roma in Britanniam advehi curaſſe, non quod pane ejus regionis veſci non poſſet; ſed ut eo minus ob vetuſtatem panis comederet, gingivis ob ejus ſiccitatem ſæpe cruentatis. Hinc apud Xiphilinum Ulpius noſter vocatur ἀνὴρ μέτριος καὶ εὐτελὴς ὢν, *vir modeſtus & frugi*, ὅτι ἐπολέμει ὑψηλόφρων καὶ φρονηματώδης, χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος ὢν, *ſublimis & elati animi, quoties bellum gereret, & pecunia non corruptibilis*. Habes ergo priſcæ diſciplinæ ac continentiæ hominem, dignumque, qui non ſub Commodo, ſed melioribus rei publicæ temporibus vixiſſet.

* Addit Jac. Curtius Εἰκαστῶν *lib.* 1. *cap.* 38. NOTAS AD PAPINIANUM, quarum mentionem fieri ait *l.* 7. *D. ad leg. Jul. de adult.* Marcellum ſaltim laudaſſe ait Papinianum *l.* 1. *D. ad. SC. Turpillian.* Quum vero multo antiquiorem Papiniano Scævolam ad Marcellum notaſſe conſtet: *l.* 11. §. 6. *D. de donat. int. vir. & uxor.* laudatus Curtius duos floruiſſe *Marcellos* juris conſultos, exi-

§. 321. Redimus ad Imperatores Romanos, inter quos obtruncato Didio Juliano, æmulisque, C. Peſcennio Nigro, & D. Claudio Septimio Albino, remotis, imperium arripuit L. SEPTIMIUS SEVERUS, Africanus, princeps non ſolum Græcis Latinisque litteris eruditiſſimus, ſed & juris Romani peritiſſimus, auditor quippe Q. Cervidii Scævolæ, & Papiniani condiſcipulus (§. 317.), & hinc fiſci advocatione ante imperium functus. Spartian. *Septim. Sev. cap.* 1. *&* 2. Hujus potiſſimum condiſcipuli ſui Papiniani uſus conſilio jura conſtituit, æquitatis, moderationis clementiæque pleniſſima, ut ab Aurelio Victore *legum conditor longe æquabilium* adpelletur. Ev. Otto *Papinian. c.* 14. §. 3. *p.* 496. *edit. nov.* Odio tamen deceſſoris, Didii Juliani, *Salvii Juliani decreta juſſit aboleri, neque obtinuit*, Spartian. *Sever. cap.* 17. Quod nos de edicto Juliani perpetuo intelligendum eſſe arbitramur *.

§. 322.

exiſtimat: *Ulpium* alterum, de quo hic agimus, alterum C. *Quinctilium*. Sed potuiſſet Curtius non errare. Qui enim ad Papinianum ſcripſit, eumque laudavit, non eſt MARCELLUS, ſed ÆL. MARCIANUS, Ulpiani æqualis. Adeoque ad illorum temporum juris conſultos non pertinet ille C. *Quinctillius*.

* Sunt, qui hæc de Didii Juliani decretis intelligunt, quia & hic intercalaris veluti princeps Salvii nomen tulerit. Thomaſ. *Næv. jurisprud. antejuſtin. p.* 85 Sed *de Salvii ſcriptis*, non de Imperatoris alicujus actis loqui Spartianum, ex Aurelio Victore, eamdem rem plenius narrante, intelligimus. Is enim, ubi de Septimio noſtro agit: *Salvii*, inquit, *nomen, atque ejus* SCRIPTA *factaque aboleri jubet, quod unum effici nequivit*. Jam quid, quæſo, ſcripſiſſe novimus Didium, tam eximium, ut id perire nollet ſenatus? Et quid intererat ſenatus, Didii principis ſibi exoſi & hoſtis a ſe judicati, memoriam & acta non aboleri, ut in hoc uno principi aſperrimo dicto minus audiens eſſe auderet? Denique ſi de Salvii Juliani ſcriptis privatim editis accipiamus Spartianum & Aurelium Victorem, vix comminiſci licebit rationem, cur ſenatus voluntati principis ſe-

§. 322. Inter Severi inſtituta & ſequentia fuerunt: quod præfecturam urbanam, data ad Fabium Chilonem epiſtola, ad ſummam evexit potentiam: *l.* 1. D. *de offic. præf. urb. l.* 8. §. 5. D. *de pœn. l.* 6. §. 1. D. *de interd. & releg.* quod oratione ſua anno ab v. c. 948. *Q. Flavio Tertullo* & *Flavio Clemente* coſſ. res immobiles eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto alienari vel ſupponi vetuit: *l.* 1. §. 1. D. *de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur.* quod legem Juliam de adulteriis in uſum revocavit *: Dio Caſſ. *apud* Xiphil. *l.* 76. *p.* 869. quod quædam circa leges Juliam & Papiam Poppæam mutavit: Tertull. *Apologet. cap.* 4. quod cum Antonino Caracalla, filio, imperii ſocio, SCto anno ab v. c. 959. *M. Numio Albino* & *Fulvio Æmiliano* coſſ. facto, donationes inter virum & uxorem de novo prohibuit: *l.* 32. *pr.* D. *de donat. int. vir. & uxor.* Recenſum vero tot conſtitutionum, quæ in *Pandecte* æque ac *Codice*, utramque paginam faciunt, hic a nobis inſtitui, chartæ anguſtia vix patitur.

ſeveri, & adcuratum a ſuis obſequium exigentis refragari voluerit. Veroſimillimum itaque eſt, Severum, exſecratum Julianorum nomen, conditum a Salvio Juliano edictum perpetuum voluiſſe abolere, ſenatu tamen ob eximiam ejus operis præſtantiam auctoritatemque graviter obnitente.

* Debemus hanc notitiam Dioni, qui de Severo Imp. refert, eum criminari ſolitum incontinentes, εἰς καὶ περὶ τῆς μοιχείας νομοθετῆσαί τινα, *ob eamque cauſſam & de mœchis leges tuliſſe*, ex quibus deinde quam plurimi in jus rapti ſint. Addit: Τρισχιλίας γοῦν ὑπατεύων εὗρον ἐν τῷ πίνακι ἐγγεγραμμένας, innuens, *ſe conſulem tria millia mœchorum in tabulis accuſatorum reperiſſe*. Incidit vero Caſſii illius conſulatus in annum Chriſti 291. quo jam pæne ante centum annos leges iſtas ſeveriſſimas tulerat Severus, ex eoque jam ſatis patet, quam late patuerit hoc flagitium, quum Severus eam legem ferret. Ceterum ex eo ſimul reddi poterit ratio, cur *de adulteriis* & ad legem Juliam de illis eo tempore certatim ſcripſerint Papinianus, Ulpianus, Paullus, & alii.

§. 323. Qui exſtincto patre, & Geta fratre occiſo, ſolus imperavit, Antoninus Caracalla, non minus, quam pater, jus variis novis inſtitutis locupletavit. Nam ut jam non dicam de celeberrima conſtitutione *l.* 17. D. *de ſtatu hom.* qua jus civitatis cum omnibus ingenuis, in orbe Romano habitantibus, communicavit *, quam Antonino noſtro auctoritate Dionis Caſſii *in Excerpt. Peireſc. p.* 744. vindicat Ezech. Spanhem. *in Orbe Romano :* tot aliæ ejus conſtitutiones in *Codice* & *Pandectis*, immo & in *Codicis Gregoriani* & Paulli *Sententiarum receptarum* reliquiis ſuperſunt, ut reliquorum imperatorum pæne omnium conſtitutiones numero ſuperare videantur.

§. 324. Elagabalus, monſtrum illud hominis, qui, occiſo Caracalla, victoque æmulo *M. Opilio Aurelio Severo Macrino*, imperio potitus eſt, non plus ad juris prudentiam amplificandam contulit, quam hic Opi-

* Origo ergo hujus juris hodie extra omnem dubitationis aleam poſita eſt, quamvis & noſtris temporibus non deſint viri eruditiſſimi, qui & Antonini Pii hac in re partes aliquas fuiſſe, adeoque vel conſtitutionem antiquam ab Antonino Pio primum editam, in uſum revocatam eſſe, vel diſtinctione inter jus civitatis *indultum* & *imperatum* rem expediri poſſe exiſtimant. Jo. Petr. a Ludewig in *Diſſ. de peregrinitate, albinagio, & wildſangiatu, c.* 9. §. 3. *p.* 98. *ſeq.* Et ſane favent huic ſententiæ partim locus inſignis *Novellæ* 78. *c.* 5. partim nummus Antonini Pii Imp. apud Mediobarbi Biragi, cujus in poſtica coronæ inſcriptum: S. P. Q. R. AMPLIATORI CIVIUM. At ſi dicendum, quod res eſt, nec Juſtiniani eſt tanta in rebus hiſtoricis auctoritas, ut ea in re errare non potuiſſe videatur: & elogium iſtud tribui poſſe Antonino Pio, ſi vel maxime auctor non ſit conſtitutionis famoſiſſimæ, quam *l.* 17. D. *de ſtat. hom.* laudari animadvertimus, jam ipſe oſtendit Spanhem. *Orb. Rom. Exerc.* 2. *c.* 1. *p.* 208. quippe qui non modo viros bene de re publica meritos frequentius jure civitatis donarit, ſed & cum Carnis Catalisque, adeoque cum totis gentibus, eximium iſtud beneficium communicarit. Gruter, *Inſcript. p.* 408. *n.* 1.

Opilius, ut ſcribit Jul. Capitol. *in Macrin. cap.* 13. *juris non incallidus*, &, teſte Herodiano *Hiſtor. Lib.* 4. *cap.* 12. peritus *νόμων ἐπιστήμης* Equidem Opilium iſtum *omnia reſcripta veterum principum tollere ſtatuiſſe*, refert *eodem loco* Julius Capitolinus, *nefas eſſe dicentem, leges videri Commodi & Caracallæ, hominum imperitorum voluntates, quum Trajanus numquam libellis reſponderit, ne ad alias cauſſas facta* * *proferrentur, quæ viderentur ad gratiam compoſita*. Sed brevitas imperii vix bimeſtris vetuit illum ſpes inchoare longas.

§. 325. Elagabali vero ne nomen quidem in *Pandecte* occurrit, quamvis quædam ejus conſtitutiones exſtent *l. un. C. Gregor. de patr. poteſt. & l.* 8. *C. de negot. geſt.* quas Elagabali eſſe, ex ſubſcriptionibus docent Henricus Noriſius *Epiſt. conſular. p.* 471. & Ant. Pagi *Crit. Baron. Tom. I. p.* 203. Obiter tamen monemus, Elagabali origines, & familiam ex *Pandectis* non modo illuſtrari, verum etiam ſuppleri poſſe *.

* Facta hic ſunt reſcripta, uti Græcis *πραγματικὰ* vel *πραγματικοὶ τύποι*. Jac. Gothofred. *ad Codic. Theodoſ. Tom.* I. *p.* 25. Hinc Paulli *libri Sententiarum & factorum ſex*. Ceterum quamvis id conſilium Macrini plerique damnent: tantum tamen abeſt, ut videatur reprehendendum, ut prudentiſſimo inſtituto reſcriptis tantum in aliquorum gratiam vel odium editis vim legum detrahere voluerit. Id vero non magis improbandum eſt, quam quod & Valentinianus Senior imperator talia reſcripta caſſa eſſe juſſit. *l.* 6. *de vectigal.*

* Fuiſſe Elagabalum filium Varii Marcelli & Juliæ Soæmidis, ex eorum temporum hiſtoricis ſatis notum eſt. Sed in jure noſtro paſſim memorantur alii ejus cognati, quos hac tabula repræſentare juvabit, maxime quum quædam videantur emendanda, quæ parum accurate tradidit Reineſ. *Epiſt. ad Rupert.* 69. *pag.* 611.

N. e familia JULIORUM.

- JULIUS AGRIPPA primipilaris, de quo *l.* 38. *D. de legat.* 3. patruus magnus Juliæ Domnæ, quam legem non intellexere. Cujac. *Obſ. Lib.* 3. *cap.* 18. & *Amoen. jur. civ. cap.* 25.
  - N. filia, de qua *l.* 38. *D. de legat.* 3.
    - N. Neptis, de qua eadem *l.* 38.
  - JULIUS AGRIPPINUS, cui reſcripſit Antoninus imp. anno 961. *Paviator LL Moſ. & Rom. Tit. X.* §. 4.
- N. Julii Agrippæ frater.
  - BASSIANUS, ſacerdos Dei ſolis. Sex. Aurel. Victor. *in Caracalla & Elagab.*
    - JULIA DOMNA Aug. nupta Septimio Severo imperatori.
      - ANTONINUS BASSIANUS CARACALLA, imp.
        - *Filiolus* una cum matre in Liparam inſulam relegatus, teſte Dione.
      - P. SEPTIMIUS GETA, a fratre occiſus.
    - JULIA MOESA ex Apamea Syriæ, teſte Dione, vel ex Emeſa, uti exiſtimat Herodian. *Hiſtor. Lib.* 5. *cap.* 4.
      - JULIA SOEMIS, nupta *Vario Marcello.*
        - ELAGABALUS, imp.
      - JULIA MAMÆA, nupta *Geneſio Marciano.*
        - ALEXANDER, imperator.

§. 326. Succeſſit his M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER, Elagabali conſobrinus, continentiſſimæ diſciplinæ princeps, & qui non pauca conſtitutionibus ſuis emendavit. Præfectorum urbi, & prætorio potentiam maxime auxit, & illis quatuordecim ROMÆ CURATORES addidit ex conſularibus, quos audire negotia cum præfecto urbis juſſit, ita, ut omnes, aut magna pars, adeſſent, quando acta fierent. Lamprid. *in Alex. cap.* 33. His ſenatoriam addidit dignitatem, ut VIRI CLARISSIMI eſſent, & dicerentur, idque ideo, ne quis, qui ſenator non eſſet, de ſenatore Romano judicaret. Lamprid. *ibid. cap.* 21. Quin & edicta eorum, condito licet jam pridem edicto perpetuo, ſervari voluit. *l.* 2. *C. de offic. præſ. præt. Orient. & Illyr.*

§. 327. MAXIMINUS porro, Alexandri percuſſor,

quod

quod a ſcelere auſpicatus fuerat, imperium tam breve habuit, ut non multum potuerit de jure novo conſtituendo cogitare. Habemus tamen duas ejus conſtitutiones: *l.* 13. *C. de pact.* & *l.* 6. *C. de jure dot.* quum oppoſitorum illi principum, Maximi & Balbini nullæ omnino exſtent. Plurimæ contra ſuperſunt Gordiani tertii, ſub quo revireſcere potuiſſet imperium, ſi vixiſſet diutius: nec non percuſſoris ejus Philippi, Arabis, quamvis pleriſque horum omnium epiſtolis vetera magis jura ſpeciebus obvenientibus adplicari, quam novi quid ſanciri, animadvertamus. *

§. 328. Supereſt, ut & jurisconsultos, qui a Commodi exceſſu ad hæc uſque tempora floruerunt, paucis perſequamur. Eorum facile princeps fuit Æmilius Papinianus, quem vulgo Italum, Hoſtilii Papiniani & Eugeniæ Gracilis filium fingunt, ob lapidem, deſcriptum a Gruter. *Inſcript. pag.* 348. *num.* 8. Sed nihil veri ei lapidi ineſſe, ad quem tot viri docti offenderunt, præclare oſtendit Ev. Otto *in Papin. cap.* 3. qui eumdem potius Syrophoenicem, & Juliæ Domnæ cognatum fuiſſe ſuſpicatur. *



* Et hoc ipſum argumento eſt, Philippum illum imp. ſceleratiſſimum hominem, non fuiſſe Chriſtianum. Fieri enim non potuiſſet, quin de emendando jure, abolendiſque, quæ paganam ſuperſtitionem ſapiebant, ſerio cogitaſſet, ejuſque rei veſtigia in ejus conſtitutionibus exſtarent, ſi pio Chriſtianorum cætui ſeſe adjunxiſſet. Præterea ludi ſæculares, publice editi, ſacraque ſollemnia & ſuperſtitioſiſſima eo anno curata, cum religione Chriſtiana minime omnium congruunt. Sed illam de Philippi Chriſtianiſmo ſententiam jam pridem profligarunt viri doctiſſimi, in quorum numero ſunt Conr. Sam. Schurzfleiſch. *Diſſ. de Phillippis augg.* §. 3. *ſequ.* & Cellar. *de primo principe Chriſtiane.*

* Fundamentum hujus conjecturæ eſt locus Spartiani *in Caracall. cap.* 8. ubi Papinianum *amiciſſimum fuiſſe*, ait, *Severo imperatori*, & *ut alii loquantur*, *adfinem etiam per ſecundam uxorem*. At ſecun-

§. 329. In Juris prudentia præceptorem habuit Cervidium Scævolam: Spartian. *Caracall. cap.* 8. in eaque arte adeo profecit, ut omnes longo poſt ſe intervallo reliquerit. Zoſim. *Hiſt. Lib.* 1. *cap.* 9. Hinc paſſim vocatur *juris aſylum & doctrinæ legalis theſaurus*, Spartian. *in Sever. cap.* 21. ὁ ἄριστος τῶν νομικῶν, *juris conſultorum excellentiſſimus*, Theophil. §. 7. *Inſt. de fideic. hered. legum armarium*, Caſſiodor. *Var. Lib.* 6. *cap.* 5. *acutiſſimi ingenii vir*, & merito ante alios excellens, *l.* 30. *C. de fideicomm.* & vix umquam a veteribus ſine elogio nominatur *: tanto major profecto, quanto minus in aliorum verba juraverat, inter erciſcundos, quos vocant, præcipuus. Vid. Ev. Otto *in Papin. cap.* 11. §. 6.

§. 330. Quamvis vero vir ingenii eminentiſſimi innumeris pæne negotiis diſtringeretur, quippe ſub Marco imp. advocatus fiſci, Spartian. *Caracall. cap.* 8. ſub Severo libellorum magiſter, *l.* 12. *D. de diſtract. pign.*

ac

cunda Severi uxor erat Julia Domna, cujus ſchema genealogicum ſupra (§. 325. *) exhibuimus, ac proinde ejus cognatum fuiſſe oportet Papinianum. Ceterum fuit illa familia litterarum ſtudioſiſſima, adeo ut Philoſtratus *in vit. Sophiſt.* 2. 30. *pag.* 622. Juliam Domnam vocet τὴν φιλόσοφον, & Antoninum Caracallam τὸν τῆς φιλοσόφου παῖδα Ἰουλίας, *philoſophæ Juliæ filium*. Eam enim lectionem contra Joſ. Scaligeri emendationem tuentur Thom. Reineſ. *Var. lib.* 2. *cap.* 12. & Gottfrid. Olear. *in not. ad Philoſtr. pag.* 622. De doctrina Juliæ Domnæ videndus etiam Ægid. Menag. *de mulier. philoſ. cap.* 16.

* Ejus vero auctoritas tum in ſcholis juridicis, tum in foro maxima fuit. In illis tertio curſus juridici anno ſtudioſi PAPINIANISTARUM nomen non ſine cærimoniarum adparatu adſumebant. *Conſt. omnem reip.* §. 1. 4. *ad anteceſſor.* In hoc inter JCtos, quorum ſcriptis Theodoſius junior vim juris ſcripti attribuerat, Papiniano non ſolum primus locus datus, ſed & id conceſſum eſt, ut paribus JCtorum ſuffragiis, ea pars vinceret, cui ſuffragaretur Papinianus. *l. un. C. Th. de reſponſ. prud.* & ibi Jac. Gothofredus.

ac paullo poſt præfectus prætorio, Xiphilin. *Lib.* 76. *p.* 865. & Caracallæ ac Getæ, fratrum, totiuſque imperii tutor: Zoſim. *Hiſtor. Lib.* 1. *cap.* 9. non tamen impediri ſe paſſus eſt, quo minus libros præſtantiſſimos ſcriberet, veluti *libros* 37. QUÆSTIONUM, *libros* 19. RESPONSORUM, *libros* 2. DEFINITIONUM, porro DE ADULTERIIS tum *libros* 2. in quibus ſingula legis Juliæ capita ordine expoſuit, tum alium *ſingularem*, de exercitione hujus publici judicii. *l.* 11. D. *ad leg. Jul. de adult.* Ev. Otto *in Papinian. cap.* 12. §. 4. *p.* 388. *ſequ. edit. nov.* denique *librum* ΑΣΤΥΝΟΜΙΚΩΝ, quo Ædilium municipalium officia Græce explicavit. *l. un. D. de via publ.* Otto *Papin. cap.* 4. §. 3. Maſcov. *de ſect. Sabin. & & Procul. cap.* 8. §. 6. *n.* 2. *

§. 331. Sed tantum ſidus exſtinxit Antonini Caracallæ furor, qui quum Papiniani virtutem ferre non poſſet, ipſe flagitiis omnibus contaminatus, eum non modo dignitate movit, ſimul ac pervenit ad imperium, Xiphilin. *l.* 77. *pr.* ſed & paullo poſt, parricidium, in Geta admiſſum, defendere recuſantem, una cum filio, quæſtorio viro, nefarie interemit: quamvis ea de re non parum diſcrepent veterum hiſtoricorum ſententiæ. Saltim Papinianum tum non triginta ſex, ſed ſeptuaginta aut plures annos natum fuiſſe, oſtendit Otto *in Papinian. c.* 16. §. 9. *

§. 332.

* Papinianum in libris ſuis aliquando variaſſe, ejuſque variationis veſtigia paſſim in *Pandectis* exſtare, oſtendunt Jac. Cujac. *Obſ. Lib.* 2. *cap.* 37. Merill. *Obſ. Lib.* 1. *cap.* 9. Idem Cujac. *Obſ. Lib.* 12. *cap.* 10. notat, Papinianum, Scævolæ præceptoris exemplo, ſæpe repetere in libris RESPONSORUM, quæ jam in libris QUÆSTIONUM ſcripſerit. Sed non ſane novum eſt, in uno libro auctorem adcuratius exſequi illa, quæ ſtrictius in alio expoſuerat.

* Ex quo patet, quam abſonum ſit, quod Gruter. *Inſcript. pag.* 348. *n.* 8. exhibet Papiniani monimentum:

AMI-

§. 332. Progredimur ad TERTULLIANUM, de quo præcipue quæritur, ſitne idem cum Q. SEPTIMIO FLORENTE TERTULLIANO, qui inter Latinos eccleſiæ patres primum locum tenet? Nam & hunc Euſebius *Hiſt. eccl. l. 2. c. 2.* τὸς Ῥωμαίων νόμȣς ἠκριβωκότα ἄνδρα, *virum jus Romanum adcurate doctum* adpellat, & ipſa patris iſtius opera magnam ubique juris peritiam produnt. Hinc eumdem eſſe JCtum noſtrum & Tertullianum patrem, adfirmant Ant. Auguſtin. de *nom. propr. Pand. pag.* 139. Cujac. *Obſ. l. 7. cap.* 2. Radulph. Forner. *Rer. quotid. l. 6. c.* 5. Guil. Grot. *Vit. JCtor. l. 2. c. 9.* Sed ſi nihil aliud huic ſententiæ opponi poſſet: ipſum dicendi genus, a tumore patris eccleſiaſtici diverſiſſimum, ſatis evinceret, diverſos hos fuiſſe Tertullianos, quamvis & juris prudentiæ laude, & ipſa ætate ſuppares *. Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 12.

§. 333.

ÆMILIO. PAULO. PAPINIANO.
PRÆF. PRÆT. JUR. CONS.
QUI. VIX. ANN. XXXVI. M. IV. D. X.
HOSTILIUS. PAPINIANUS.
EUGENIA. GRACILIS.
TURBATO. ORDINE. IN SENIO.
HEU. PARENT. INFELICISS.
FILIO. OPTIMO. P. M.
FECERUNT.

Sed impoſtura hæc æque manifeſta eſt, ac illud, quod urnæ argenteæ inſcriptum eſt, elogium apud Boldon. *in Diſſ. prælim. Epigr.* fol. 2. illi Gruteriano ſimillimum, niſi quod in hoc EUGENIA GRACILIS UXOR vocatur. Sed cauſſam jam perorarunt M. Aurel. Galv. *de uſufr. c.* 13. *n.* 11. Reineſ. *præf. Inſcr. p.* 5. & Otto *in Papin. c.* 16. §. 10. *pag.* 651. *ſeqq.*

* Fatetur id & Guil. Cave *Antiqu. patr. Tom.* 1. *pag.* 396. Sed ſubleſtum eſt, quo utitur argumentum, a diverſitate nominum deſumtum. JCtum enim noſtrum *Tertyllianum*, patrem eccleſiaſticum *Tertullianum* dictum eſſe, ait: quaſi non eadem eſſent hæc nomina, nec ſexcenta exſtarent exempla permutationis litterarum. Sane quum Græci dixerint *Sylla* pro *Sulla*, *Tyllius* pro *Tullius*, Latini *Suria* pro *Syria*: quidni & eodem jure ſcripſerint *Tertylliа-*

§. 333. Uterque, ut dixi, eodem tempore floruit. Ulpiano certe noſter anterior eſt, quippe a quo citatur *l.* 30. §. 6. *D. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.* poſterior vero SC. Tertulliano, quod ſub Hadriano factum eſſe diximus, ceu colligi poteſt ex *l.* 2. §. 44. *D. ad SC. Tertull.* Scripſit *libros* 7. QUÆSTIONUM, & DE PECULIO CASTRENSI *librum ſingularem*, ex quo tria fragmenta ſuperſunt in *Pandecte*, *l.* 23. *D. de teſt. mil. l.* 33. *D. eod.* & *l.* 44. *D. de caſtr. pecul.*

§. 334. Minus celebres ſunt Claudius Tryphoninus, Papiniani æqualis, quocum & cum Messio, neſcio quo, in Severi & Antonini conſilio fuit *, *l.* 50. *D. de jur. fiſc.* & præter NOTAS AD SCÆVOLAM, ab Ant. Dadino Alteſerra illuſtratas, *Toloſ.* 1679. *libros* non 26. uti putat Grot. *in Vit. JCtor. l.* 2. *cap.* 9. ſed 21. tantum, DISPUTATIONUM ſcripſit: nec non Arrius Menander, Antonino Caracallæ a conſiliis, & hinc a tutela excuſatus, *l.* 11. §. 2. *D. de minor.* quem libros 4. MILITARIUM, ſeu de RE MILITARI reliquiſſe novimus.

§. 335. Incertæ ætatis ſunt Sex. Pedius, qui AD EDICTUM, tum PRÆTORIUM, tum ÆDILITIUM notaſſe, *librumque* DE STIPULATIONIBUS ſcripſiſſe videtur: *l.* 2. §. 6. *D. de bon. poſſeſſ. l.* 6. *D. de reb. cred.* nec non Puteolanus, auctor ADVERSARIORUM, *l.* 12. *D. de pact.* Pactumejus Clemens, citatus a Pomponio

*lianus* & *Tertullianus*? Immo & pater eccleſiæ Τερτυλλιανὸς vocatur ab Euſebio *Hiſt. eccl. l.* 2. *c.* 2.

* Eſt hæc obſervatio Cujacii *Obſ. l.* 7. *c.* 2. eaque firmatur ex *l.* 78. §. 4. *fin. D. de jure dot.* ubi ipſe Tryphoninus ſe *in auditorio* aliquid *dixiſſe* refert, procul dubio in auditorio Papiniani, quod toties in jure celebratur. *l.* 40. *D. de reb. cred. l.* 97. *D. de adquir. vel omitt. hæred.* Præterea ad Claudium Tryphoninum anno eræ Dion. 213. reſcripſit Antoninus Caracalla *l.* 1. *C. de Judæis & cælic.* ex quo loco eum Syriæ tum præſidem fuiſſe colligit Guido Pancirol. *Lect. var. l.* 1. *c.* 79.

ponio *l.* 21. §. 1. *D. de ſtatulib.* PAPIRIUS FRONTO, cujus RESPONSA laudat Calliſtratus, *l.* 4. *fin. D. ad leg. Rhod. de jact. l.* 220. §. 1. *D. de verb. ſignif.* FURIUS ANTHIANUS, auctor *librorum* 5. AD EDICTUM *: denique CLAUDIUS & Q. SATURNINI, & RUTILIUS MAXIMUS, de quibus tantum non omnia incerta ſunt.

§. 336. A Papiniani celebritate parum abfuit COMITIUS ULPIANUS, Tyrius Syrophœnix *, *l.* 1. *pr. D. de cenſ.* qui Romæ jam ſub Severo & Antonino inclareſcere cœpit, quo tempore inter Papiniani adſeſſores, ſcriniorumque magiſter, poſtea ab Elagabalo vel dignitatibus privatus, vel in exſilium miſſus, Lamprid. *Elagab. c.* 16. hinc inter Alexandri conſiliarios & præfectus annonæ fuit. Lamprid. *in Alex' c.* 26. *l.* 4. *C. de contrah. ſtipul.* Denique ſub eodem principe ad ſummum præfecturæ prætorianæ faſtigium adſpiravit, ἐπι-

γνῶ-

* Hic FURII ANTHIANI commentarius ne Triboniani quidem ætate integer videtur exſtitiſſe. Ex ſolo enim *libro* 1. fragmenta non niſi tria in *Pandecten* relata ſunt. *l.* 62. *D. de pact. l.* 40. *D. de dolo mal. l.* 80. *D. de rei vindic.* Præterea auctorem habeo Laur. Theod. Gronovium *Emend. Pandect. c.* 25. *pag.* 82. *edit. nov.* in Indice Florentino non, ſicut in Taurelliana, legi μέρος ἐδίκτȣ βιβλία πέντε, ſed μέρος ἐδίκτȣ βιβλίον πέντε.

* Sunt, qui ideo Hebraiſmos quoſdam in Ulpiani ſtilo deprehendere ſibi videntur. Sed quamvis loquutiones quaſdam ſibi peculiares habuerit, ceu recte obſervavit Car. Andr. Dukerus *de Latinitat. vet. JCtor. pag.* 322. & 392. nihil tamen in ejus *fragmentis* occurrere, quod Hebraiſmum redoleat, ſingulari programmate *de Hebraiſmis Ulpiani* oſtendimus, *Francof.* 1730. Multo certius eſt, plurimos Hellenismos magnamque ſtribiliginem ejus ſtilo ineſſe: quod non mirandum in homine ſemigræco, & qui cadente jam Latinitate ſcripſit. Erudite de ejus ſtilo diſſerit Bynkerſh. *Obſ. l.* 8. *c.* 15. ubi & *l.* 22. §. 7. 8. *D. ſolut. matr.* quam Cujac. *ad l.* 1. *C. de dignit.* & Donellus *Comment. in jur. civ. l.* 8. *tit.* 2. ob impuriſſimam Latinitatem non ab Ulpiani, ſed Triboniani, manu eſſe exiſtimant, adcuratius expendit.

γνώμων καὶ ὥσπερ κοινωνὸς τῆς ἀρχῆς, *inſpector & quaſi particeps imperii*, uti vocatur a Zoſimo *Hiſtor. lib.* 1. *cap.* 11.

§. 337. Quamvis vero tanta cum prudentia ampliſſimis muneribus fungeretur, ut dicere non vereatur Lamprid. *in Alex. c.* 51. *ideo Alexandrum ſummum imperatorem fuiſſe, quod Ulpiani potiſſimum conſiliis rexerit rem publicam*, ac proinde principi ſuo eſſet cariſſimus, a quo non modo ut amicus, ſed & parentis fere loco honorabatur: *l.* 4. C. *de contrah. ſtipul. & l.* 24. C. *locat. cond.* a militibus tamen prætorianis, ejus ſeveritatem peroſis, in ipſo pæne imperatoris gremio interemtus *. Zoſim. *Hiſt. l.* 1. *c.* 11. Xiphilin. *lib.* 80. *pag.* 917.

§. 338. In juris prudentia id, quod ſummum eſt, erat adſequutus, νομοθέτης ἄριστος, καὶ τὸ παρὸν εὖ διαθῆναι

* Auctor eſt Lamprid. *in Alex. c.* 51. Alexandrum *Ulpianum pro tutore habuiſſe, primum repugnante matre, deinde gratias agente, eumque ſæpe a militum ira objecto purpuræ ſummæ defendiſſe*. Purpura enim ſacroſancta habebatur & inviolabilis. Et poſtrema vice, quum urgeretur a militibus, in palatium, & veluti in gremium principis, tamquam in portum confugerit. Ceterum cauſſa odii a Xiphilino memoratur reformatio morum, ſub Elagabalo corruptiſſimorum, quam Ulpianus urgebat, occiſis ſimul Flaviano & Chreſto, & quidem ἵνα αὐτοῖς διαδέξηται, *ut illis ſuccederet*. Male id habuit Epagathum, hominem libertinum, ſed potentem, qui non deſiit ſollicitare prætorianos ad ſeditionem, donec obtruncata magna civium parte, injectoque urbi igne, Ulpianum etiam occiderent. At non impune id facinus tulit Epagathus, primum in Ægyptum ſub honoris ſpecie miſſus, quia periculum erat, ne a præſente ſumtum ſupplicium milites ad novum tumultum incitaret, inde vero mox in Cretam revocatus, capitisque ibi, prout meruerat, damnatus. Refert hæc omnia auctor σύγχρονος, Dio, a Xiphilino excerptus *l.* 80. *pag.* 917. quum reliqui ſcriptores pæne omnia confundant, immo quidam ſub Elagabalo obtruncatum eſſe Ulpianum perperam ſcribant.

*ναι καὶ τὸ μέλλον εὐςόχως συνιδεῖν δύνατος, juris conſultus præſtantiſſimus, qui & res præſentes recte diſponere, & futura callide proſpicere poterat*. Zoſim. *Hiſtor. l.* 1. *c.* 11. Nulli ſectæ mancipatus, modo Sabino & Caſſio, modo Labeoni & reliquis Proculejanis ſuffragatur, ideoque erciſcundis accenſendus, ex ſententia Maſcovii *de ſectis Sabin. & Procul. c.* 8. §. 7. *n.* 2. quamvis eum paullo addictiorem Proculo fuiſſe exiſtimet Ev. Otto *in Papinian. c.* 13. §. 9. *pag.* 469. *edit. nov.* qui & §. 7. *pag.* 456. *ſeqq.* obſervaſſe ſibi viſus eſt, eum ſæpe perſtringere Papinianum, etiam ubi id minime mereatur, & §. 8. eumdem argutari aliquando *, & cavillis uti, thermis Neronianis frigidioribus. Id quod tamen me nondum fateor deprehendiſſe.

§. 339. Fragmenta ex ſcriptis Ulpiani plura, quam ex ullius veteris JCti, in *Pandectis* ſuperſunt. Scripſit enim plurima, partim majora opera, partim mole exigua. In illorum numero ſunt DIGESTORUM *libri* ſaltim 40. AD EDICTUM *libri* 83. AD LEGES JULIAM ET PAPIAM POPPÆAM *libri* 20. AD SABINUM *libri* 51. AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS *libri* 5. DE ADPELLATIONIBUS *libri* 4. DE CENSIBUS *libri* 6. DISPUTATIONUM *libri* 10. FIDEICOMMISSORUM *libri* 6. OPINIONUM *libri* 6. INSTITUTIONUM *libri* 2. AD LEGEM ÆLIAM SENTIAM *libri ſaltim* 4. PANDECTA-

RUM

* Eumdem Ulpianum verborum novatorem eſſe, obſervat Jac. Gothofredus *Animadv. c.* 8. Sed fallitur vir doctus, dum ſequutus Cujacium *Obſ. l.* 24. *c.* 39. JCtum noſtrum confundit cum Ulpiano, ſophiſta, quem κειτούκειτον vel κειτουιτούκειτον ob familiarem illi interrogationem: *ποῦ κεῖται, ubi hoc habetur?* dictum, & ob κενοφωνίαν ſæpe irriſum eſſe, refert Athenæus *Deipnoſoph.* 3. 18. Diverſus vero hic non minus eſt a noſtro, quam Ulpianus, Demoſthenis ſcholiaſtes, quamvis & ipſe Tyrius Syrophœnix fuerit. Vid. Jo. Alb. Fabric. *Biblioth. Græc.* 4. 20. 6. *pag.* 632.

RUM *libri* 10. REGULARUM *libri* 7. RESPONSORUM *libri* 2. PROTRIBUNALIUM *libri* 10. quorum de argumentis videndus Cujac. *Obſ. l.* 7. *c.* 23. DE OFFICIO COS. *libri* 3. DE OFFICIO PROCOSS. *libri* 10. denique AD EDICTUM ÆDILIUM CURULIUM *libri* 2.*.

§. 340. Inter minora Ulpiani opuſcula ſunt DE OFFICIO QUÆSTORIS *libri ſive* 2. *ſive unus*. Mirill. *Obſ. l.* 2. *c.* 30. nec non libri ſingulares DE OFFICIO CONSULARIUM, CURATORIS REIP. PRÆFECTI VIGILUM, PRÆFECTI URBI, PRÆTORIS TUTELARIS, itemque DE EXCUSATIONIBUS, & DE SPONSALIBUS. Accedunt NOTÆ, quibus varia veterum JCtorum, veluti ARISTONIS, PAPINIANI & MARCELLI opera vel illuſtravit, vel reprehendit *.

§. 341.

* Hos libros ſæpenumero in *Gloſſis* Philoxeni, non adſcripto Ulpiani nomine, citari, obſervat Cujac. *Obſ. l.* 10. *c.* 34. Quumque Lactant. *Inſt. div. l.* 5. *c.* 11. §. 19. referat, *Domitium lib.* 7. *de officio procoſ.* (ita enim legendum eſt, non *libris* 7. Cujac. *Obſ. l.* 10. *c.* 34. Menag. *Amœnit. jur. civ. cap.* 12.) multa principum reſcripta contra Chriſtianos collegiſſe: quærunt eruditi, an de Ulpiano noſtro loquatur Lactantius? Negant id multi, & nuper ex inſtituto Petrus de Toullieu: ſed ſine idoneo argumento. Chriſtianis noſtrum parum æquum fuiſſe, & aliunde patet: *lib.* 1. §. 3. *D. de extraord. cognit.* Et ſcripſit Ulpianus hos libros ſub Antonino Caracalla, ceu patet ex *l.* 4. *pr. l.* 6. §. 3. *D. de offic. procoſ. l.* 6. *D. de legation.* aliiſque quamplurimis: ſub quo principe durius actum eſſe cum Chriſtianis, nemo ignorat. Et quis, quæſo, in pagano odium adverſus Chriſtianos ſuſceptum meretur? Conf. Bynkersh. *Obſ. l.* 5. *c.* 23. *de relig. peregr. Diſſ.* 1. *p.* 241.

* Notas Ulpiani ad Papinianum ſæpe fuiſſe κατασκευαστικάς, obſervat Ev. Otto *in Papin. cap.* 13. §. 6. *ſeq.* Idem de Notis in Marcellum ſtatuit Merill. *Obſ. l.* 1. *c.* 28. Quum enim Marcellus notas ſcripſiſſet ad Julianum, in quibus ejus ſententias quacumque ratione cavillaverat ac reprehenderat, Merillius credit, Ulpianum, Marcello indignatum, par pari retuliſſe. Sed conjectura hæc eſt, quam in *l.* 14. *D. de reb. cred.* quam Merillius ad partes vocat,

cat,

§. 341. Suppar ætate ejusdemque vir dignitatis fuit JULIUS PAULLUS, quem Bartachinus & alii Patavinum; Jo. Bertrandus Tyrium; Hotomanus & Marcilius Græculum; Laur. Pignorius *opuſculo ſingulari* & *Epiſt. ſymbolic. l.* 1. *cap.* 41. Romanum fuiſſe contendunt, argumentis parum idoneis ſubnixi. Eosdem fere, ac Ulpianus, honores geſſit, quippe Severi conſiliarius, *l. ult. D. de jur. fiſc. l.* 97. *D. de adquir. hered.* nec non Antonini Caracallæ, *l.* 38. D. *de minor.* ab Elagabalo in exſilium actus *, patriæque redditus ab Alexandro imp. Aurel. Victor. *c.* 24. Fuit etiam inter Papiniani adſeſſores, *l.* 40. D. *de reb. cred.* demum ſub Alexandro præfectus prætorio. Lamprid. *Alex. c.* 26.

§. 342. Hic quoque *juris peritiſſimus* a Lampridio *in Alex. c.* 68. & cum Scævola & Ulpiano *legum peritorum coryphæus* a Modeſtino *l.* 13. §. 2. D. *de excuſat.* adpellatur. Sabinianum eum fuiſſe, credit Ev. Otto *in Papinian. c.* 13. §. 9. erciſcundis accenſet Maſcov. *de ſectis Sabin. & Procul. c.* 8. §. 8. *n.* 2. Id vero omnes fere obſervant, eum carpendi ſtudio maximorum virorum doctrinas non ſine acerbitate perſtringere, Balduin. *Juris prud. Mucian. pag.* 562. *Tom.* 1. *Juris prud. Rom. & Attic.* Petr. Faber *ad l.* 145. D. *de reg. jur.* Ev. Otto *ibid. pag.* 466. *ſeq. ibid. pag.* 144. & ab Ulpiano in primis & Papiniano frequenter diſſentire: Merill. *Obſ. l. c.* 33. quamvis, quæ de Ulpiani & Paulli æmulatio-

rum habuiſſe videtur Paullus noſter, data ei in matrimonium parum auſpicatum filia, JULIA CORNELIA PAULLA, quam γυναῖκα εὐγενεστάτην, *illuſtriſſimam feminam* vocat Herodian. *Hiſt. l.* 5. *c.* 6. cujuſque numos exhibet Vaillant. *Numiſm. imp. pag.* 137. & 263.

cat, parum præſidii reperire facile unusquisque animadvertet.

* Ejus rei non meminit Lamprid. *Elagabal. c.* 16. ſed Ulpianum tantum ab imperatore, ut virum bonum, remotum eſſe, refert. Hinc vereor, ne hic duos JCtos, confuderit Aurelius Victor. Sane Elagabalum imp. gene-

latione vulgo jactantur, non adeo certa videantur Bynkershoekio *ad l. lecta*, c. 13. *pag.* 89. Denique ſubtilitatum ſtudioſiſſimum, ut ſubinde σκοτεινὸν & obſcurum eum vocat Duaren. *ad l.* 132. D. *de verb. ſign.* ſuſcipiente & hic ejus patrocinium Bynkershoekio *ibid. pag.* 55.

§. 343. Indicem operum bene longum texit index Florentinus, quem hic exſcribere tædet *. Fuit enim noſter JCtorum πολυγραφώτατος. Obſervaſſe ergo hic tantum juvabit, ne omnes quidem Paulli libros in indice iſto reperiri, ſed in eo deſiderari *libros* 2. AD EDICTUM ÆDILIUM CURULIUM, *libros* ſaltim *quinque* EPITOMARUM, ſeu EPITOMATORUM ALFENI DIGESTORUM, DE JURE FISCI tum *libros* 2. tum *librum ſingularem*, DE CENSIBUS *libros* 4. *libellos* item *ſingulares* DE LIBERALI CAUSSA, DE ARTICULIS LIBERALIS CAUSSÆ, nec non DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM, DE COGNITIONIBUS, DE CONCEPTIONE FORMULARUM, DE DOTIS REPETITIONE, DE FORMA TESTAMENTI, AD LEGEM FUSIAM CANINIAM, DE OFFICIO ADSESSORUM, DE OFFICIO COS. AD ORATIONEM D. ANTONINI ET COMMODI, AD SC. LIBONIA-



* Exſtiterunt Paulli opera & opuſcula ultra nonaginta, quorum tamen quædam breviſſima fuiſſe videntur. Habuit ſane vir doctus *librum* Paulli *de gradibus*, quem non multo prolixiorem fuiſſe, quam *l.* 10. *D. de grad. & adfin.* teſtatur Cujac. *Obſ. lib.* 6. c. 40. Quales fuerint Paulli *libri Decretorum*, diſquirunt Cujac. *Obſ. l.* 2. *c.* 26. & Merill. *Obſ. l.* 2. *cap.* 26. quales *libri ad Plautium & ad Labeonis libros* πιθανῶν. Bynkershoek. *Obſ. l.* 2. *cap.* 18. *l.* 3. *c.* 6. & 12. qui alibi & *de libris Quæſtionum* differit *ad l. lecta*, *cap.* 1. §. 3. Ad Paulli *libros Manualium* librum Differentiarum ſingularem edidit Em. Merillius *Pariſ.* 1638. 8. Denique Paullum non *de ſeptemviralibus*, ſed *de centumviralibus judiciis* ſcripſiſſe, jam alii obſervarunt. Jo. Frid. Gronov. *Obſ. l.* 4. *c.* 2. Ita plura monere liceret de Paulli libris, niſi admoneret promiſſæ brevitatis fides, quando omnia tranſcurſu dicenda ſint.

NIANUM, & DE VARIIS LECTIONIBUS. Denique NOTAS ad JULIANUM, SCÆVOLAM, & PAPINIANI tum *Quæſtiones*, tum *Reſponſa*.

§. 344. Iisdem temporibus & CALLISTRATUS floruit, quippe qui Severum & Antoninum Caracallam Imperatores ſuos vocat, *l.* 2. *D. de jur. fiſc. l.*38. *D. de legib. l.* 3. §. *ult. D. de offic. proc. Cæſ.* Plura de eo fere ignoramus. Nam locus Lampridii, in quo Papiniani diſcipulis & conſiliariis Alexandri Severi adnumeratur, tam corruptus eſt, ut ei fidem habere non liceat. Scripſit COGNITIONUM vel de COGNITIONIBUS *libros ſex*, EDICTI MONITORII *libros totidem*, quos ego ad ordinem edicti perpetui compoſitos fuiſſe, obſervavi, INSTITUTIONUM *libros tres*, DE JURIBUS FISCI ET POPULI *libros quatuor*, denique *libros* 2. QUÆSTIONUM.

§. 345. Sed & ÆLIUS MARCIANUS Alexandri Severi tempora attigit *, Jac. Gothofr. *de cenotaph. pag.* 331. *Tom.* 3. *Theſaur. jur. civ.* quippe qui Antoninum Caracallam divum vocat, *l.* 11. §. 3. 4. *D. de muner. & honor.* & ab Alexandro Imp. reſcripto videtur honoratus, *l.* 4. *C. ne de ſtatu def.* Fuit & ipſe adſeſſor, ſive Papiniani, ſive Ulpiani, *l.* 1. *fin. D. ne de ſtatu def.* & quod ad juris prudentiæ ſtudia attinet, inter JCtos erciſcundos refertur ab Ev. Ottone *in Papinian. cap.* 13. §. 9. *pag.* 469.

§. 346. Scripſit DE ADPELLATIONIBUS *libros* 2. INSTITUTIONUM *libros* 16. in quibus, obſervante Jac. Gothofredo *de Cenotaph. p.* 330. *Tom.* 3. *Theſaur. jur. civ.* id

* Diverſus itaque eſt ab eo *Ælio Marciano*, non *Aurelio*, uti eſt apud *Pariatorem legum Moſaic. & Rom. tit.* 3. §. 3. qui ſub D. Pio Bæticæ proconſul fuit, & ad quem hujus principis reſcriptum extat §. 2. *Inſt. & l.* 2. *D. de his qui ſunt ſui vel. al. jur.* Quum ergo & JCtus noſter ÆLIUS vocetur §. 1. *Inſt. de leg. Aquill.* probabile eſt, hunc illius filium fuiſſe. Ad eumdem JCtum noſtrum pertinere videtur reſcriptum Alexandri Severi, *l.* 6. *C. de procurat.* immo & Gordiani fortaſſis, *l.* 4. *C. de fide inſtrum.*

id potiſſimum, quod in ipſis obtinuit rerum argumentis, diligentius propoſuit: REGULARUM *libros* 5. PUBLICORUM *libros* 2. DIGESTORUM *libros* 7. porro *libros ſingulares* DE DELATORIBUS, AD HYPOTHECARIAM FORMULAM, & ad SC. TURPILLIANUM: denique NOTAS AD PAPINIANI *libros de adulteriis*, quas eum non interpretationis, ſed reprehenſionis cauſſa ſcripſiſſe, poſt Franc. Raguellum *ad l.* 1. *C. de vet. jur. enucl.* obſervat Ev. Otto *in Papinian. cap.* 13. §. 6. *&* 9. *p.* 450. *&* 470. *edit. nov.*

§. 347. Nullum quoque dubium eſt, quin ejusdem ætatis fuerit FLORENTINUS, cujus exſtiterunt INSTITUTIONUM *libri* 12. ſtilo non vulgari ſcripti. Videtur hic idem eſſe Florentinus, cui reſcripſit Alexander Imp. *l.* 8. *C. de inoffic. teſt.* Nec aliorum temporum fuit VENULEIUS SATURNINUS, cui reſcripſiſſe videmus & Caracallam, *l.* 1. *C. quib. non obiic. long. temp. præſcript.* & Alexandrum *l.* 1. *C. de excuſat. veteran.* Reliquit is ACTIONUM *libros* 10. DISPUTATIONUM *libros* 7. INTERDICTORUM *lidros* 7. DE OFFICIO PROCOS. *libros* 4. DE POENIS PAGANORUM *librum ſingularem*, PUBLICORUM *libros* 2. & STIPULATIONUM *libros* 10. Σύγχρονον his fuiſſe LICINIUM RUFINUM, vel id argumento eſt, quod cum Paullo inſtituit litterarum commercium. *l.* 4. *D. quib. ad libert. proclam. non lic.* Scripſit REGULARUM *libros ſaltim* 13. ſi recte ſe habet inſcriptio *l.* 34. *D. de re jud.* De aliis ejus operibus nihil compertum habemus *.



*Eidem Licinio Rufino vulgo tribuunt COLLATIONEM LEGUM MOSAICARUM ET ROMANARUM a Petro Pithœo primum editam *anno* 1572. & poſtea ſæpius, & præcipue in Antonii Schultingii *Jurisprud. vet. Antejuſtin. pag.* 727. *ſeqq.* recuſam: ſed non alio argumento, quam quod Jo. Tilius narrare ſolitus ſit Petro Pithœo, habuiſſe ſe aliquando ejus operis fragmenta pauca, quæ ipſe LICINIO RUFINO tribuerit. Quamvis vero ipſe Pithœus neſcire ſe fateatur,

§. 348. Eamdem ætatem prodidit Æmilius Macer, dum non modo Ulpianum & Paullum ſæpius citat, *l.* 68. *D. ad leg. Falcid. l.* 12. *D. de re milit.* ſed & Alexandrum Severum ſuum Imp. vocat. *l.* 1. *D. ſi pendent. adpellat.* Accedit, quod ad eum reſcripſiſſe videtur Alexander *l.* 3. *C. de calumn.* Guid. Panciról. *Lect. var. l.* 1. *c.* 79. Reliquit *libros* 2. MILITARIUM, totidemque PUBLICORUM *, *libros* item DE OFFICIO PRÆSIDIS, ΕΙΚΟΣΤΩΝ ſeu DE VICESIMA HEREDITATIS & DE ADPELLATIONIBUS. Perperam ipſi tribuitur opus ΟΡΝΙΘΟΓΟΝΙΑΣ, cujus Diomed. *l.* 1. meminit. Illud enim alii Æmilio Macro, ævi Auguſtei poetæ deberi, oſtendit Broukhuſ. *ad Tibull. lib.* 2. *eleg.* 6.

§. 349. Herennium Modestinum ab Ulpiano eſſe eruditum, ſatis conſtat ex *l.* 52. § 20. *D. de furt.* quamvis

tur, cur ita ſenſerit Tilius: aliis tamen illa Tilii conjectura tam viſa eſt probabilis, ut ideo Licinium Chriſtianum fuiſſe cenſerent, non modo Jo. Bertrandus, ſed & ipſe Cujac. *Obſ. l.* 7. *c.* 2. Vid. Menag. *Amœn. jur. civ. cap.* 7. Enimvero quum hic *Pariator legum Moſ. & Roman.* non modo ex *Codice Hermogeniano* & *Gregoriano*, verum etiam ex ipſo *Theodoſiano* conſtitutiones quasdam deſcripſerit: *vid. tit.* 5. §. 3. oportuit illum ſaltim non ante Theodoſii junioris tempora, & annum 435. quo *Codex Theodoſianus* prodiit, vixiſſe. Immo ſunt argumenta, quæ auctorem illum ſæculo demum ſexto animum ad ſcribendum adpuliſſe perſuadent. Vid. Jac. Gothofr. *proleg. Cod. Theod. c.* 3. *l.* 2. *c.* 2. §. 10. *p.* 1262. *edit. nov. & Manual. jur.* Manifeſtum itaque eſt, operis iſtius fragmenta Licinio Rufo, ſæculi tertii JCto abſurdiſſime tribui.

* Publicorum *libros* præter Æmilium Macrum noſtrum ſcripſerunt Marcianus, Ventilejus, & Voluſius Mæcianus. Ea vero inſcriptio nihil aliud ſignificat, quam illa Paulli *de publicis judiciis*, ex quo libello decerptæ ſunt *l.* 6. *D. de prævaricat. l.* 8. *D. de publ. jud. l.* 7. *D. ad leg. Corn. de ſicar. l.* 9. *D. ad leg. Jul. peculat.* Sane, ſi inter ſe contendas omnia fragmenta, quæ ex tot auctorum libris *publicorum* in *Pandectas* relata ſunt, ne unum quidem, quod non ad crimina publicaque judicia pertineat, reperies,

viſ ex eo loco vix probetur, eum gente Dalmatam fuiſſe. Sub Alexandro Imp. anno v. c. 996. cum Faltone Reſtitutiano conrroverſiam, decem & octo annos inter magiſtros fontium & fullones agitatam, decidit *. Fabrett. *Inſcript. p.* 278. Poſt Alexandri exceſſum Maximinum juniorem in juris prudentia inſtituit. Jul. Capitolin. *Maximin. jun. c.* 1. Porro de jure cum reſpondiſſe comperio ſub Gordiano, a quo *non contemnendæ auctoritatis juris conſultus* vocatur. *l.* 5. *C. ad exhib.* Legalia ſe Græcorum voce enarraſſe, ipſe profitetur in *l.* 1. D. *de excuſ.* At in Latinis quoque ejus operibus Græcismos paſſim reperit Merill. *Obſ. l.* 3. *c.* 33. Æquitatem, modeſtiam, prudentiamque Modeſtini pro meritis laudat Brenkmannus *in Modeſtin. Heuremat. c.* 1. §. 18.

§. 350. Scripſit Modeſtinus præter HEUREMATICA, a Joanne Schiltero & Henr. Brenkmanno illuſtrata, de quorum materia præter laudatos ſcriptores Jac. Cujac. *Obſ. l.* 12. *c.* 32. & Merill. *Obſ. l.* 7. *c.* 34. DIFFERENTIARUM *libros* 9. EXCUSATIONUM *libros* 6. Græce adornatos, quorum fragmenta erudite expoſuit Ant. Auguſtinus: porro REGULARUM *libros* 10. RESPONSORUM *libros* 19. PANDECTARUM *libros* 12. quos definitiones tantum complexos eſſe putat Merill. *Obſ. l.* 8. *c.* 32. DE PŒNIS *libros*



* Prolixum eſt illud marmor, ad aggerem Servii pone Eccleſiam S. Antonii Abbatis in Exquiliis repertum, ex quo patet, fullones, quum aquæ uſum ſine penſione exigerent, Ælium Florianum magiſtrum exiſtimaſſe, debere fullones probare, *hoc ex ſacra auctoritate deſcendere, ut penſiones non dependerentur.* Replicaſſe porro fullones, *ſe quibuſcumque rationibus poſſe oſtendere, hoc ex ſacra auctoritate obſervari, & hodie, & ex eo tempore, ex quo Auguſtus rem publicam obtinere cœperit, uſque in hodiernum diem numquam hæc loca penſiones penſitaſſe.* Demum ſententia pro fullonibus lata, & penſiones exigi prohibitum eſt. ACTUM IV. IDUS MAR. ANN. IV. VICTORIAM PERCEPIMUS. LITIGATUM EST EX ALEXANDRI AUG. II. ET MARCELLI II. COS. IN PEREGRINI ET ÆMILIANI COS. DIES, id eſt, ab anno Chriſti 226. ad annum 244.

*bros* 4. AD Q. MUCIUM *libros ſaltim* 31. denique & *libros ſingulares* DE DOTIS DIFFERENTIA, DE CASIBUS ENUCLEATIS, quos de novo enucleavit Jo. Florens Rivinus *Diſſ. edita Lipſ.* 1727. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO, DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS, DE MANUMISSIONIBUS, DE PRÆSCRIPTIONIBUS, DE RITU NUPTIARUM, & DE TESTAMENTIS *.

§. 351. Ex eo tempore fere obmutuerunt JCtorum oracula, ceſſim & retro paullatim collabente jurisprudentia. Qui enim deinceps inclaruerunt, cujus modi haud pauci memorantur, nudam docendi profitendique provinciam Beryti, Romæ, ac Conſtantinopoli pro virili ornarunt, non acceſſione ulla locupletarunt jurisprudentiam. Jac.Gothofred. *Manual.jur. l.*1. *c.*7. *p.*1252. *edit.nov.* Illuxerunt quidem multo poſt HERMOGENIANI, AURELII ARCADII CHARISII, & uti quibusdam videtur, JULII AQUILÆ ingenia, quæ & lucubrationibus ſuis ſibi famam pepererunt: ſed vel ipſa operum fragmenta oſtendunt, eos viros doctos non adſpiraſſe ad veterum gloriam, nec cum his ulla ex parte eſſe comparandos.

§. 352. Sed &, qui Gordianum & Philippos ſequuti ſunt, imperatores vel breve habuerunt, vel inter arma & perpetuas turbas vix cogitare de legibus potuerunt. Exſtant tamen conſtitutiones CN. MESSII TRAJANI DECII, C. VIBII TREBONIANI GALLI & C. VALENTIS HOSTILIANI VOLUSIANI, P. LICINII VALERIANI & P. LICINII GALLIENI, M. AURELII CLAUDII, L. DOMITII AURELIANI, M. AURELII PROBI, M. AURELII CARI, & M. AURELII CARINI,

* Eidem Modeſtino periochas, Virgilii Maronis libris præmiſſas tribuunt Scip. Gentil. *Parerg. l.*2. *c.* 31. ipſeque J. Alb. Fabricius *Biblioth. Lat. Vol.* 1. *c.* 12. *p.* 207. Sed eas grammatici cujusdam inferioris ævi eſſe, cum ipſæ illæ periochæ produnt, tum præfatio, in qua ſe Naſonem vocat ille Modeſtinus. Vid. *Catalecta Virgil. p.* 143. *edit. Scalig.*

NI, qui ab anno eræ Dionyſ. 249. ad annum 284. imperarunt *: ſed earum pleriſque non tam novi quid conſtitui, quam jura conſtituta ſpeciebus obvenientibus adplicari, animadvertimus.

§. 353. Soli ergo DIOCLETIANUS, MAXIMIANUS, & reliqui imperii conſortes plures ediderunt conſtitutiones, quibus & emendarunt veterem juris prudentiam, & nova non pauca ſanxerunt. Quamvis enim utriusque vita multis dicatur polluta flagitiis, neque illis parcant ſcriptores Chriſtiani, quos deteſtanda illa laniena offenderant: fatendum tamen eſt, DIOCLETIANUM ſaltim, ſi ab illa truculentia adverſus Chriſtianos diſceſſeris, non male meritum eſſe de re publica, & multis eam inſtitutis præclaris ornaſſe. At ejus veſtigiis non inſtiterunt GALERIUS, MAXIMIANUS, & reliqui collegæ, quorum ſub principatu *ex-*



* Has conſtitutiones ordine chronologico diſpoſuit, & ad ſuos quamque annos & coſſ. retulit Petr. Reland. *in Faſt. conſular. p.* 210. *ſeq.* Et DECII quidem conſtitutiones reperies *l.* 2. C. *de hered. act. l.* 2. C. *de adquir. vel amitt. poſſ. l.* 9. C. *de jur. dot. l.* 4. C. *de jure delib. l.* 3. C. *de legitim. her. l.* 3. C. *de donat.* Reſcriptum GALLI & VOLUSIANI, *l.* 16. C. *de negot. geſt.* VALERIANI & GALLIENI, *l.* 2. C. *de advoc. fiſc. l.* 6. C. *de reſtit. mil. l.* 3. C. *de teſtib. l.* 13. C. *de teſtam. mil. l.* 5. C. *de teſtam. l.* 14. C. *de fideicom. l.* 11. C. *de tranſact. l.* 2. C. *de inoff. teſt. l.* 2. C. *quemadm. teſt. aperiantur. l.* 15. C. *de fideic. l.* 16. C. *ad leg. Jul. de adult.* & alias plurimas. CLAUDII, *l.* 6. C. *de ſerv. & aqu. l.* 2. C. *de diverſ. reſcript.* AURELIANI, *l.* 1. C. *de his qui ven. æt. impetr.* PROBI, *l.* 2. C. *de revoc. don. l.* 1. C. *ut nem. lic. ſine jud. auct. ſign. reb. l.* 4. C. *de donat.* CARI denique & CARINI, *l.* 9. C. *de rei vind. l.* 4. C. *de teſt. l.* 8. *l.* 7. C. *de præd. & al. reb. min. non al. l.* 16. D. *de fideic. l.* 4. C. *in quib. cauſſ. pign. vel hypoth. tac. l.* 4. C. *de calumniat. l.* 2. C. *de recept. arb. l.* 6. C. *de ſent. & interloquut. l.* 5. C. *quand. prov. non eſt neceſſ.* CARINI & NUMERIANI, *l.* 19. C. ex *quib. cauſſ. infam. irrog. l.* 17. C. *de inoff. teſt. l.* 2. C. *de divid. tutel. l.* 5. C. *de donat. l.* 3. C. *de revoc. donat. l.* 9. C. *ad leg. Corn. de falſ.*

*ſtinctam eſſe eloquentiam, cauſſidicos ſublatos, juris conſultos aut necatos, aut relegatos*, conqueritur Lactantius *de mort. perſequut. cap.* 22.

## CAPUT V.

### DE STATU JURIS ROM. A CONSTANT. M. AD JUSTINIANUM IMP.

§. 354. *Conſtantinus M. plurima in jure innovavit.* §. 355. *Exempla novorum jurium a Conſtantino M. repertorum.* §. 356. *Alia ejus generis exempla.* §. 357. *Iterum alia.* §. 358. *Sub eo floruit Hermogenianus JCtus.* §. 359. *Et Aurelius Arcadius Chariſius.* §. 360. *An & Julius Aquila?* §. 361. *Schola juridica Berytenſis.* §. 362. *Ejus laudes & fata ſæculis tertio & quarto.* §. 363. *Nec non ſæculis quinto & ſexto.* §. 364. *Interitus hujus ſcholæ miſerabilis.* §. 365. *Conſtantinus quædam & in re publica innovavit.* §. 366. *Judicium de Conſtantino M.* §. 367. *Codices cur fieri tum cœperint?* §. 368. *Codex Gregorianus qualis fuerit?* §. 369. *Ejus Codicis auctoritas & fragmenta.* §. 370. *Codicis Hermogeniani auctor.* §. 371. *An tres ejus editiones.* §. 372. *Ejus materia & fragmenta.* §. 373. *Status juris ſub Conſtantini M. liberis.* §. 374. *Sub Juliano Imp.* §. 375. *Miſera juris prudentiæ conditio.* §. 376. *Status juris ſub Juliani ſucceſſoribus ad Theodoſium M.* 377. *Juris prudentiæ moles & miſera facies.* §. 378. *Theodoſii 2. & Valentiniani Conſtitutio de reſponſis prudentum.* §. 378. *Codex Theodoſianus.* §. 380. *Novellæ Theodoſii 2. & ſucceſſorum.* §. 381. *Scholæ juridicæ Romana & Conſtantinopolitana.* §. 382. *Status juris Rom. ſub Theodoſii 2. ſucceſſoribus ad Juſtinianum.*

§. 354 EX quo Chriſtianæ veritatis lumen in orbe Romano reſplenduit, eoque colluſtratus CONSTANTINUS M. paganam ſuperſtitionem deſeruit, (quod

ini-

ini.io ſæculi quarti factum eſſe novimus): hi dies aliam vitam, alios mores poſtulare viſi ſunt. Hinc permulta in juris prudentia mutavit Conſtantinus M.* quæ adcurate ac erudite expoſuit Franc. Balduinus *in Conſtantino M.* tum *Halæ anno* 1727.8. tum nuper *Tom.* 1. *Juris prud. Romanæ & Atticæ, pag.* 569. *ſeqq.* recuſo, quocum jungendus Jac. Gothofred. *in Commentar. ad Codic. Theodoſ.* in quo Conſtantini leges utramque facere paginam novimus.

§. 355. Ad hæc jura nova, Conſtantini M. edictis invecta, merito retuleris, quod Eccleſiis per ultimam voluntatem, quantumcumque cuique libuerit, relinqui permiſit: *l.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccl.* quod ludos gladiatorios ſuſtulit: *l. un. C. de gladiat.* quod artium profeſſores immunitate donavit: *l.* 6. *C. de profeſſ. & medic.* quod diem ſolis rite, nec tamen tam ſuperſtitioſe celebrari voluit, ut agricolis non indulgerentur operæ neceſſariæ: *l.* 3. *C. de fer.* quod ſervos bovesque aratores pignori capi; *l.* 7. *C. quæ res pign. obl. poſſ.* concubinasque plures una haberi vetuit *: *l. un. C. de concubin.* denique quod liberos non niſi ſanguinolentos ob famem diſtra-

* Jure ergo inter præcipuos legislatores locum ſibi vindicat Constantinus, quem ideo maxime laudat Nazarius *in Panegyr. cap.* 38. *quod novas leges regendis moribus, & frangendis vitiis conſtituerit, veterum calumnioſas ambages reſciderit, hæque captandæ ſimplicitatis laqueos perdiderint.* Similia obſervant Euſeb. *in vit. Conſtant. M. l.* 2. *c.* 30. & *auctor incertus panegyrici, Conſtantino Aug. dicti, c.* 4. Laurentius Patarolus *in Notis ad veterum auct. orat. panegyr. p.* 299. huc refert elegantem Conſtantini nummum, in quo ſiſtitur ara, cui inſidet noctua, ex transverſo haſtile quoddam, e cujus una parte clypeus, ex altera caſſis propendet, cum lemmate: sapientia principis. Sunt enim hæc ſymbola Minervæ, adeoque ſapientiæ, in primis legislatoriæ.

* Sunt, qui mirantur, concubinatum non plane ſublatum eſſe a Conſtantino M. principe Chriſtiano, & qui plures leges ſaluberrimas de re

ſtrahi paſſus eſt, *l. 1. C. de patr. qui lib. diſtrax.* quamvis & eam facultatem poſtea, conſtitutis e publico alimentis, parentibus ademerit. *l. 1. & l. 2. C. Th. de alim. quæ par ex pobl. pet. deb.*

§. 356. Idem Conſtantinus bona liberorum materna ita eſſe in poteſtate patrum voluit, ut fruendi tantum haberent facultatem, dominio eorum ad liberos pertinente: *l. 1. C. de bon. matern.* quamvis ideo peculium adventitium non invexiſſe Conſtantinus, ſed multo prius imperatores liberis tale jus conceſſiſſe videantur*. Sed & equis conſuluit, curſui publico deſtinatis, quos fuſtibus contundi vetuit[. *l. 1. C. de curſ. publ.* Denique & ta-

re matrimoniali promulgarat. Sed impares adhuc fuiſſe leges communi huic vitio, & ſatis tamen multa ſanxiſſe Conſtantinum, quibus concubinatus indirecte ſubrueretur, oſtendimus *in Comment. ad leg. Jul. & Pap. Popp. lib. 2. cap. 4.*

* Eſt hæc obſervatio JCti eximii, M. Aurel Galvani, *de uſufr. cap. 7. p. 57.* Hic enim docet, primum JCtos introduxiſſe differentiam dotis profectitiæ & adventitiæ. *l. 5. D. de jure dot.* Ulp. *Fragm. tit. 6. §* 3. Sic primum cœpiſſe filiam familias aliquid proprium habere, nempe dotem adventitiam. Deinde Hadrianum Imp. filio conceſſiſſe facultatem ſtatim repetendi a patre fideicommiſſum, quod ipſe diſſipare cœpiſſet, *l. 50. D. ad SC. Trebellian.* quod denuo fuerit adventitium, quia profectitium non videretur, quod a patre invito & coacto proveniret. *l. 5. §. 9. D. de jur. dot.* Mox JCtos, argumento hujus conſtitutionis induxiſſe, ut ſi pater inſtitutus, & rogatus filio reſtituere nolit, filius poſſit per magiſtratum cogere patrem, ad aditionem & reſtitutionem. *l. 16. §. 11. D. ad SC. Trebellian.* Sed & Antoninum Pium reſcripſiſſe, ut filius furioſi delatam ſibi ſucceſſionem haberet, non obſtante patria poteſtate. *l. 52. D. de adqu. vel omitt. hered.* Denique Conſtantinum M. hoc jus filii ad bona materna; *l. 1. C. de bon. mat.* Theodoſium & Valentinianum ad lucra nuptialia; *l. 1. C. de bon. quæ lib.* Leonem & Anthenium ad lucra ſponſalitia; *l. 5. C. eod.* denique Juſtinianum ad omnia adventitia porrexiſſe. *l. 6. C. eod.*

& tacitam hypothecam pupillis in bonis tutorum conceſſiſſe legitur. *l.* 20. *C. de adminiſtr. tut.*

§. 357. Præterea Conſtantinus M. SC. de rebus minorum ſine decreto non alienandis ad urbana etiam prædia produxit *: *l.* 22. *C. de adm. tut.* & novas edidit conſtitutiones de actione ex donatione danda, *l.* 25. *C. de donat.* de diviſione paterna a liberis ſervanda, *l. ult. C. famil. erciſc.* de querela inofficioſi teſtamenti fratribus & ſororibus germanis, & conſanguineis non concedenda, niſi inſtituta turpi perſona, *l.* 27. *C. de inoffic. teſtam.* de teſtibus jure jurando obſtringendis, nec fide aliter iis habenda, *l.* 9. *C. de teſtib.* de carcere in pœnam non habendo, *l.* 1. *C. de cuſtod. reor.* pluresque ejusdem generis alias.

§. 358. Revixit ergo quodammodo ſub Conſtantino M. Romana juris prudentia: & hinc poſt tantum temporis intervallum JCti quidam tunc doctrinæ laude florere cœperunt, quorum veluti coryphæus fuit Hermogenianus. Celeberrima iis temporibus fuit Hermogenianorum familia potentiſſimæ Aniciorum genti arcto cognationis vinculo conjuncta, de qua docte diſſerit Reineſ. *ad Inſcript. pag.* 70. JCtum noſtrum & poſt Conſtantinum, & ſub ejus liberis floruiſſe, ex eo intelligimus, quod *l.* 17. *D. de min.* meminit præfectorum prætorio, a quibus adpellari non poſſit: quod privilegium de non adpellando præfectis anno demum Chri-

* Quin ſingularem eam ob rem conſtituiſſe videtur Prætorem, qui ideo Constantinianus vocatur in *l. ult. C. de præd. & al. reb. min.* cujusque in eo conſtitit officium, ut in diſtractione rerum minorum decretum cauſſa cognita interponeret. Immo tunc quoque partes ſuas interponere hunc prætorem juſſit, ſi propter debita fiſcalia pupillorum vel minorum res immobiles diſtrahendæ ſint, quamvis neceſſaria eſſet hæc diſtractio. Vid. Balduin. *in Conſtant. M. pag.* 642. *Tom.* 1. *Juris prud. Rom. & Attic.*

Chriſti 331. datum eſt. *l.* 16. *C. Th. de adpellat.* Itaque non mirandum, eum non ſemel novis ac parum Latinis vocabulis uſum eſſe. Jac. Gothofred. *Prolegom. Cod. Theod. c.* 1. Bynkersh. *Obſ. l.* 6. *c.* 21. Eumdem adhuc immerſum fuiſſe paganis ſuperſtitionibus, nos ex ea ipſa *l.* 60. *D. de donat. int. vir. & uxor.* ex qua eum Chriſtianum fuiſſe, probare voluit Bertrandus, probamus. Scripſit EPITOMATORUM JURIS *libros* 6. * quorum ordinem ipſe indicat *l.* 2. *D. de ſtatu hom.*

§. 359. Ejuſdem ætatis fuiſſe AURELIUM ARCADIUM CHARISIUM, ex *l. un.* §. 1. *D. de offic. præf. præt.* colligimus, ubi itidem præfectorum prætorio, a quibus provocare non liceat, meminit: quod jus ſub Conſtantino demum inductum eſſe, paullo ante monuimus. Unde perperam Guido Panciroi. *Lect. var. l.* 1. *c.* 79. eum ſub Caro, Carino, & Numeriano, nec non ſub Diocletiano floruiſſe, contendit *. Chriſtianum illum fuiſſe, cenſet Cujac. *Obſ. l.* 7. *c.* 2. ſed non reddita ulla, qua in hanc opinionem adductus ſit, ratio-

* Alii eidem *Hermogeniano* tribuunt *libros fideicommiſſorum*, ob inſcriptionem *l.* 14. *D. ad SC. Trebell.* Sed mendoſam eſſe illam inſcriptionem, & prima tantum legis verba ex Hermogeniani *Epitomatibus juris*, reliqua ex Ulpiani *libris fideicommiſſorum* eſſe deſumta, oſtendit Cujac. *Obſ. l.* 2. *c.* 27. ubi etiam docet, Hermogeniani *libros Epitomatorum juris* non fuiſſe Juliani *Digeſtorum* epitomen, ſed inſtitutiones vel compendium juris.

* Ad Chariſium enim noſtrum Pancirolus directas eſſe putat conſtitutiones Cari, Carini, & Numeriani, *l.* 4. *C. de calumniat.* nec non binas Diocletiani & Maximiani, auguſtorum, *l.* 1. *C. ne ruſtic. ad ull. obſ.* & *l.* 27. *C. de pact.* Sed Carus & Carinus in *d. l.* 4. *C. de calumn.* ad Arcadium quemdam reſcribunt, quo nomine iis temporibus plures uſos eſſe, conſtat. Is vero, ad quem *l.* 27. *C. de pact.* miſſa eſt, Arcadius non Chariſius, ſed Chreſimus adpellatur, nec facile quis audiverit Pancirolum, *de clar. leg. interpr. l.* 1. *c.* 2. *pag.* 12. pro *Chreſimo*, nullo addicente codice MSC. reſcribentem *Chariſio*. In *l.* 1. *C. ne ruſtic. ad ull. obſ.* ne *Arcadii* quidem ullius ſit mentio.

ratione. Sex ſane fragmenta, quæ in *Pandectis* ex ejus libris ſuperſunt, nihil omnino, quod Chriſtianismum redoleat, continent. Ceterum ex eorum inſcriptionibus diſcimus, eum magiſtri libellorum officio eſſe functum, & reliquiſſe *libros ſingulares* DE TESTIBUS, *l.* 1. *l.* 21. *l.* 25. *D. de teſt. l.* 10. *D. de quæſt.* DE OFFICIO PRÆFECTI PRÆTORIO, *l. un. D. de offic. præf. præt.* & denique DE MUNERIBUS CIVILIBUS, *l.* 18. *D. de muner. & honor.*

§. 360. Quod ad Julium Aquilam JCtum attinet, ejus familiam jam Elagabali temporibus floruiſſe, arbitror, ſiquidem hic imp. in matrimonio habuit Juliam Aquiliam Severam, antea virginem Veſtalem, cujus numi exſtant apud Patinum *Numismat. imp. pag.* 270. De JCti noſtri ætate multa diſputant eruditi, quæ veluti in nucleo exhibet Ever. Otto *in Præf. Theſaur. jur. civ. Tom.* 1. *pag.* 17. Id unum certum eſt, eum reliquiſſe *librum* RESPONSORUM, ex quo bina ſuperſunt fragmenta, *l.* 34. *D. de adminiſtr. & peric. tut.* & *l.* 12. *D. de ſuſpect. tutor. & curator.*

§. 361. Lacertos tum movere cœpiſſe Romanam juris prudentiam, argumento SCHOLA JURIDICA, quæ tum non quidem inſtitui primum, ſed inclareſcere in orbe Romano cœpit, puta BERYTENSIS. Ea & inſequentibus ſæculis adeo in deliciis fuit imperatoribus, ut aliis locis, quam Beryti, Romæ, & Conſtantinopoli jus publice docere prohiberent, & quum Alexandriæ * & Cæſareæ nonnulli ſcholas juridicas aperirent,

* At tanto plus celebritatis conſequuta eſt ſchola Alexandrinorum medica, adeo ut olim ad commendationem artis ſufficere videretur, ſi quis ſe Alexandriæ vixiſſe diceret. Ammian. Marcell. *l.* 22. *c.* 16. *Medicinæ autem, cujus in hac vita noſtra nec parca, nec ſobria, deſiderantur adminicula crebra, ita ſtudia augentur in dies, ut, licet opus ipſum redoleat, pro omni tamen experimento ſufficiat medico ad commendandam artis auctoritatem, ſi Alexandriæ*

rirent, eas claudi juberet Juſtinianus imp. *Conſt. omnem reip.* §. 7. *ad Anteceſſ.*

§. 362. Scholam iſtam jam ſæculo tertio cœpiſſe, ſupra monuimus. Ut vero paullo adcuratius inquiramus in ejus origines, hic obſervaſſe juvabit, non ſub Diocletiano demum (uti Strauchius *de Beryto*, *c.* 4. §. 15. cenſuit), ſed haud paullo prius, illam juris Romani ſtudiis floruiſſe. Nam Gregorius Thaumaturgus, jam anno 248. ad Epiſcopatum Neocæſarienſem evectus, in *Orat. Panegyr. p.* 186. *ſeq.* Beritum vocat πόλιν Ῥωμαϊκωτέραν πῶς, καὶ τῶν νόμων τούτων πιστευθεῖσαν παιδευτήριον, *urbem plane Romanam*, & *legum Romanarum ſchola ornatam*. Nec minus, eodem ſæculo, hujus ſcholæ cum laude meminerunt Diocletianus & Maximianus auguſti, *l.* 1. *C. qui æt. vel profeſſ. excuſ.* Sæculo inſequente quarto tantus Berytum fiebat ingenuorum juvenum concurſus, ut Libanius *Orat.* 16. invidiæ percitus œſtro adoleſcentes, abdicato eloquentiæ ſtudio Berytum, ad hauriendam juris diſciplinam contendere queratur. Enimvero hoc ipſo ſæculo IV. triſte

*driæ ſe dixerit eruditum*. Alexandrini autem medici quanto in pretio fuerint, indicat etiam Galenus *libro de Anatomia*, & Julianus Aug. *Ep.* 46. Hinc Fulgentius Planciades *l.* 1. *Mythol.* Alexandriæ in cunctis fere angiportis fuiſſe medicorum domicilia, ſcribit. Alios porro medicos, qui ad perfectam artis ſuæ ſcientiam adſpirarint, relictis patriis ſcholis Alexandriam navigaſſe, ut a profeſſore aliquo magno medicinam diſcerent, patet ex Liban. *l.* 4. *epiſt.* 95. & Theodorit. *epiſt.* 224. Zach. Mitylen. *p.* 179. Vid. Valeſ. *ad Ammian. Marcell. p.* 267. Noluit ergo Juſtinianus Alexandrinos & ſcholam juridicam habere, qui jam ex medica multum celebritatis fuerint conſequuti. Neque tamen Alexandrini ſtatim paruiſſe videntur illi Juſtiniani edicto. Quum enim Conſtitutio illa prodierit anno Chriſti 533. quindecim annis poſt, anno 548. de ſe ſcribit Agathias *l.* 2. *p.* 48. ἐτύγχανον γὰρ αὐτοῦ διατρίβων παιδείας ἕνεκα τῆς προπῶν νόμων: *commorabar enim ibi*, (Alexandriæ) *tum temporis legalium ſtudiorum cauſſa*.

ſte huic ſcholæ fatum incubuit, urbe horribili terræ motu concuſſa, maximamque partem ſubverſa, anno eræ Chriſtianæ 349. Cedren. *Annal. pag.* 246.

§. 363. Sed mox tamen reviruit ſchola celeberrima. Nam inſequente ſæculo Nonus *in Dionyſ. l.* 41. *extr.* mirifice laudat legum ſtudium, quod Beryti ferveat: & Zacharias Mytilen. *de opific. mundi pag.* 164. eamdem urbem vocat μητέρα τῶν νόμων, *matrem legum*, quemadmodum ſæculo ſexto a Juſtiniano *civitas legum veneranda & ſplendida metropolis*, nec non *legum nutrix* adpellatur. *Conſt. tanta.* §. 9 *de conf.* & *Conſt. omnem reip.* §. 7. *ad Anteceſſ.* Auditorum magnificentiam laudant *Geographus a Jac. Gothofredo primum editus, pag.* 256. *edit. Gronov.* & Zachar. Mitylen. *ibid. pag.* 166. * Legum profeſſores tempore Juſtiniani ibi celebra-

* Quia hi ſcriptores non omnium in manibus ſunt: gratiam nos inituros a ſtudioſis, ſperamus, ſi loca eorum integra huc referamus. Et Noni quidem de Beryto hæc verba ſunt: *l.* 41. *v.* 389. *ſequ.*

Σκῆπτρον ὅλης Αὔγουστος
ὅτε χθονὸς ἡνιοχεύσει
Ῥώμῃ μὲν ζαθέῃ δωρήσεται αὐσόνιος Ζεὺς,
Κοιρανίην, Βερόῃ δὲ χαρίζεται ἡνία θεσμῶν.

*Sceptrum totius Auguſtus*
*quando terræ gubernabit,*
*Romæ quidem divinæ dabit Auſonius Jupiter*
*Imperium: Beroæ vero indulget fræna legum.*

*Geographus*, a Gothofredo editus, *p.* 256. *Tam Berytus civitas valde delicioſa, & auditoria legum habens, per quam omnia judicia Romanorum. Inde enim viri docti in omnem orbem terrarum adſedent judicibus, & ſcientes leges cuſtodiunt provincias, quibus mittuntur legum ordinationes.* At prolixiſſimus eſt Zacharias, qui fingit, ſe hoſpitem in auditorium Berytenſe, quod ipſe *p.* 165. τὸ τέμενος τοῦ θεοῦ, *fanum Dei* adpellitat, inductum, qui, conſpecta illa auguſta baſilica, exclamarit: *O peritiam artificis, mi anime! O præclarum ſpectaculum! Quæ forma! quam apta quamque elegans coagmentatio auguſtæ Dei domus! utque tanta magnitudo decem columnis ſuſtinetur! Utque una ex materia politæ omnes! Ut eumdem inter ſe adſpectum formamque retinent! Candidæ omnes & leves*

brabantur DOROTHEUS, ANATOLIUS, SALAMINIUS, & THEOPHILUS, quorum opera princeps in componendo Corpore juris uſus eſt. Denique de petulantia ſtudioſorum in novitiis initiandis videnda *Conſtit. omnem reip.* §. *9. ad Anteceſſ.* & Strauch. *de Beryto, c.* 5. §. 1. *ſequ.*

§. 364. At urbem florentem, & ad invidiam usque felicem, anno Juſtiniani XX. terræ motus ſubruit, & magnam ſtudioſorum multitudinem una ruina involvit, ut præter urbis pavimenta nihil ſupereſſet. Et quamvis Anteceſſores ſuperſtites ſcholam Sidonem transferrent, & cives interim nihil facerent reliqui, ut urbem inſtaurarent: eam tamen e ruinis prodeuntem nova excepit calamitas, incendium maximum, quo urbs antiquiſſima, Phœniciæ poſt Tyrum metropolis, & colonia juris Italici ſplendidiſſima tota in cineres conſedit: Quæ fuſius narrat Agathias *Hiſt. Juſtin. l.* 2. *pag.* 47. ubi urbem illam vocat τὴν καλλίστην, τὸ φοινίκων πάσης ἐγκαλλώπισμα, *pulcherrimam, & totius Phœniciæ ocellum*, ᾗ τοῦτο πάτριον καὶ, ὥσπερ γέρας τι μέγιστον τὸ, νόμων αὐτῇ ἀνεῖται διδασκαλεῖα, *cui hoc patrium, & veluti maxima honoris prærogativa fuerit, quod ſcholæ juridicæ ei eſſent dicatæ* *.

§. 365.

*ves, candore & lævitate valde admodum prænitent renident que, figuram eamdem & ſpeciem oſtendunt! At pictoris lineas ut admiror! & varia, & perjucunda ſpectacula! omnis generis picturæ lumina, colorum gratiam, & venuſtatem, & inſignem nitorem!* Ubi Caſp. Barth. *in Not. pag.* 250. *Videtur*, inquit, *templum intelligere dicatum auditoriis legalibus, ubi ſcholæ juridicæ, ex quibus auditoriis viros doctos in omnem terrarum orbem depromtos ſcribit* Chorographus *incertus:* παιδευτήριον τῶν νόμων *Gregorio Thaumaturgo.*

* Exſtant in hanc Beryti ἅλωσιν elegantia Epigrammata Græca in *Antholog. lib.* 1. *c.* 68. *ep.* 19. quorum primum adſcribere juvabit:

Α' δ' ἐγὼ ἁ πλάμων ἄπολις
πόλις, ἄμμιγα νεκροῖς
Ἐνναέταις κεῖμαι ἁ πανάποτμοτάτα.

H'φαι-

§. 365. Sed ut ad Conſtantinum M. revertamur, is non modo in juris prudentia, ut ſupra diximus, plura innovavit, verum etiam in republica, toto orbe Romano novo inſtituto in quatuor diœceſes vel præfecturas prætorianas deſcripto, Zoſim. *Hiſt. l. 2. c.* 33. de quibus eruditiſſime poſt Auctorem *Notitiæ imperii orientis & occidentis*, a Guidone Pancirolo perpetuis commentariis illuſtratæ, erudite egit Philippus Berier. *libris* Πειθανῶν, in *Theſaur. jur. civ. Tom.* 4. *pag.* 789. *ſeqq.* recuſis, *diatribe* 1. Quin tranſlata Conſtantinopolin ſede imperii, & epiſcoporum Romanorum ambitioni viam, qua ad ſummum in eccleſia imperium ſenſim progrederentur, munivit, & barbaris occaſionem dedit, occidentem ſuis incurſibus lacerandi, novaque ſibi imperia quærendi in præſtantiſſimis Romanorum provinciis *. Zoſim. *Hiſt. l.* 2. *c.* 34.



Ἡ῾φαιςος μ᾽ ἐδάμασε μετὰ
κλόνον ἐννοσιγαίου.
φεῦ, ἀπὸ τοσσατίου κάλ-
λεος εἰμὶ πόνις,
Ἀ᾽λλὰ παραςείχοντες ἐμὰν
ςιναχήσατε μοῖραν,
Σπήσατε Βηρυτῷ δάκρυα
ϗ᾽ φθιμένᾳ.

*Heu nimium infelix urbs, non urbs, lumine caſſis*
*Fuſa ſolo, en jaceo mixta cadaveribus.*
*Nec ſat erat me Neptuni ſenſiſſe tridentem:*
*Mulciberis cladem hanc addidit ira novam.*
*Hæc, mihi quæ pridem fuerat pulcherima forma,*
*Eheu jam tenui pulvere verſa jacet.*
*Vos, quibus hac iter eſt, noſtræ miſereſcite ſortis:*
*Beryto & lacrymas poſt ſua fata date.*

* Sunt tamen, quæ pro excuſando Conſtantino M. adferri poſſent. Semel enim electa Chriſtiana religione, ſatis animadvertebat, ſe nusquam ſecurius acturum, quam in ea imperii parte, quam plurimi incolerent Chriſtiani. Quum ergo in maxima occidentis parte altiſſimas radices egiſſet pagana ſuperſtitio, & Romæ plerique potentiores eam adhuc mordicus tenerent: quis vitio vertat Conſtantino, dum in oriente, quam in occidente, ſedem imperii conſtituere maluit. Et quod commodius imperii domicilium

§. 366. Eſt hoc fatum Conſtantini M. ut pleraſque ejus actiones perſtringant Zoſimus, Julianus, ὁ παραβάτης, immo & recentiorum ſcriptorum Chriſtianorum quam plurimi. Contra eum laudibus in cælum evehunt Euſebius *in Vita*, & ſcriptores Chriſtiani eorum temporum alii. Sed quemadmodum adfectus migrare ſoleat in calamum, & paganos Conſtantino ob ſacrorum ſuorum everſionem infenſos; Chriſtianos eumdem ob munificentiam & patrocinium ſibi præſtitum admiratos eſſe, veroſimile eſt: ita ii demum Jove æquo judicare videntur de hoc principe, qui nec nævos ejus diſſimulant, & juſtum pretium ſtatuunt ejus virtutibus, meritisque in rem Chriſtianam plane eximiis.

§. 367. JCtis eorum temporum, quorum plerique deorum cultui adhuc deditι fuiſſe videntur, nihil magis in Conſtantino M. diſplicuit, quam quod juris prudentiam, cui adſueti fuerant, innumeris quotidie conſtitutionibus emendaret, novamque ei veluti faciem daret. Hinc metuentes conſtitutionum, quæ ab Hadriani temporibus prodierant, ruinam: operam dederunt, ut illæ colligerentur in certos CODICES, & ſic earum memoria ad poſteros conſervaretur. Jac. Gothofred. *Prolegom. Cod. Theod. c.* 1.

§. 368.

eligere potuiſſet, quam Byzantium, ſpeculam Europæ, Aſiæ, & Africæ tutiſſimam? Si conſiliis non reſpondit eventus: id magis receptæ jam imperii diviſioni, quam translationi ſedis imperii, videtur tribuendum.

* Ita κατ᾽ ἐξοχήν vocabantur libri, in quibus conſtitutiones principum colligebantur, eosque quadratæ formæ fuiſſe, oſtendit Schulting. *Juris prud. vet. antejuſtin. pag.* 377. Hujus modi collectiones jam pridem exſtabant, veluti JULII PAULI *imperialium conſtitutionum libri ſex*, *lib.* 113. D. *de condit. & demonſtr.* PAPIRII JUSTI *conſtitutionum libri viginti*, ex quibus codices ſuos facile locupletare potuerunt GREGORIUS & HERMOGENIANUS, de quibus mox.

§. 368. Prior tale opus confeciſſe videtur ſive Gregorius, ſive Gregorianus *, neſcio quis, qui principum anteriorum ab Hadriano ad Conſtantinum M. reſcripta collegit, & ſub certos redegit titulos. Sane, quæ ſuperſunt, fragmenta, licet pauciſſima, conſiſtunt in conſtitutionibus Antoninorum, Severi & Caracallæ, Alexandri, Gordiani, Philippi, Valeriani & Gallieni, Cari, Carini & Numeriani, denique Diocletiani & collegarum, ut male Cujac. *princ. Paratitl. Cod.* exiſtimet, Gregorium ultra Valeriani & Gallieni tempora non proceſſiſſe.

§. 369. Quamvis vero privato Gregorii conſilio inſtituta primum fuerit hæc collectio, magnam tamen & in foro ejus fuiſſe auctoritatem, patet ex interpretamento *legi unicæ C. Th. de reſponſ. prud.* ſubjecto *, ubi interpres, ſive is Anianus, ſive alius ſit: *Gregorianum vero*, inquit, *& Hermogenianum ideo lex iſta præteriit, quia ſuis auctoritatibus confirmantur ex lege priore ſub titulo de conſtitutionibus principum & edictis*. Reliquias hujus Codicis, quas Aniano debemus, poſt Sichardum & Cujacium nobis exhibuit

T 2 Ant.

* De auctore hujus Codicis fere omnia incerta ſunt, adeo, ut dubium ſit, Gregorius, an Gregorianus fuerit adpellatus. Poſteriore enim ſub nomine citari videtur ab Auguſtino *ad Pallent. l.* 2. *c.* 8. & a *Pariat. legg. Moſ. & Rom. tit.* 1. §. 8. *ſeqq. tit.* 3. §. 4. *tit.* 6. §. 4. *tit.* 10. §. 8. *tit.* 15. §. 3. At quum tamen ubique ſubaudire liceat ſubſtantivum *Codex*, & ſub Conſtantino M. quidam floruerit Gregorius, præfectus prætorio circa annum Chriſti 336. *l.* 3. *C. Th. de ann. & tribut. l.* 2. *C. Th. de contrah. emt. l.* 1. *C. Juſtin. de natural. lib.* non pœnitenda ſane eſt conjectura Jac. Gothofredi *Proleg. C. Theodoſ. cap.* 1. hunc ipſum Gregorium hujus Codicis auctorem fuiſſe. Panciroli enim ſententia, qui Gregorium hunc ſub Valente & Gratiano imp. ſcripſiſſe cenſuit *de clar. leg. interpretib. l* 1. *c.* 66. nullo idoneo fundameto nititur.

* Nec minus idem probari poteſt ex *Conſt. ſumma*

*reip.*

Ant. Schulting. in *Juriſprudent. vet. antejuſt. p.* 682. *ſeqq.*

§. 370. Gregoriano Codice non multo poſterior fuiſſe videtur HERMOGENIANUS, Reineſius *ad Inſcript. p.* 70. qui notiſſimo Lampridii loco deceptus, HERMOGENIANUM JCtum inter Alexandri Severi conſiliarios fuiſſe exiſtimabat, non poterat ſane, quin hunc Codicem ſcriptum eſſe, negaret: ac proinde illum tribuere malebat Q. CLODIO HERMOGENIANO OLYBRIO, præfecto urbi anni Chriſti 365. vel ejus certe patri, vel patruo. At, quum HERMOGENIANI, JCti, ætatem in Conſtantini M. tempora omnino incidere, jam ſupra (§. 358.) oſtenderimus: nihil ſane impedit, quo minus eum hujus Codicis auctorem eſſe potuiſſe ſtatuamus cum Ant. Auguſtino & Jac. Gothofredo *.

§. 371. Tres ejus codicis editiones ab ipſo auctore factas eſſe, vulgo colligunt ex verbis Sedulii, presbyteri, *in præfat. oper. paſchalis*. Is enim excuſaturus, quod poſt editos libros V. Carminis paſchalis, eorum textum metricum in proſam transferre non dubitarit; co-

*reip.* §. 3. *de Inſt. Cod. confirm.* ubi imperator: *ut ſciant omnes, tam litigatores, quam diſertiſſimi advocati, nullatenus eis licere de cetero conſtitutiones ex veteribus* TRIBUS CODICIBUS, *quorum jam mentio facta eſt, vel ex iis, quæ Novellæ conſtitutiones ad præſens tempus vocabantur*, (ſunt hæ Novellæ Codici Theodoſiano a Jac. Gothofredo ſubjectæ,) *in cognitialibus recitare certaminibus, ſed ſolum eidem noſtro Codici inſertis conſtitutionibus neceſſe eſt uti, falſi criminis ſubdendis his, qui contra hoc facere auſi fuerint.* Quid vero attinebat uſum & horum Codicum in foro ſub pœna falſi inhibere, ſi numquam auctoritatem in foro habuiſſent?

* Dicimus, illum auctorem eſſe potuiſſe, fuiſſe, pro certo non adfirmamus. Floruerunt enim per ea tempora plures Hermogenes & Hermogeniani: quorum poſteri ſunt *Hermogenes Ponticus*, præf. præt. orient. anno 358. defunctus. Ammian. Marcell. *l.* 29.

*cognoſcant*, inquit, *Hermogenianum, doctiſſimum juris latorem, tres editiones ſui operis confeciſſe*. Sed locus hic non minus de Hermogeniani *Epitomatis juris*, quam de Codice Hermogeniano poteſt intelligi. Nec ratio reddi poſſe videtur, cur plures Codicis ſui editiones conficere voluerit Hermogenianus, niſi forte eum poſtea aliquas conſtitutiones, quæ antea ejus diligentiam fugerint, reliquis addidiſſe, dicamus.

§. 372. Ceterum maxima diligentia hic auctor, quiſquis ſit, collegiſſe videtur conſtitutiones Diocletiani & collegarum ejus, adeoque ſpicilegium inſtituiſſe poſt Gregorii meſſem. Fragmenta ſane, quæ ſuperſunt, Diocletiani & collegarum nomina præferunt *, quamvis quædam horum conſtitutiones jam fuerint in Codice Gregoriano, ſed paullulum diverſæ. Hujus quoque codicis reliquias noviſſime debemus Ant. Schultingio, qui eas cum doctiſſimis adnotatiunculis ſuis edidit *in Juriſprudent. vet. antejuſtin. p.* 709. *ſeqq.* Aliam tamen conſtitutionem, quæ in his fragmentis non habetur, ſervarun Græci juris interpretes, de qua Cujacius *Obſ. Lib.* 12. *cap.* 35.

T 3 §. 373.

*l.* 19. *c.* 12. & *l.* 21. *c.* 7. *Q. Clodius Hermogenianus Olybrius*, præf. præt. & urb. anno 365. coſ. anno 379. *l.* 2. C. *de hæret. l.* 1. C. *de ſport. & ſumt. l.* 4. C. *quemadm. teſt. aper.* Grut. *Inſcript. p.* 353. *n.* 2. Reineſ. *Inſcript. Claſſ.* 20. *num.* 372. *Anicius Hermogenianus Olybrius*, coſ. anno 395. *l.* 24. & 25. C. *de navicul. l.* 41. C. *de tranſact.* Gruter. *Inſcript. pag.* 352. *num.* 5. 6. *pag.* 353. *num.* 1. *pag.* 450. *n.* 2. & 3. *Clodius Hermog. Cæſarius*, coſ. anno 397. & præf. præt. *l.* 2. C. *de alluv.* C. *Clodius Hermog. Olybrius*, Grut. *Inſcript. p.* 392. *n.* 5. conſularis Tuſciæ & Valeriæ. *l.* 72. C. *Th. de decur.* Horum, eorumque majorum quum nullus fere ſit, qui talem codicem facere non potuerit: quam difficile hic ſit divinare, & quam pæne ἐκ τῶν ἀδυνάτων, verum Codicis hujus auctorem eruere, nemo non intelligit.

* Tres tantum primæ conſtitutiones nomen Aurelii aug.

§. 373. Sub Conſtantini liberis, immo & poſt illos ad THEODOSIUM juniorem, eadem per omnia quæ ſub Conſtantino M. fuit, juris prudentiæ facies. Nam [& ſequentes imperatores Chriſtiani id fere agebant conſtitutionibus ſuis, ut jus Romanum non modo ad majorem ſimplicitatem, ſed &, quod Euſebius *Vit. Conſtantin. Lib.* 4. *cap.* 26. de Conſtantino M. prædicat, ἐπὶ τὸ ὁσιώτερον, *ad majorem ſanctitatem* traducerent. Sic exempli gratia Conſtantinus junior formulas, aucupatione ſyllabarum inſidiantes cunctorum actibus radicitus amputavit: *l.* 1. *C. de form. & impetr. act. ſubl.* idemque cum fratribus permulta ſanxit, ad evertendas paganorum ſuperſtitiones, coercendos Judæos, & provehendam religionem Chriſtianam comparata*.

§. 374.

aug. præferunt. Jam plures, tum tyranni, tum legitimi principes ante & poſt Diocletianum *Aurelii* dicti, veluti M. AURELIUS VICTORINUS & L. AURELIUS VICTORINUS, M. AURELIUS MARIUS, M. AURELIUS CLAUDIUS, M. AURELIUS QUINCTILLUS, M. AURELIUS TACITUS, M. AURELIUS PROBUS, M. AURELIUS CARUS, M. AURELIUS CARINUS, M. AURELIUS NUMERIANUS: ſed laudatiſſimus Schultingius oſtendit, has quoque conſtitutiones eſſe Diocletiani & Maximiani, auguſtorum, quod ambo apud Gruter. *Inſcript. p.* 259. & alibi paſſim, vocentur AURELII.

* Tales ſunt ſanctiones Conſtantii, Judæis alioquin parum æqui, ne Judæi mulieres e gynacæo principis in turpitudinis ſuæ conſortium ducerent: *l.* 6. *C. Th. de Jud.* ut ex Chriſtiano Judæi effecti bona fiſco vindicarentur: *l.* 7. *C. Th. eod.* Judæus ne Chriſtianum haberet mancipium: *l.* 2. *C. Th. l.* 1. *C. Juſt. ne Chriſt. mancip.* Sozom. *Hiſt. eccleſ. l.* 3. *c.* 16. Conſtantis porro & Conſtantii conſtitutiones, ut ceſſaret ſuperſtitio, templa occluderentur, & ſacrificiorum aboleretur inſania, *l.* 2. & 4. 5. 6. *C. Th. de pagan.* templis tamen extra mœnia parceretur, *l.* 3. *C. Th. eod.* ut epiſcopi, clerici, eorumque mancipia ab extraordinariis collationibus, metatis;

§. 374. Qui vivo Conſtantio imperium extorſit, Julianus, ad priſtinam ſuperſtitionem relapſus, non pauca in Chriſtianorum odium conſtituit. Nam & templa deorum aperuit, & profanos ritus ubique inſtauravit: Ammian. Marcell. *Lib.* 22. *cap.* 7. Chriſtianis quoque honorum aditum intercluſit, Sozom. *Hiſt. eccleſ. Lib.* 5. *cap.* 15. Greg. Nazianz. *Orat.* 1. & eoſdem bonis artibus erudiri vetuit, Socrat. *Hiſt. eccleſ. Lib.* 3. *cap.* 16, quod ipſi Ammiano Marcellino *l.* 25. *c.* 15. inclemens viſum. Cetera princeps gravis & eruditus, permulta præclare conſtituit, ( Petr. Cunæi *præfat. ad Juliani Cæſares*, ) ut pleraſque ejus conſtitutiones in codicem ſuum recipere non dubitarit Theodoſius Junior *.

§. 375. Ceterum quam miſera ſub hoc principe fuerit juris prudentiæ conditio, vel inde colligere licet quod nullus plane JCtus alicujus nominis illud tempus illuſtravit, abhorrentibus fere ingenuis ab illo legum

 gum

tis, & luſtrali collatione immunes eſſent. *l.* 8. C. *Th. l.* 1. C. *Juſtin. de epiſc. l.* 9. *l.* 10. *l.* 11. 14. 15. *ſequ.* C. *Th. eod.* ut a foro ſæculari ſint exemti. *lib.* 12. C. *Th. de epiſ.*

* Aliquando tamen merito deſideres compilatorum judicium, qui plures Juliani leges, Chriſtianorum principum conſtitutionibus contrarias, immo & manifeſto impias, in codicem illum receperunt. Jac. Gothofr. *Prolegom. Cod. Theodoſ. c.* 2. *p.* 188. Et ſane quis in Codice, fori Chriſtiani uſibus deſtinato, ferat, *l.* 4. & *l.* 5. C. *Th. de ſepulcr. viol.* quæ omnem pæne veterum ſuperſtitionem de religione deorum manium, reliquiis non contrectandis, aggeribus conſecratis, de funeribus oculos hominum infauſtis adſpectibus inceſtantibus, ut ad deos & templa venire puri nequeant, complectuntur? Sed qui religioni ſibi non duxerunt, Conſtantini M. & Valentiniani conſtitutiones de licito haruſpicinæ uſu illi juris corpori inſerere: *l.* 1. C. *Th. de pagan. l.* 2. *l.* 3. *l.* 9. C. *Th. de malef. & mathem.* quid eos prohibuiſſet, Juliani ſanctiones ejuſdem furfuris in opus ſuum referre?

gum ſtudio, & illud libertinis & infimæ plebi relinquentibus. Saltim de anterioribus proxime temporibus Cl. Mamertin. *Panegyr.* II. *cap.* 20. *juris*, inquit, *civilis ſcientia, quæ Manlios, Scævolas, Servios in ampliſſimum gradum dignitatis evexerat*, LIBERTORUM *artificium dicebatur*. Nec probabile eſt, intra paucos annos, quibus rerum potitus eſt Julianus, ita refloruiſſe juris prudentiam, ut aliter ſeſe res habere cœperit.

§. 376. Cito tranſiit hæc nubecula, quod prædixerat Athanaſius apud Socrat. *Hiſt. eccleſ. l.* 3. *c.* 14. ac proinde Conſtantini M. veſtigiis poſtea ſtrenue inſtiterunt JOVIANUS, VALENTINIANUS, VALENS, GRATIANUS, & THEODOSIUS M. quorum plurimæ exſtant conſtitutiones, ad eumdem finem comparatæ, quem Conſtantino M. ob oculos fuiſſe, paullo ante obſervavimus. Singularis fuit VALENTIS ferocia, *τὸν τῶν πραγμάτων ὄγκον οὐ φέροντος*, *rerum molem non ſuſtinentis*, uti de eo judicat Zoſimus *Hiſtor. l.* 4. *c.* 4. qui, ut Arianis conſuleret, libertatem omnibus dedit, ſuum in colenda religione judicium ſequi *: quod edi-

* Neque enim, quod conſcientiæ libertati faveret, hujus modi propoſuerat edictum, ſed ut Ariani ſui tanto ſecurius in orbe Romano agerent. Unde ipſe poſtea Valens gravis fuit catholicis. Jo. Antiochen. *in Excerpt. Peireſc. p.* 847. Ὁ δὲ Οὐάλης τῆς Ἀρείου δόξης μεταποιούμενος μέγιστον ἐκίνει κατὰ τῶν Χριστιανῶν διωγμόν, ὡς πολλοὺς μὲν ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀναιρεθέντες, πολλοὺς δὲ καὶ ἐξορίαις ὑποβληθέντες, καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς κατὰ τὴν ἔρημον ἐμφωλεύοντας τῶν ἰδίων σηκῶν ἀπελαθέντες: *ſed Valens, Ariana infectus labe, graviſſimam in Chriſtianos perſequutionem excitavit, adeo, ut multi judicum ſententia damnati interirent, multi in exſilium truderentur: nec pauci ex iis, qui in eremo abditi erant, e caſis ſuis pellerentur*. Res ad ſæviorem ſpectabat lanienam, niſi Chriſtianorum patrocinium ſuſcepiſſet paganus ille Themiſtius. Socrat. *Hiſt. eccl. l.* 4. *cap.* 3. Sozomen. *Hiſt.*

edictum ſingulari *oratione de religionibus*, quæ Latine tantum exſtat, collaudavit Themiſtius, *p.* 155. *Oper. edit. Harduini*. Theodosius M. quantum dederit operæ, ut omnes antiqui juris ambages, ſi quæ ſupereſſent, tolleret, boniſque legibus armaret rem publicam, patet ex Sacrate *Hiſt. eccl. l.* 5. *c.* 18. ipſæque ejus conſtitutiones, quas ſe ſingulari commentario illuſtraturum promiſerat Franc. Balduinus, ſatis evincunt.

§. 377. Interim nimia illa imperatorum diligentia factum eſt, ut in immenſam pæne molem excreſceret juris prudentia. Nam præter tot JCtorum opera, quorum haud exigua erat in foro auctoritas, quorumque duo pæne millia ſua adhuc ætate exſtitiſſe, teſtatur Juſtinianus, *l.* 2. §. 1. *C. de vet. jure enuel.* tam immenſa erat conſtitutionum veterum novarumque ſilva, ut Eunapius *in vita Ædeſii*, *p.* 72. jus civile ἄχθος καμήλων πολλῶν, *multorum camelorum onus* vocaret, & nullum pæne erectius ingenium iſti ſe labyrintho committere auderet.*

§. 378.

*Hiſt. eccl. l.* 6. *c.* 36. Orationem tamen, quam tunc habuit Themiſtius, intercidiſſe, adverſus Antonium Pagi oſtendit Fabric. *Biblioth. Græc.* 5. 18. *tom.* 8. *pag.* 10. Similes Valentiniani conſtitutiones de libertate conſcientiæ exſtant *lib.* 2. *lib.* 3. *lib.* 9. C. *Th. de malef. & mathem.*

* Egregiis veterum teſtimoniis hoc probavit Jac Gothofred. *Prolegom. Cod. Theodoſ. cap.* 1. *pag.* 185. Mamertini querelam, quæ ad tempora Juliani & anteriora pertinet, jam ſupra (§. 375.) audivimus. Sub finem ſæculi quarti, Aſterius, epiſc. Amaſen. *Homil.* 7. apud Phot. *Biblioth. cod.* 271. meminit ſervi Scythæ, a cive Antiocheno emti, qui jus profeſſus ſit, (αὐτὸς νόμων ὤφθη διδάσκαλος) quem ſe ipſum jus docentem audiviſſe, profitetur. At nemo eorum temporum juris peritos, illorumque ignorantiam, faſtum, & caninum optimos quoſque adlatrandi ſtudium elegantius deſcripſit Ammiano Marcellino *l.* 30. *c.* 4. qui locus prolixior eſt, quam ut hic locum inveniat.

§. 378. Remedium huic malo reperiſſe ſibi videbantur THEODOSIUS junior & VALENTINIANUS, edita anno 426. conſtitutione, qua Papiniani, Paulli, Caii, Ulpiani ac Modeſtini opera, quæque hi quinque viri ex aliorum veterum JCtorum libris in ſuos tranſtuliſſent, exceptis Ulpiani & Paulli notis ad Papinianum, nec non ſecundo loco Scævolæ Sabini, Juliani & Marcelli ſcripta, ſi prius ad fidem antiquorum codicum fuerint recognita, ſola in foro citari permiſerant, ita ut plurium ſententiæ vincerent pauciorum, & ſi par ſit ita ſententium numerus, eorum præferretur ſententia, cui adſtipuletur Papinianus, *l. un. C. Th. de reſponſ. prud.* Sed quum parum prudentiæ legislatoriæ præ ſe ferat hæc ſanctio *: eam ex codice ſuo merito exſulare juſſit Juſtinianus.

§. 379. Idem THEODOSIUS junior anno 438. conſtitutiones principum ad certum modum redigere ſtuduit; & hinc, quotquot a Conſtantino M. ad id usque tempus prodierant, ſanctiones * per octo viros, quorum

AN-

* At ita non juſti ac æqui habebatur ratio, ſed auctoritatis, & plurium diſſentientium non ponderabantur, ſed numerabantur ſententiæ. Quum ergo prudenter obſervaverit Ammian. Marcellin. *l.* 30. *c.* 4. *juris ſcientiam repugnantium ſibi legum abolevisse diſſidia*: actum procul dubio fuit de juris prudentia publicata hac conſtitutione. Et hinc ad priſtinam perfectionem neminem eorum temporum perveniſſe animadvertimus, quamvis in conſtituendis juris peritis, qui jus civile enarrarent, nihil reliqui faceret Theodoſius ille junior. *l. ult.* C. *Th. de ſtud. liber. urb. Rom. & Conſtantinop. l. un.* C. *Th. de profeſſor. qui in urb. Conſtantinop. docentes ex lege meruer. comitiv.*

* Proſper Aquitanic. *in Chronico Part.* 1. hunc Codicem vocat *leges legitimorum principum*: quod Jac. Gothofredus *Prolegom. c.* 1. *p.* 184. interpretatur de principibus Chriſtianis, quia ipſa Chriſtiana religio illis temporibus lex catholica, *l.* 1. C. *Th. de hæret*, lex Chriſtiana, *l.* 16. C. *Th. de episc.* lex ſanctiſſima, *l.* 5. C. *Th.*

Antiochus, eunuchus, ex præfectus & conſul, demum inter presbyteros relatus, de quo *l. 6. C. Th. de collation. donatar. l. 5. C. Th. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Marcellin. *Com. in Chron. ad ann. 448. p. 41. edit. Scalig.* Suid. *Tom. 1. p. 227. p. 899. Tom. 2. pag. 175. Tom. 3. p. 135. edit. Huſter.* familiam duxit, digeſſit in codicem, qui ab ipſo Theodosianus adpellatur, Iſidor. Hiſpal. *Orig. l. 5. c. 1.* eumque poſtea ſingulari novella Conſtitutione, quæ inter Theodoſianas prima eſt, confirmavit. Jac. Gothofr. *Proleg. Cod. Theodoſ. cap. 3. p. 189.* Hunc Codicem luculentis Jac. Gothofredi commentariis illuſtratum poſt eximii hujus JCti obitum edidit Ant. Marvillius *Lugd. 1668. fol. Tom. 6* quæ editio Lipſiæ nuper repetita, collato Wurzburgenſi codice antiquiſſimo, emendatior prodire cœpit.

§. 380. Quum vero perfecto hoc codice ſubinde novellæ prodirent conſtitutiones non modo ipſius Theodosii II. ſed & Valentiniani III. Martiani, Ma-

*Th. eod.* lex ſuperna, *l. 49. fin. C. Th. de decurion.* lex venerabilis vel veneranda, *l. 7. l. 13. C. Th. de Judais*, vocata ſit. Sed quis hoc ſenſu *legitimum principem* vocet Julianum, cujus tamen conſtitutiones utramque in hoc Codice paginam faciunt? Potius ergo *principes legitimi* opponuntur tyrannis, quorum tum plurimi imperium per bina ſæcula adfectarunt, veluti ſub Conſtantino M. *Maxentius*, *Licinius*, *Valens*, *Martinianus*, *Calocaerus*: ſub ejus filiis *Magnentius* Francus, *Vetranio*, *Decentius*, *Nepotianus*, *Silvanus*: ſub Valentiniano & Valente *Procopius*, *Marcellus* Protector, *Valentinianus*, *Firmus* Maurus: ſub Theodoſio M. *Theodorus*, *Maximus*, *Victor*, *Eugenius*: ſub ejus filiis *Stilicho*, *Eucherius*, *Marcus*, *Gratianus*, *Conſtantinus & Conſtans*, *Gerontius*, *Maximus*, *Jovinus*, *Sebaſtianus*, *Sarus*, *Fl. Priſcus Attalus*, *Heraclianus*, *Sabinus*, *Gildo*, *Plinto Jovinianus* & *Salluſtius*; de quibus ceteris ſcriptoribus adcuratius egit Chriſt. Ad. Ruper. *Obſ. in Synopſ. Beſoldi cap. 15. pag. 377. 390. ſeq. p. 403. ſeq. p. 410. ſeq. p. 415. ſeq.* Quum ergo conſtitutionum ab his nominibus editarum in hoc codice non habeatur ratio: ille leges *legitimorum* dumtaxat *principum* ſinu ſuo complecti dicebatur.

MAJORIANI, SEVERI, LEONIS, & ANTHEMII: Eas Novellas primum edidit Petr. Pithœus *Pariſ.* 1471. unde in ejus opera *anno* 1609. edita migrarunt, ſub titulo: *Novellæ conſtitutiones imperatorum Juſtiniano anteriorum, nunc primum in unum corpus collectæ, & junctim editæ*, cum notulis marginalibus publici juris fecit Conr. Rittershuſius JC. Altorphinus, *Francoſ.* 1615. & poſtea easdem Codici ſuo Theodoſiano, veluti mantiſſam, ſubjecit Jac. Gothofredus *.

§. 381. Maximi porro jure meritoque faciendum & THEODOSII II. ſtudium, quo bonas litteras, & in his juris prudentiam quoque, provehere conabatur. Huic enim præcipue originem ac natales debent SCHOLÆ *Romana* & *Conſtantinopolitana*, in quibus præter tres oratores, decem grammaticos, quinque ſophiſtas, & unum philoſophum duo conſtituti fuerant profeſſores, *qui juris & legum voluntatem panderent*, *l. un.* C. *de ſtud. lib. Romæ & Conſt.* quasque poſt viginti annorum ſtipendia comitiva primi ordinis ornatos voluit, initio facto a LEONTIO juris perito *. *l. un.* C. *Th. de profeſſ. qui in urb. Conſtantinop. docent. ex leg. mer. comit.* Add. Herm.

* Promiſerat Leonardus Adami, Volſinenſis, auctor, ſcripta *Hiſtoria Arcadica*, ſeu Academiæ Arcadum, cujus ipſe ſocius erat, famam conſequutus, ſe has Novellas nec non Papiani *Reſponſa* multo auctiora atque emendatiora ex vetuſtiſſimo codice MSC. Ottoboniano editurum, ſimulque in lucem protracturum quinque novellas adhuc ineditas. Sed mors, quæ virum doctiſſimum anno 1719. die 9. Januarii rei publicæ litterariæ eripuit, omnia ejus conſilia, in primis, quæ de edendo Libanio & Jornande ceperat, turbavit.

* Mentionem hæc lex facit quorumdam ejus temporis profeſſorum, qui ob merita viginti annorum ſtipendia codicillis primi ordinis comitivæ ornantur, veluti *Helladii*, grammatici, de quo Suid. *in* Ἑλλάδιος Socrates *Hiſt. Eccleſ. l.* 5. *c.* 16. *Syriani*, grammatici Latini, *Theophili*, ſophiſtæ, *Martini* & *Maximi*, præcipue juris periti LEONTII, cujus alibi nusquam, quod

Herm. Conringii ſingularem, qui *l. un. C. de ſtud. liberal.* illuſtravit, commentarium. Ceterum quantus ex eo tempore concurſus cupidæ legum juventutis factus ſit Romam, quam Sidonius Apollin. *l.* 1. *epiſt.* 6. *legum domicilium* vocat, inſequente exemplo pluribus exemplis docebimus. Vid. Savaro *ad Sidon. ibid.* Franc. Juret. *ad Simmach. l.* 8. *epiſt.* 83. Alteſerr. *Rer. Aquitann. l.* 3. *c.* 5.

§. 382. Et talis quidem fuit juris prudentiæ facies ſub imperatoribus Chriſtianis etiam inſequentibus usque ad magnum illum juris Romani reſtitutorem, JUSTINIANUM. Quæ enim in *Codice* noſtro exſtant, conſtitutiones MARTIANI, LEONIS, ZENONIS, Iſaurici, ANASTASII, & JUSTINI, Thracis, ita ſunt comparatæ, ut multa a majoribus conſtituta iis aboleantur. Nam & tutelam mulierum perpetuam iisdem fere ceſſaſſe temporibus, novimus. Vid. Ev. Otton. *Diſſert. de perp. mult. tut.* Attamen & quædam prudenter immutata eſſe, fatendum eſt, veluti dum *ab Anaſtaſio* emancipationis veteris neceſſitas ſublata, & a Leone vetus rigor adverſus plus juſto petentes mitigatus eſt, §. 33. *Inſt. de act.*

quod ſciamus, fit mentio, niſi quod ex *lib.* 3. *C. Th. de frum. urb. Conſtant. l.* 8. *C. Th. de princ. agent.* & *l. ul. C. Th. de hæret.* conſtet, decennio poſt editam *l. un C. Th. de profeſſor. qui in urb. Conſtantinop. docent. Leontium* quemdam præfectum urbi Conſtantinopoli fuiſſe. Poteſt hic ſane noſter, quia *Themiſtium*, ſophiſtam, & alios artium profeſſores, ad hanc dignitatem adſpiraſſe, novimus. Gothofr. *Comment. ad Cod. Theod. Tom.* 2. *p.* 114.

# CAPUT VI.

## DE COMPOSITINNE JURIS JUSTINIANEI, EJUSQUE IN ORIENTE ET OCCIDENTE USU ET FATIS AD NOSTRA TEMPORA.

§. 383. *Juſtiniani imp. res præclare geſtæ.* §. 384. *Anceps ejus fama ob libros Procopii.* §. 385. *Ejus patria.* 386. *Quomodo & quando ad imperium pervenerit?* §. 387. *Conſilium ejus de jure in ordinem digerendo. Quos viros ad id adhibuerit?* §. 388 *Iis præfecit Tribonianum, virum honoribus variis functum.* §. 389. *Varia de eo judicia.* §. 390. *Primo confectus Codex Juſtinianeus.* §. 391. *Deinde Pandectæ vel Digeſta.* §. 392. *Ordo in Pandectis obſervatus.* §. 393. *Inſtitutiones confectæ.* §. 394. *Publicatio totius Corporis juris.* §. 395. *Quinquaginta deciſiones editæ.* §. 396. *Itemque Codex repetitæ prælectionis.* §. 397. *Novellæ conſtitutiones poſtea editæ.* §. 398. *Earum collectio & verſio Latina.* 399. *Nævi, quos in hoc corpore Juſtinianeo obſervant.* §. 400. *Judicium de illis.* §. 401. *Græce verſi libri juris.* §. 402. *In primis Inſtitutiones.* 403. *Itemque Digeſta & Codex.* §. 404. *Juliani, patricii, verſio Latina Novellarum.* §. 405. *Baſilicōn origo.* 406. *Quales hi libri.* 407. *Uſus hujus juris ſæculo* 11. *quo Mich. Ataliota & Mich. Pſellus floruere.* §. 408. *Item ſæc.* 13 *&* 14. *quibus ſcripſere Balſamon & Harmenopolus.* §. 409. *Conſtantinopoli capta, & Turcæ, & Græci uſum aliquem juris Romani conſervarunt.* §. 410. *In occidente major erat Codicis Theodoſiani auctoritas.* §. 411. *Jus tamen Juſtinianeum in Italia & Africa floruit.* §. 412. *Etiam ſub Langobardis & Francis.* §. 413. *Vulgaris hiſtoria de reſtitutione juris Rom. ſub Lothario* 5. §. 414. *Quid de ea ſentiendum.* §. 415. *Quomodo juris ſtudium Bononiæ florere cœperit.* §. 416. *Primi, qui ibi poſt Irnerium ſub Friderico I.*

*jus docuerunt*. §. 417. *Eorum ſucceſſores*. §. 418. *Summæ & gloſſæ ab illis ſcriptæ*. §. 419. *Quid in Juſtiniani libris innovarint*. §. 420. *Authenticæ Codici inſertæ*. §. 421. *Libri feudorum Novellis adjuncti*. §. 422. *JCtorum ſæculi 14. prolixiores commentarii*. §. 423. *Methodus docendi interpretandique jura*. §. 424. *Quid Mincuccius & Baraterius circa feudorum libros moliti*. §. 425. *Schola JCtorum humaniorum*. §. 416. *Cur hi quoque non omnes fecerint operæ pretium?*

§. 383. PRogredimur ad poſtremam juris prudentiæ Romanæ periodum, quam a JUSTINIANI Imperatoris temporibus inchoamus. Hic princeps, humili genere ortus, Sabbatii, Tauriſini, & Biglenizæ filius *, antea *Uprauda* dictus, per Juſtinum avunculum pervenit ad imperium, jam miſere a barbaris laceratum. Et tamen iſte, ut vere ac jure gloriatur, *princ proem. Inſtit.* & armis condecoravit, & legibus armavit rem publicam. Nam & Perſas compeſcuit, &, victis Vandalis, Africam iterum fecit provinciam, & Gothorum in Italia & Sicilia regnum deſtruxit, tantasque res geſſit, quantas vix Imperator ab Auguſto alius. Procop. *de bell. Perſ. de bell. Vandal. de bell. Goth.* Theophan. *in vita Juſtin.* & Jo. Petr. a Ludwig *in Juſtiniano, cap.* 8.

* Quum lecturis JUSTINIANI hiſtoriam, non poſſint non omnia quodam modo obſcura eſſe, niſi perſpectam habeant univerſam imperatoris familiam: licebit ejus agnatos, cognatos, adfines, una tabula comprehendere, ne operam ſupra tot JCtis navatam tanto imperatori denegare velle videamur.

Aca-

Acacius Byzantii urſarius. Procop. *Anecd. pag.*40.

Sabbatius, Juſtiniani pater. Theoph. apud Alemann. ad *Procop. pag.* 57.

Bigleniza, ob filii nuptias mœrore exſtincta. Theophill. *in vit. Juſtin.*

JUSTINUS Imperator anno 518. Ux. Euphemia.

Arabs quidam

THEODORA Auguſta.

UPRAUDA poſtea JUSTINIANUS Imp. Theophil. *ibid.*

Frater anonymus.

Bigleniza vel Vigilantia, nupta Dulciſſimo,

Joannes, Juſtiniani privignus. Procop. *pag.*76.

Sophia, nupta Juſtino juniori, imp.

Filia anonyma.

Anaſtaſius, duxit Joanninam, Beliſarii filiam.

THEODORUS Tziros, Juſtiniani filius, non tamen ex Theodora. Phot. *Cod.*64.

Boraides. Juſtus. Germanus.

Juſtinus. Juſtinianus. Juſtina. Germanus poſtumus.

JUSTINUS jam Imp. Ux. Sophia.

Baduarius, comes ſtabuli.

Marcellus cujus meminit Corrippus *lib.*2.

Projecta, uxor Ariobindi, præf. præt. orient. & Afr. & poſtea Joannis, Anaſtaſii Imp. pronepotis.

Juſtus, mox exſtinctus.

Arraba, uxor Patuarii Curopal.

Helena.

TIBERIUS Imp. a Juſtino adoptatus. Ux. Anaſtaſia.

Charitona, nupta Germano.

Conſtantia, nupta MAURICIO Imp.

Liberi omnes a PHOCA tyranno occiſi cum patre. Baron. *ad ann.* 602. *n.* 19.

§. 384. Et tamen junctis veluti phalangibus impetum in principem, tot rebus geſtis clarum, faciunt permulti, ejusque vitia & nævos cum cura colligunt, nihilque faciunt libentius, quam ut & ipſum, & totam ejus aulam turpiter traducant. Quin vel ſolo hoc nomine iis mirifice placent PROCOPII ἀνέκδοτα, primum a Nic. Alemanno *Lugd.* 1623. *edita*, quod ex hac pharetra deprómere poſſint tela, quibus JUSTINIANUM confodiant. Sed quam multum ſcriptor iſte odio tum adverſus Juſtinianum *, tum adverſus ipſam religionem Chriſtianam ſuſcepto indulgeat, jam oſtenderunt cum GABR. TRIVORIUS in *Obſervatione apologetica*, & JO. CHIFLETIUS *in Diſſertatione apologetica de juris utriuſque architectis*, quos libellos *Tomo* 1. *Theſauri juris civilis* inſertos animadvertimus, tum THOM. RI-

Talis fuit JUSTINIANI familia, barbara & modica origine, ſed per integrum fere ſæculum magno hominum illuſtrium proventu inſignis. Stemmata jam exhibuerunt Alemann. *ad Procop. p.*67. Car. du Fresne *in Byzantin. p.* 97. 98. 99. Jo. Petr. a Ludewig *in Juſtiniano c.* 8. *p.* 131. Sed ſpero, noſtrum paullo plenius viſum iri. Ne tamen diſſimulem, unde profecerim, fateor me hic potiſſimum ſequutum eſſe Chriſt. Adam. Rupertum, de univerſa Juſtiniani familia præclare meritum in *Obſ. in Synopſ. Beſoldi min. cap.* 15. *p.* 467. *ſeq.*

* Quid tuto credas homini, in reliquis libris Juſtinianum laudibus velut in cælum evehenti, in *Anecdotis* vero eumdem traducenti tamquam hominem fatuum, & omnibus flagitiis coopertum, ac proinde aut inſigni adulatori, ſi priora [falſa] ſunt, aut, ſi poſteriora, calumniatori turpiſſimo? Quid tuto credas homini, qui eas ſæpe criminationes profert, quas ipſe procul dubio falſiſſimas eſſe non ignoravit? Tales ſane ſunt fabulæ, quas de artibus Theodoræ dæmoniacis, & *p.* 57. de Juſtiniano ex incubo dæmone concepto narrat. Et tamen non hæc tantum facile credunt viri docti, ſed & illas maledicentiſſimi ſcriptoris calumnias augent calumniis, veluti quod fuerit ἀναλφάβητος, quod a pietate Chriſtiana alienum ſe oſtenderit, quæ aliaque ἐγκλήματα ſolide a principe illo depulit Conr. Sa. Schurzfl. *Diſſ. de Juſtiniano orthodoxo*.

RIVIUS in *Defenſione Juſtiniani*, edita *Francof.* 1628. 8. JO. EICHELIUS in *Animadverſionibus ad Procopium*, *Helmſt.* 1654. 4. CHRISTOPH. AD. RUPERTUS *in Obſ. ad Beſoldum*, *p.* 465. *ſeqq.* & noviſſime Jo. Petr. a Ludewig in *Juſtiniano*, reconditæ doctrinæ opere, & ſuum apud poſteros quoque pretium habituro, excuſo *Halæ* 1731. 4.

§. 385. Natus eſt JUSTINIANUS, ſi Zonaræ fides, eræ Dionyſ. 482. V. Id. Maias. Patriam habuit Tauriſium, quod oppidum deinde muro circumdedit quadrangula figura, & a quatuor turribus, quibus totidem angulos clauſerat, Quadriturritam vocavit. Quum vero Archidæ, propinquo Tauriſio oppido, eſſet educatus, & illi, baſilicis palatiſque ornatæ, & novo vocabulo *Juſtinianæ primæ*, ad metropoleos dignitate evectæ, nutricationis officium altrici patriæ rependit. Procop. *de ædific. Juſtin. pag.* 167. *ſequ.* Facile vero in gratiam reducentur cum Procopio, qui ei *Bederinam* patriam tribuunt cum Agathia *. *Hiſt. L.* 5. *p.* 307.

§. 386. Juſtini imp. avunculi ope primum anno 521. ad conſulatum, deinde ad patriciatum & comitivam domeſticorum, hinc porro ad nobiliſſimatum, ac demum ad auguſtum faſtigium pervenit, vivo adhuc avunculo anno Chriſti 527. Kal. Apr. Zonar. *Annal. l.* 14. *p.* 60. Evagr. *Hiſt. eccl. l.* 4. *c.* 9. Procop. *Anecdot. p.* 37. Mortuo quatuor menſibus poſt Juſtino, ipſe ſo-

* *Bederinam* regionis nomen eſſe, in qua Tauriſium ſitum erat, ſuſpicatur Jo. Petr. a Ludewig. *in Juſtin. c.* 8. §. 1. *p.* 127. cujus & elegans illa conjectura eſt, idem eſſe *Tauriſii* & *Ochridæ* vel *Achridæ* nomen, illud Latinum a tauris, hoc Germanicum vel Scythicum, quaſi *Ochſenried*. Enimvero Procopius Bederinam præſidium vocat, quod prope Tauriſium fuerit, poteſtque adeo credi, locum Juſtiniani natalem promiſcue modo ab arce *Bederinam*, modo ab oppido, quod prima ejus incunabula vidit, *Tauriſium* dictum eſſe.

ſolus rerum potius annos imperavit 38. cæſiſque hoſtibus, pacata, quoad licebat, eccleſia, conditis exornatiſque urbibus, & legibus Romanis reſtitutis, immortalem gloriam meritus, ſenex admodem deceſſit, anno 565. die 14. Novembr. *Chron. Alexandr. ad h. ann.* dignus profecto, cujus ætas in meliora tempora incidiſſet.

§. 387. Quum animadverteret princeps, miſerrimam eſſe juris prudentiæ faciem, de univerſo jure Romano in concinniorem ordinem, ſimulque ad certum modum redigendo ſerio cogitavit. Quod quum ſine verorum doctorum opera fieri non poſſet, magnis profecto ſumtibus in palatio aluit viros juris peritia illis temporibus celeberrimos, & partim ſummis dignitatibus fungentes, quales erant Joannes, qui excellentiſſimus, Exquæſtor ſacri palatii, conſularis, atque patricius; Phocas, vir eminentiſſimus, magiſter militum, conſularis, atque patricius; Basilides, vir excellentiſſimus, expræfectus prætorio orientis, ac patricius; Thomas, vir glorioſiſſimus, quæſtor ſacri palatii, & exconſul; Leontius, expræfectus prætorio, partim anteceſſores ſcholæ Conſtantinopolitanæ & Beritenſis celeberrimos, quales erant Theophilus, Cratinus, Dorotheus, Anatolius, Isidorus, Thalelæus, Salaminius, Constantinus; partim cauſſarum patronos diſertiſſimos, veluti Stephanum, Mennam, Prosdocium, Eutolmium, Timotheum, Leonidem, Leontium, Platonem, Jacobum, Joannem, Dioscurum, & Præsentinum. Hi enim omnes recenſentur * *l. 2. §. 9. 11.*



* Sunt in his quidam viri docti, aliunde quoque noti. Phocam maxime laudat ipſe Procop. *Anecdot. p.* 111. ubi eum vocat ἄνδρα δικαίου ἐς τὸ ἀκρότατον ἐπιμελητὴν γεγονότα, κέρδους δὲ ἐν τῷ ἀξιώματι καθαρόν, *virum æqui juſtique obſervantiſſimum, in eoque munere ab omni quæ-*

*l*. 3. §. 9. *C. de vet. jur. enucl. Conſt. hæc quæ neceſſario* §. 1. *de novo cod. fac. Conſt. ſumma reip.* §. 2. *de Juſtin. Cod. confirm. Conſt. cordi nobis* §. 2. *de emend. Cod. Juſtin.* & §. 3. *proœm. Juſtin.*

§. 388. Sed horum omnium non modo ἐργοδιώκτης, ſed & anteſignanus fuit TRIBONIANUS, vel, uti pleriquc codices eum vocant, TRIBUNIANUS, gente Pamphylius, patre uſus Macedoniano, Procop. *de bello Perſ. p.* 263. qui poſtea virtute & doctrina viam ſibi ad ſummos in palatio & re publica honores munivit, quippe *vir magnificus*, *magiſter*, ſcilicet officiorum, ( Guther. *de offic. dom. Aug. l.* 2. *c.* 20. *l.* 3. *c.* 10. Caſſiodor. *Var. l.* 1. *c.* 12. 13. *l.* 6. *c.* 6. ) *exquæſtor ſacri palatii*, §. 3. *Inſt. proœm.* itemque *exconſul*, *Conſt. omnem reip.* §. 2. *ad Anteceſſor.* & *Conſt. Tanta* §. 9. *de confirm. Digeſt.* Quos titulos Triboniani egregie illuſtrat Chriſt. Gottl. Schwarz. *in Schol. philol. ad proœm. Juſtin. c.* 2. *p.* 37. *ſeqq.* *

§. 389.

*ſtu purum & vacuum*. BASILIDEM idem *lib.* 1. *de bello Perſ* vocat *virum manſuetudine & æquitate inter patricios clarum*. In primis de ANATOLIO ipſe Juſtinianus *Conſt. Tanta*, §. 9. *de confirm. Dig.* non id modo obſervat, *eum virum illuſtrem*, *magiſtrum*, & *apud Berutienſes juris interpretem conſtitutum eſſe*, ſed & addit, *eumdem ab* ANTIQUA STIRPE LEGITIMA *procedere*, *quum pater ejus* LEONCIUS, & *avus* EUDOXIUS, *poſt* PATRICIUM, *inclytæ recordationis quæſtorium*, & *Anteceſſorem*, & LEONCIUM, *virum glorioſiſſimum*, *præfectorium*, *conſularem*, *atque* PATRICIUM, *filium ejus*, *optimam ſui memoriam in legibus reliquerint*. Ex quo loco patet, ſimilem hanc familiam fuiſſe genti Muciæ, quam juris prudentiam, tamquam gentilitium bonum ſibi retinuiſſe, ſupra obſervavimus.

* Certum eſt, Tribonianum ob ſeditionem Victorianorum quæſtura S. Palatii in gratiam plebis exutum eam tamen mox recepiſſe: Procop. *de bello Perſ. lib.* 1. *cap.* 24. Nam ei vita demum functo in quæſtura ſucceſſiſſe Junilium Afrum, tradit Procop. *in Anecdot. c.* 20. Aldobrandi-

§. 389. Hujus quoque viri vita, non minus, ac ipſius JUSTINIANI, varie extollitur, arguitur. Heſychius Illuſtrius *de vit. philoſoph. p.* 63. illum vocat ἕλληνα καὶ ἄθεον, *paganum & atheum*: Suidas *in* Τριβωνιανός, ἕλληνα, καὶ ἄθεον, ἀλλότριον κατὰ πάντα τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, *paganum & impium, & a Chriſtianorum fide prorſus alienum*, immo & κόλακά τε καὶ ἀπατεῶνα, *adulatorem, & impoſtorem*, quippe quem perſuaſiſſe ajunt Juſtiniano, eum non moriturum, ſed vivum in cælum raptum iri. Procop. Ἀνεκδότ. *p.* 63. Addunt alii avarum fuiſſe hominem, & jus venale habuiſſe. Sed uti ipſæ dignitates viri eum Chriſtianum fuiſſe arguunt, via quippe ad honores paganis prorſus tum præcluſa, calumnia vero de adulatione iſta tam abſurda eſt, ut nemo eam vel probabilem ſaltim ſit habiturus: ita Procopio, de Triboniani fama tam proterve detrahenti, neminem rectius oppoſueris, quam ipſum Procopium *.



dinus tamen & Schwarzius, exquæſtorem tunc dictum eſſe quæſtorem primarium, exiſtimant: quemadmodum ὁ ἀπὸ ὑπάτων *exconſul*, vel *ex conſule* non fuerit, qui antea conſulatum geſſerit, ſed omnibus coſſ. tum ordinariis, tum ſuffectis, tum honorariis eminentior. Vid. Schwarz. *ibid. p.* 39. *ſequ.*

* Tantum ſane abeſt, ut Tribonianus, ſi gentilis vel atheus fuiſſet, potuiſſet ad tantas dignitates in palatio Juſtiniani pervenire, ut diſerte teſtetur Cedrenus *Annal. p.* 366. illum διωγμὸν κατὰ ἑλλήνων καὶ πάσης αἱρέσεως, *perſequutionem paganiſmi & omnium hæreſeon* moviſſe, θεσπίσαντα, μόνους ὀρθοδόξους πολιτεύεσθαι, *lege lata, ut ſoli orthodoxi rem publicam gererent*. Mendacium porro de Juſtiniano in cælum rapiendo tam eſt putidum, ut aut fronte Tribonianum, aut cerebro caruiſſe Juſtinianum oporteret, ſi vel ille auſus eſſet tam proterve illudere principi, vel hic ſe eo modo ludibrio haberi paſſus eſſet. Denique ſi largiamur, opum adpetentiorem fuiſſe Tribonianum, eumque id vitium cum aliis pluribus commune habuiſſe: an inde ſe-

§. 390. Capto ſemel illo conſilio juris in meliorem ordinem redigendi, JUSTINIANUS primum anno eræ Chriſtianæ 528. decem viris, inter quos & TRIBONIANUS fuit, id dedit negotii, ut ex tribus, qui tum exſtabant, Codicibus conſtitutiones utiliores ſeligerent, eaſque, reſectis præfationibus, & mutatis, quæ eorum temporum foro minus concinna viderentur, una cum iis, quæ ipſe adhuc edidiſſet, in 12. libros, & ſub certis titulis digererent. *Conſt. Hæc, quæ neceſſario, de nov. Cod. fac.* Eum inſequente anno abſolutum JUSTINIANEUM vocavit *, Paull. Diac. *Hiſt. Langob. L.* 1. *c.* 25. Jo. Antiochen. *p.* 183. editaque anno 529. d. VII. Id. Apr. conſtitutione, publicavit, & ſuppreſſis tribus iſtis Codicibus, ſolum iſtum in foro pro norma haberi juſſit. *Conſt. ſummam reip.* §. 3. & 5. *de Juſtin. Cod. fac.*

§. 391. Deinde, quum maximum ſolidioris jus prudentiæ theſaurum in veterum JCtorum ſcriptis reconditum eſſe, non ignoraret, & hæc tamen etiam manibus hominum fere excidiſſent: anno eræ Chriſtianæ 530. die 18. Kal. Jan. illa, maxime ex Triboniani bibliotheca, ( vid. *Conſt. Tanta* §. 17. *de confirm. Dig.*)

con-

ſequitur, ut ei & jura venalia fuiſſe dicamus? Sane ipſe Procop. *de bello Perſico l.* 1. Tribonianum vocat *virum moribus & diſciplina omnium artium nulli ſecundum*, & paullo ei, jam fatis functo, hoc perhibet teſtimonium: *eum virum multis poſt magiſtratum viventem annis morbo deceſſiſſe, nihilque a quoquam ingratum eſſe paſſum, quum natura mitis & humanus fuerit, iiſque moribus ſimul & doctrina ſingulari unicum avaritiæ morbum obſcurarit.* An vero ea elogia cadere dicamus in hominem paganum, impium, & qui virtutem poſt nummos habuit?

* Eſt & hoc inter ea, quæ in Juſtiniano reprehendit Procop. Ἀνεκδότ. pag. 46. quod omnia a ſuo nomine dici voluerit. Ἀρχάς τε μενούσας ἀνῄρει· τὰς δὲ οὐκ οὔσας ἐφίστη τοῖς πράγμασι, τούς τε νόμους, καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς καταλόγους ταὐτὸ τοῦτο ἐποίει, οὐ τῷ δικαίῳ εἴκων, οὐδὲ τῷ ξυμφόρῳ ἐς τοῦτο ἠγμένος, ἀλλ' ὅπως

δὴ

conquiri, & periochas, quæ in foro uſum præſtarent, inde decerptas, & aliquando, ſi ita videretur, interpolatas mutataſque in quinquaginta libros, certoſque titulos colligi juſſit. Perfecerunt id opus TRIBONIANUS alique XVII. viri, quos ei adjunxerat Juſtinianus, intra triennium, quum initio illis decennium ad hunc laborem indulſiſſet: idque opus deinde Juſtinianus DIGESTA vel PANDECTAS, veterum exemplo *, ad-



δὴ ἅπαντα νεώτερά τε, καὶ αὐτοῦ ἐπώνυμα εἴη. ἦν δέ τι καὶ μεταβαλεῖν ἐν τῷ παραυτίκα ἥκιστα ἴσχυσεν, ἀλλὰ τούτῳ γε τὴν ἐπωνυμίαν τὴν αὐτοῦ ἔθετο: *nam ſtatis magiſtratuum formis* LEGUMQUE *&* *militarium ordinum abrogatis, alias invexit, non jure, non publico commodo adductus, ſed ut omnia nova, & de* SUO NOMINE *dicerentur. Rei cujus ſtatim abolendæ copia non fuiſſet, ſaltim* SUUM *indidit* VOCABULUM. Et ſunt ſane magiſtratus novi, quos a ſe inſtitutos *Juſtinianeos* vocavit, veluti Piſidiæ prætor Juſtinianeus, *Novell.* 24. *c.* 4. comes Phrygiæ Pacatianæ Juſtinianeus, *ib.* comes primæ Galatiæ Juſtinianeus, *ib.* comes Lycaoniæ Juſtinianeus, *Novell.* 29. *c.* 1. prætor Thraciæ Juſtinianeus, *Novell.* 25. *c.* 2. comes Juſtinianeus Iſauriæ, *Nov.* 27. *c.* 1. Immo & moderatores, & Procoff. & quæſtores Juſtinianei paſſim occurrunt in *Novellis* 27. 102. 30. 41. Ita & verum eſt, eum ex Vandalis legiſſe milites, quos *Juſtinianeos ſtationarios* vocavit. Procop. *de bell. Vandal. l.* 2. Denique recte obſervarunt Alemannus & alii, Juſtinianum urbes, oppida, portus, litteras, libros, ſcholares, & diadema de ſuo nomine vocari voluiſſe. Sed quid his omnibus ineſt criminis? An minus licuerit Juſtiniano magiſtratus quoſdam vocare *Juſtinianeos*, quam Auguſto *legatos Auguſti* & *præfectos auguſtales*? An fas fuerit Trajano, Hadriano, Conſtantino, Gratiano condere Trajanopolin, Hadrianopolin, Conſtantinopolin, Gratianopolin, Juſtiniano id nefas fuerit? Et quis quæſo ignorat baſilicam Juliam, menſes Julium & Auguſtum, thermas Diocletianas, bibliothecam Ulpiam, & ſimilia, quæ ab imperatoribus nomen tuliſſe, nemo umquam ſanus reprehendit?

* Familiares admodum veteribus hos titulos fuiſſe, exemplis JULIANI, ALPHENI, CEL-

adpellavit, *quod omnes diſputationes & deciſiones in ſe haberet legitimas, &, quod undique eſſet collectum, in ſinus ſuos recepiſſet. l. 2. §. 1. C. de vet. jur. enucl.* Paull. Diac. *Hiſt. Langob. l.* 1. *c.* 25.

§. 392. Hoc opus, quod ipſe Juſtinianus in ſeptem partes diviſerat, maxime ad edicti perpetui ordinem diſpoſitum eſſe animadvertimus: nec tamen per omnia. Nam & præmiſſa quædam ſunt de jure in genere, de ſtatu hominum, de rerum diviſionibus & de magiſtratibus, quæ in Edicto locum non habuerunt: & quædam, quæ primo ſtatim loco in edicto tractata erant, veluti de magiſtratibus municipalibus in poſtremum locum *Pandectarum* rejecta, & quædam interjecta de hypothecis, de evictionibus, de eo, quod falſo tutore auctore geſtum fuerit, quæ vel omnino non, vel alio loco edicti occurrerunt: & denique ſub finem *Pandectarum* permulta occurrunt de criminibus, adpellationibus, jure publico, quorum nullum in Edicto veſtigium notamus. Ceterum ne denuo corrumperetur opus, magno ſtudio elaboratum, Juſtinianus & illud per notas ſcribi vetuit *, *l.* 2. §. 22. C. *de vet. jur.*

Celsi Marcelli & Cervidii Scævolæ, qui libros ſuos digesta inſcripſerunt, nec non Ulpiani & Modestini, qui pandectas reliquerunt, ſatis conſtat. Erat *pandecte*, uti ex Apicio *de re culin. l.* 4. *p.* 103. patet, repoſitorium, quo varia condimenta & bellaria coenis inferebantur. Unde & totum artis ſuæ librum *pandecten* inſcripſit. JCtis hujus modi inſcriptiones in deliciis fuiſſe, oſtendit Merill. *Obſerv. l.* 7. *c.* 34. immo & Gell. *in præſtat.* Imitati hanc figuram Hebræorum Magiſtri, libros quoſdam ſuos inſcripſerunt כלבו, *Colbo*, quod omnia ſcitu digna ſinu ſuo complectantur. Huber. *Prælect. ad Pandect. proœm.* §. 2.

* In exemplari Florentino, obſervante id Ant. Auguſtino *Emend. l.* 1. *c.* 1. talia paſſim occurrunt. Quamvis enim id negarit Ang. Politian. *epiſt.* 10. 4. & *Miſcellan.* 41. αὐτόπτης tamen Henr. Brenkmannus obſervavit, reperiri ibi ϗ pro καὶ,

I. pro

*jur. enucl.* & a JCtis non alios libros in illud ſcribi voluit, quam PARATITLA, *l.* 2. §. 21. *C. de vet. jur. enucl.* quæ quid fuerint, docet Æg. Menag. *Amoen. jur. civ. cap.* 15. & Jan. a Coſta *Præf. Summar. l.* 1. *Decretal.*

§. 393. Perfecto *Pandectes* corpore, at nondum promulgato, tribus viris, TRIBONIANO, THEOPHILO, & DOROTHEO, negotium dedit imperator, ut INSTITUTIONUM *libros quatuor* ex veterum JCtorum compendiis *, & CAII potiſſimum Inſtitutionibus adornarent, ut illæ eſſent totius legitimæ ſcientiæ prima elementa. *procem. Inſt.* §. 2. & 6. Eum libellum, quamvis poſt *Pandectas*, uti diximus, conditum, prius tamen, quam illas, Juſtinianus publicavit XI. Kal. Dec. anno eræ Dionyſ. 533. eique pleniſſimum conſtitutionum ſuarum robur accommodavit. §. 6. *procem. Inſtit.*

§. 394. Paullo poſt, 17. Kal. Jan. anni 533. totum hoc Corpus juris, adeoque & DIGESTA, conſtitutioni-

I. pro *primo*, EDM. pro *editum*, Ū pro *quinto*, UIIIO pro *octavo*, ú pro *us*, ut jam non dicamus de variis monogrammatibus & contignationibus litterarum, quæ typis tam facile, quam calamo exprimi non poſſunt: de quibus conſuli debet Brenkmannus *Hiſtor. Pandect. l.* 2. *cap.* 3. *p.* 117. *ſequ.* Viderint ergo, qui hunc librum ipſius Juſtiniani temporibus ſcriptum exiſtimant, an ſententiam ſatis probabilem tueantur.

* Sic multa *Inſtitutionum* loca totidem pæne verbis decerpta videmus ex *Inſtitutionibus* ULPIANI, FLORENTINI, MÆCIANI, ex *Epitomis* HERMOGENIANI, immo & ex majoribus libris veterum JCtorum, veluti ULPIANI *regulis* & *libris ad Sabinum*, PAULLI *libris ad Edictum*, PAPINIANI *reſponſis*, & ſimilibus. Unde optime meriti ſunt de ſtudioſa juventute, qui in editionibus ſingulis paragraphis adſcripſerunt loca *Digeſtorum*, ex quibus expreſſi ſunt. Id quod noviſſime præſtitum animadvertimus ab Everardo Ottone.

nibus binis, Latina altera, altera Græca, firmatum, & a 3. Kal. Jan. in foro valere, & in ſcholis Romana, Conſtantinopolitana, & Beryteaſi prælegi juſſum eſt, præſcripta ſimul Anteceſſoribus methodo, qua per quinque iſtos annos, quos juris diſciplinæ dare ſolebant juvenes, uterentur, quin & nominibus paullo honeſtioribus, quibus ſingulis annis juris ſtudioſi vocarentur, inventis *. *Conſt. omnem reip.* §. 1. & 2. *ad Anteceſſ.*

§. 395. Obſervaverat interea Juſtinianus, quaſdam diſſenſiones veterum JCtorum, ortas ex diverſis ſectarum principiis, ſupereſſe. Itaque illas veterum altercationes, Lampadio & Oreſte conſulibus, & duobus inſequentibus annis, id eſt anno 530. & ſequentibus, editis QUINQUAGINTA DECISIONIBUS compoſuit, quas Deciſiones poſtea in varias particulas diſcerptas, Codici repetitæ prælectionis, de quo mox dicendi erit locus,

* Primo anno, quo *Inſtitutiones* & πρῶτα *Digeſtorum* audiebant, pro DUPONDIIS vocabantur JUSTINIANI NOVI, vel, uti ex codice ſuo MSC. eleganter emendat Ch. Gottl. Schwarz. *Diſſ. an omnia Pandect. exempl. e Florentinis manaverint?* §. 16. *pag.* 46. JUSTINIANISTÆ: ſecundo, audientes vel alteram vel tertiam *Digeſtorum* partem, una cum doctrinis de tutela, legatis, fideicommiſſis, EDICTALIUM nomen adſumebant. Tertio anno, percepta altera vel tertia *Digeſtorum* parte, (has enim Juſtinianus alternis vicibus prælegi juſſerat), nec non deguſtatis doctrinis de hypothecis, uſuris, edicto ædilitio, lectis denique Papiniani fragmentis per totum *Digeſtorum* opus diſperſis, PAPINIANISTARUM nomen non ſine ſollemnitate accipiebant. His ubi quarto anno acceſſerant reliquæ *Pandectarum* partes, non *Hirci*, uti in Accurſiano exemplari abſurde legitur, ſed *Lytæ*: denique quinto anno, poſtquam & *Codicem* ſibi familiarem reddiderant, non *Loritæ*, nec *Coloritæ*, uti denuo apud Accurſium eſt, nec *Colobitæ*, uti Conſtant. Landus *in Exercit. pag.* 1391. *Tom.* 3. *Theſaur. jur. civ.* emendat, ſed *Prolytæ* vocabantur.

locus, inſeruit *. *Conſtit. Cordi nobis*. §. 1. *de Cod. emend.*

§. 396. Sed paullo poſt idem deprehendit imperator, primo, *novellas ſuas tam deciſiones, quam conſtitutiones, quæ poſt priorem Codicem latæ fuerant, extra corpus Codicis divagari*: deinde, *quaſdam earum ex emerſis poſtea factis aliquam meliori conſilio permutationem vel emendationem conſiderare*. *Conſt. Cordi nobis*. §. 2. *de emend. Codic.* Itaque Triboniano aliisque quatuor viris id dedit negotii, ut Codicem Juſtinianeum refingerent, & præter quinquaginta deciſiones etiam novas conſtitutiones, quotquot adhuc prodierant, illi inſererent, quasdam etiam ad rem non facientes omitterent. * Hunc CODICEM REPETITÆ PRÆLECTIONIS, id eſt, recognitum, ſuppreſſo priore Codice, edidit publi-

* *De Faſtorum Romanorum formula*: POST CONSULATUM, quam permultæ deciſiones Juſtinianeæ præferunt, ſingulari, eaque pereruditа diſſertatione egit Chriſt. Gottl. Schwarz. edita *Altorfi* 1735. Plures, quam quinquaginta, in *Codice* noſtro occurrunt Deciſiones, his ipſis annis editæ. Sed Em. Merillius, qui has Deciſiones, cum cura collectas, luculento commentario illuſtravit, in *prolegomenis* oſtendit, unam ſæpe deciſionem in plures particulas diſſectam eſſe a novi Codicis architectis. Præter Emundum Merillium ſimilis labor exercuit Jo. Strauchium, JCtum Jenenſem, qui tamen, quod dolendum, colophonem operi non impoſuit. Præterea legi merentur Petri Franc. Linglois *Deciſiones* 50. *a ſecundo ad nonum librum Codicis*. *Antu.* 1661. *fol.* & Dominici Baſſi *redivivus ingenii partus, ſeu quinquaginta Deciſiones D. Juſtiniani*, *Vienn.* 1708. 4.

* Plures ſane conſtitutiones, quas in Codice ſuo fulgere ait Juſtinianus, in novo illo ac recognito Codice deſiderantur. Exempla extant in §. 27. *Inſt. de legat.* §. 7. *Inſt. de legit. ſucc. agnat.* §. 24. & 27. *Inſt. de action.* Fieri tamen potuit, ut conſtitutiones quædam Codici quidem inſertæ fuerint, at nihilominus tamen poſtea, quia Græce ſcriptæ erant, interciderint. Plures ſane, quæ in Baſilicis ſuperſunt, paſſim reſtituit Cujacius.

publicavitque 16. Kal. Dec. 534. *Ead. Conſt.* §. 4. *de emend. Cod.*

§. 397. Quum porro Juſtinianus, condito Corpore juris, diu adhuc imperaret, non mirum eſt, eum, novis ſubinde emergentibus quæſtionibus, plures promulgaſſe novellas conſtitutiones, quarum plerasque Græce ſcriptas eſſe, novimus. Has ſe ipſum in aliam congregationem, quæ *novellarum* nomine *conſtitutionum* ſignificetur, relaturum, promiſerat Juſtinianus, *Conſt. Cordi nobis* §. 4. *de emend. cod.* quin & præſtitiſſe eum, quod promiſerat, teſtantur Jo. Antiochen. *in Juſtiniano*, *pag.* 168. Agath. *l.* 5. *pag.* 140. & Paull. Diac. *Hiſt. Langob. l.* 1. *cap.* 25. quippe qui Juſtinianum *novas quoque leges, quas ipſe ſtatuerat, in unum volumen redactas*, CODICEM NOVELLARUM *vocari ſanxiſſe*, ſcribit.

§. 398. Et volumen ſane iſtud, ipſum Juſtiniani collectum auſpiciis, non diverſum videtur ab illo, quod hodie pars Corporis juris eſt, quodque in NOVEM COLLATIONES diſtinctum eſſe, animadvertimus, quamvis alicubi laciniis quibusdam auctum, veluti ſub finem, ubi eparchica quædam ſub nomine Novellarum occurrunt. Pro textu authentico habemus hodie verſionem Latinam, antiquam illam quidem, quippe qua jam Gregorius M. Papa uſus videtur *l.* 11. *epiſt.* 53. aliquando & ſatis adcuratam, obſervante Cujacio *Obſerv. l.* 8. *cap.* 40. ſed barbaram tamen, & hinc inde obſcuriſſimam *.

§. 399.

* At quum ipſas conſtitutiones Græcas jam editas habeamus ab Haloandro, Hervagio, Scrimgero, Ruſſardo: Græcarum litterarum non imperiti inde facile genuinum ſenſum haurient. Quin notum eſt, *novam e Græco textu verſionem* adornaſſe Joan. Fridr. Homberch zu Vach, quæ prodiit *Marburgi* 1717. 4. Sed textum tamen in foro non alium, quam illum ſemibarbarum, receptum eſſe, recte obſervant Alb. Gentil. *de libr. jur. civ. c.* 7. & Arthur. Duckius *de auct. jur. civ. l.* 1. *c.* 4. §. 16.

§. 399. Hoc eſt præclarum illud juris civilis corpus, quod per tot ſæcula gentibus ſagaciſſimis admirationi fuit. Et tamen in illud etiam imperitiſſimus quiſque hodie calamum impune ſtringit, dum alii ipſorum auctorum imperitiam ac ſtupiditatem accuſant, alii meras antinomias & contradictiones, ſomniant, alii in methodum, ſtilum, & librorum ordinem ac numerum invehuntur: alii ipſum jus Romanum iniquitatis arguunt. Quin ſunt, qui & minima in Juſtiniano non ferunt, veluti quod de perfecto hoc opere gloriatus ſit, l. 1. §. 2. C. *de jur. enucl.* quod *Codicem* a ſuo nomine JUSTINIANEUM dixerit, quod *Pandectas* in ſeptem, ac non plures paucioresve partes, *Inſtitutiones* in quatuor libros, ac non potius in tres, diſtinxerit: quod nobis reliquerit jus iniquum, incertum, & male cohærens, & quæ ſunt hujus generis alia. Longa enim eſt ea fabula, quam mira induſtria perpolire ſtuduerunt FRANC. HOTOMANUS in *Antitriboniano*, FRANC. BALDUINUS in *Juſtiniano*, FRANC. MAESTERTIUS *de juſtitia legum Romanarum*, BERN. AUTUMNUS in *Cenſura Gallica juris Rom.* ut non dicamus de ANT. FABRO, ANT. MATTHÆO, JO. JAC. WISSENBACHIO *, & recentioribus, qui in hoc muſtaceo laureolam quærunt, quam plurimis.

§. 400.

* Juvenis hic ſcripſit *Emblemata Triboniani*, a præceptore, Antonio Matthæo incredibili Triboniani odio imbutus: eumque libellum homini pauperi & peregrino in Belgio viam ad famam & fortunam muniviſſe ajunt. Sed recte Bynkershoekius *præf. ad Obſ.* Tom. 2. *Quum & ipſe olim in hunc librum incidiſſem, & miratus, & indignatus ſum, quod eo opuſculo dicatur auctor ſibi viam paraſſe ad famam: nam nihil quidquam ibi videtur præſtitiſſe, quam quod, ut eſt in proverbio, hircum mulgentibus cribrum ſuppoſuerit. Exhibuit ſeſquicentum fere embemata, ſed ex aliis maximam partem deſcripta, quæ enim ex ſuo ipſius ingenio profecta ſunt, vix numerum faciunt. Sæpe etiam in libello inſervit* πάρεργα ἔργῳ μείζονα, *ut ſolent, qui primum quid ſcri-*

pti-

§. 400. Sed, qui ipſe olim in ea hæreſi fui, quo magis in jure profeci, eo magis ab illa abhorrere cœpi. Credo equidem, ipſum Juſtinianum hominem ſe agnoviſſe, nihilque humani a ſe putaſſe alienum. Fateor, non incidiſſe eum in tempora, quæ opus quoddam Dædaleum, & quovis Phidiæ ſigno perfectius producere potuerint. Pleraque tamen, quæ tanto ſupercilio notant cenſores quidam, vitio creati, proba eſſe, expertus ſum. Criminationes vero tantum non omnes a viris harum rerum intelligentibus tam præclare dilutas eſſe animadverti, ut cauſſa perorata videatur *.

§. 401. Jam vero porro quæritur, quæ fata juris hujus Juſtinianei tum in oriente, tum in occidente fuerint? Et dubitari quidem nequit, quin in oriente ubique ſtatim receptum ſit, tum in foro, tum in ſcholis juridicis. Quum vero judices & antecesſores plerique parum gnari eſſent linguæ Latinæ *: ipſis Juſtinia-

*ptitant eruditionis oſtentandæ gratia: ſed & ea πάρεργα non minus aliis auctoribus debentur, quam ipſa emblemata, ut obſervabis, ſi vel eos ipſos locos excutias, quos ipſe adducit*. Unde laudandus Jo. Wibo, JC. Belga, qui ſingulari libello, hic recuſo, cauſſam Triboniani adverſus hunc emblematum conſarcinatorem erudite egit *Ultrajecti* 1729.

* Præ ceteris commendari merentur Ulrici Huberi *Eunomia Romana*, opus poſtumum, editum a filio, Zachario Hubero, & recuſum Amſtelod. 1724. 4 nec non virorum illuſtrium, Henr. & Sam. de Cocceiis opera pleraque, in quibus hæc calumnia non verbis, ſed re ipſa, depellitur, dum, quæ aliis deſperata viſa ſunt, feliciſſima induſtria explicarunt, &, quæ pugnantia habita, ita revocarunt in concordiam, ut immortalem inierint gratiam ab omnibus, quibus ſolidior juris prudentia cordi eſt.

* Rem præclare expoſuit Car. du Fresne *in præf. Gloſſar. Lat.* §. 12. *pag.* 10. ubi oſtendit, Conſtantinum M. translata Byzantium imperii ſede, Latinam etiam linguam novæ Romæ ſervari voluiſſe, hinc eum locis ac regionibus urbis Latina impo-
ſuiſſe

ſtiniani temporibus libri juris in Græcam linguam transferri paullatim cœperunt.

§. 402. Et institutionum quidem elegantem paraphraſin debemus Theophilo, quem Juſtiniani temporibus floruiſſe, docent loca, ubi de Juſtiniano utitur verbis: *ἡμετέρον βασιλέα*, *imperatorem noſtrum*, §. 1. *de uſucap.* θειοτάτου ἡμῶν δεσπότου, *religioſiſſimi imperatoris noſtri*, §. 12. *Inſt. eod.* ἐφοίτησε τοῦ ἡμετέρου βασιλέως διάταξις, ἣν ἔναγχος ἐξεφώνησε: *exſtat & principis noſtri conſtitutio, quam nuper emiſit*: itemque εὐσεβεστάτη ἡμῶν δεσποίνη, *religioſiſſima domina noſtra*, §. *ult. Inſt. eod.* Quæ quum ex Latino *Inſtitutionum* textu non ſint, manifeſto probant, auctorem Juſtiniani temporibus ſcripſiſſe *. Gundlingian. *part.* 2. *obſ.* 2. Nec obſcu-

ſuiſſe nomina, inſcriptiones ſtatuarum, ædificiorum, monetarum Latinas feciſſe, conſtitutiones ejus ac ſucceſſorum diu eodem conſcriptas eſſe idiomate: quin in ſchola Byzantina ideo eloquentiam Rom. oratores tres, grammaticos decem docuiſſe, ut lingua iſta in ſede imperii Rom. tanto diligentius excoleretur. *l.* 3. *C. de ſtud. liber.* Uſum ergo iſtius linguæ in oriente manſiſſe aliquem, ſed curialem fere & palatinum, immo & forenſem, donec a Theodoſii temporibus contingeret, ut Græculi, dum utrumque colerent ſermonem, neutro recte uterentur, quod deinde exemplo præfatiunculæ & verſiculorum Theodoſii M. temporibus ſcriptorum, & Antonini *Itinerario* in codice regio præmiſſorum, nec non pentaſtichi Latini obeliſco Conſtantinopolitano inſcripti, in quibus mera barbaries. Et ſane ſi jam ſub Theodoſio M. gliſcere cœpit barbaries, quis de Latinitate orientalium ſub Juſtiniano meliora ſperaret?

* Fallitur ergo Cujacius, qui Theophilitzen vocat hunc paraphraſten, & eum Accurſio juniorem facit, in *Recit. ad tit. Inſt. de act.* Falluntur, qui ei multos errores adfingunt, quum pleraque recte ſe habeant. Illud unum mirandum, vivo Juſtiniano id ſibi ſumſiſſe Theophilum, ut uberiorem ſcriberet *Inſtitutionum paraphraſim*, quum Juſtinianus verſiones tantum κατὰ πόδα permiſerit. *l.* 2. *C. de vet. jur. enucl.*

obſcure ætatem ſuam ipſe indicare videtur Theophilus in *Paraphraſi* §. 4. 5. *Inſtit. de SC. Tertull. &* §. 10. *Inſt. de except.* Vid. Jo. Henr. Mylii *Hiſtoria Theophyli*, *c.* 3. §. 4. Unde nihil prohibet, quo minus eumdem dicamus, cum Theophilo, Anteceſſore Conſtantinopolitano, cujus in componendo corpore juris opera uſus eſt Juſtinianus. Prodiit hæc *Paraphraſis* poſt editionem VIGLII ZUICHEMII *Baſil.* 1534. *fol.* & *Lov.* 1536. 4. & JAC. CURTII *Lugd.* 1581. cum animadverſionibus CAR. ANNIB. FABROTTI *Pariſ.* 1638. & 1657. 4.

§. 403. Eamdem operam *Pandectis* præſtitit THALELÆUS, & ipſe Juſtiniano, ut videtur, σύγχρονος, cujus verſio Græca *Pandectarum* ſæpiſſime in libris βασιλικῶν laudatur. Quin & verſiones STEPHANI εἰς πλάτος, CYRILLI κατ᾽ ἐπιτομὴν, DOROTHEI κατὰ μέσην τάξιν laudat Matth. Blaſtares *pag.* 370. apud Fabric. *Bibl. Græc. Tom.* 12. *pag.* 370. & Joſ. Mar. Suareſ. *Notit. Baſil.* §. 19. ſed & *Codicem* Græce ſive a Thalelæo, ſive ab aliis, verſum exſtitiſſe ferunt, eumque ſibi viſum eſſe adfirmabat Marqu. Freherus. Suareſ. *ibid.* §. 20.

§. 404. Denique vice verſa Conſtitutiones novellas 120. jam tum Græce maximam partem ſcriptas, circa annum DLXX. reſectis præfationibus, in epitomen contraxit, & eleganter Latinitate donavit JULIANUS, patricius, exconſul & Anteceſſor Conſtantinopolitanus. Quam epitomen cum ſæpius, tum cura Franciſci Pithœi, editam novimus *Baſil.* 1567. *fol.*

§. 405. Et verſionibus quidem illis Græcis, Novellisque, eadem lingua ſcriptis, in foris ſcholisque utebantur ſeculis inſequentibus ſeptimo & octavo, donec de eo in compendium mittendo ſæculo nono cogitare inciperent imperatores Byzantini. Ex his primum BASILIUS MACEDO anno 838. ediderat πρόχειρον τῶν νόμων, quod conſtabat titulis quadraginta.

Sua-

Suareſ. *Notit. Baſil.* §. 3. Deinde Leo, σοφὸς, patri Baſilio ſuccedens, collectionem illam paternam perfecit, eamque ſub titulo διατάξεων βασιλικῶν promulgavit anno Chriſti 886. * Suareſ. *ibid.* §. 10. Denique ſubſequutus Leonem Constantinus, cognomento Porphyrogeneta, paternum opus ſub incudem revocavit, & libros illos ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ publicavit ſub initium ſeculi decimi. Suareſ. *ibid.* §. 12. *ſeq.*

§. 406. Et hi quidem ſunt libri illi ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ, ex Græca Inſtitutionum, Pandectarum, Codicis verſione, Juſtiniani Novellis & Edictis tredecim, nec non ex JCtorum quorumdam orientalium paratitlis, aliisque libris, quin & patribus & conciliis collecti, ita tamen, ut multa omiſſa videamus, quæ fortaſſis tum ab uſu receſſerant, multas etiam leges in compendium contractas, multa denique ex poſteriorum principum legibus & conſtitutionibus addita, animadvertamus. Bynkershoek. *Obſ. lib.* 8. *c.* 17. Opus iſtud in ſexaginta libros diviſum, præter pauca, quæ nondum integra reperiri potuerunt, cum gloſſis Græce & Latine editum eſt a Car. Annib. Fabrotto, *Pariſ.* 1647. *fol. Vol.* 7.

§. 407. Inſequentibus etiam ſæculis jus Romanum, quale in Baſilicῶn libris reperitur, in oriente floruiſſe, evincunt tot opera Græcorum juridica, quæ partim ſeparatim prodierunt, partim Enimundi Bonefidii *Juri orientali*, edito *Pariſ.* 1573. 8. & Jo. Leunclavii *Juri Græco Romano*, a Marqu. Frehero locupletato edi-



* Ejusdem Leonis imp. ſunt Novellæ 113. quas primum Græce ex Stephaniana edidit Henr. Scrimgerus, *Pariſ.* 1558. *fol.* poſtea Latine Henr. Agylæus, *Pariſ.* 1560. 8. Unde poſtea permultis juris Juſtinianei editionibus ſubjectæ ſunt. Harum nec apud nos ullam eſſe auctoritatem, nec olim in ipſa Græcia fuiſſe, exiſtimavit Cujac. *Obſ. l.* 17. *cap.* 31. Contra eaſdem, & olim valuiſſe in Græcia, & ne hodie quidem ibi extra uſum eſſe, ex Chriſtoph. Angel. *de ſtatu eccl. Græcæ*, *p.* 112. & 115. docet Bynkersh. *Obſ. l.* 4. *c.* 1.

toque *Francoſ.* 1596. *fol. Tom.* 2. inſerta ſunt. Sic ſæculo undecimo MICH. ATALIOTA, judex & procoſ. ſcripſit πόνημα ſeu πραγματικὴν, a Leunclavio ſub titulo σύνοψις ὡσανεὶ συνόψεων editam, *Tom.* 2. *pag.* 1. *ſeqq.* Iisdem temporibus MICH. PSELLUS junior, vir πολυγραφώτατος, primum ad Conſtantinum Ducam, deinde & Alexium, ac demum ad Nicephorum, impp. verſibus politicis edidit Σύνοψιν νόμων: Leo Allat. *de Pſellis, eorumque ſcript.* §. 48. quam Græce & Latine edidit Bosquetus *Pariſ.* 1632. 8. *

§. 408. Sequente ſæculo 13. floruit THEODORUS BALSAMON, qui PROTII *Nomocanonem* ſuis commentariis illuſtravit, in quibus permulta exſtant juris Romani, ex Baſilicis depromti, veſtigia. Ediderunt eum Guil. Voellus & Henr. Juſtellus *in Bibliotheca Græco Latina jur. can. Tom.* 2. *pag.* 1312. *ſequ.* Sæculo 14. non duodecimo, ut Suareſio, aliisque viſum, floruit CONSTANTINUS HARMENOPULUS, ediditque πρόχειρον τῶν νόμων, ſeu *Promtuarium juris*, quod poſt Adami Suallenbergii Græcam, aliasque Bernardi Rey & Merceri Latinas editiones Græce & Latine cum adnotationibus ſuis edidit Dionyſ. Gothofredus 1587. 4.

§. 409. Sæculum decimum quintum finem attulit orientali Græcorum imperio, capta anno 1453. a Turcis Conſtantinopoli, & toto illo orientis tractu ab iisdem barbaris oppreſſo. Iisdem ergo temporibus & jus Romanum in oriente procul dubio exolevit, at non penitus tamen, ſi recentioribus quibusdam fides habenda eſt, quippe qui & apud Turcas, & apud Græcos, aliquem juris Romani uſum hodienum ſupereſſe, referunt. *

§. 410.

* Sæculo quoque 12. in oriente, & Conſtantinopoli maxime juris Romani ſtudia floruiſſe, vel inde patet, quod Irnerium jus Conſtantinopoli didiciſſe, neſcio quo auctore, docet Innoc. Ciron. *Obſ. jur. can. l.* 5. *c.* 5.

* Turcas enim Codicem Juſtinianeum in ſua lingua habe-

§. 410. Ex oriente in OCCIDENTEM revertimur. In eo quædam provinciæ Francis, Burgundionibus, Gothis ceſſerant, quædam a Juſtiniano barbaris felici Marte ereptæ erant, veluti Italia, Sicilia, & Africa. In illis quidem juris Romani uſus ſuperfuit, at non Juſtinianei, verum Theodoſiani, quocum Caii *Inſtitutiones*, Paulli *Sententias*, & alia quædam veterum JCtorum fragmenta conjungere ſolebant *. Demonſtrarunt hoc ex inſtituto Herm. Conring. *de orig. jur. Germ. c. 4. & 5.* Jo. Selden. *in Diſſ. ad Fletam c. 5. §. 2. ſeq.* Jac. Gothofr. *in Prol. Cod. Theod. c. 3.* Innoc. Ciron. *Obſ. jur. can. lib. 5. cap. 2.* Sed & nos *libro 2.* ea de re pluribus agemus.

§. 411. At in Italia, & in Africa quoque, uſus juris Juſtinianei fuit quotidianus. Ipſe enim Juſtinianus illud ubique in orbe Romano obſervari, ſolumque in academia etiam Romana doceri juſſerat. *l. 2. §. 23.* & *l. 3. §. 21. C. de vet. jur. enucl.* Et hoc ſibi velle arbitror auctorem epigrammatis, Pandectis Florentinis præmiſſi, Juſtiniano aut parem ætate, aut non multo juniorem, dum inter alia cecinit:

Ἄνθρωποι δ' Ἀσίης τε δορυκτήτοιο Λιβύσσης,
Εὐρώπης τε πίθονται ὅλου σημάντορι κόσμου.
*Europæ vero, atque Aſiæ, Libyæque ſubactæ,*
*Unum omnes populi regem dominumque tuentur.*

Ait enim poeta, *Pandectarum* opus non modo in oriente,



bere, eoque in foris ſuis uti, primus teſtis αὐτόπτης καὶ αὐτήκοος adfirmavit Leunclav. *in Præf. ad libros 2. Paratitl.* Ex Iſm. Bullialdo quoque ſæpe audiviſſe ſe refert Menag. *Amœn. jur. civ. cap. 26. Turcas pleraque ex legibus Romanorum in ſuas transfudiſſe, & præcipue quæ ad materiam ſervitutum ſpectent.* De uſu Novellarum Leonis apud hodiernos Græcos jam ſupra (§. 405.*) diximus.

* Et hæc collectio medio ævo κατ' ἐξοχὴν LEGIS ROMANÆ nomine veniebat. Pluribus adductis veterum teſtimoniis, ipſiſque codicum MSS. titulis id demonſtravit Car. du Fresne *Gloſſ. Lat. Tom. 2. p. 269.*

te, & Africa nuper recepta, ſed & in Europa, (Italia nimirum Gothis extorta), una cum auctore ejus Juſtiniano regnare. Coler. *Parerg. lib.* 2. *cap.* 22. *tom.* 1. *Theſ. jur. civ.*

§. 412. Et quamvis paullo poſt circa annum 568. Italiam invaderent Langobardi, regnumque ibi conſtituerent potentiſſimum: tamen non modo in exarchatu Ravennatenſi juri Juſtinianeo pretium ſuum manſit, ſed & ipſi Langobardi Italis ſua cuique lege vivendi facultatem dederunt, ceu ex ipſa *lege Longobardica* 1. 29. 2. 2. 2. 1. adparet. Sane ſæculo 7. Novellam 113. citat Gregor. *lib.* 11. *epiſt.* 53. & alibi tum ad Codicem, tum ad Novellas provocat *l.* 12. *epiſt.* 53. Item ſæculo 9. quo iſtud Langobardorum regnum jam deſtruxerat Carolus M. ſæpe jus Romanorum ad partes vocant Hincmarus 16. 5. 44. 32. 56. *p.* 587. 55. *p.* 440. 509. *Tom.* 2. & Joannes PP. 8. apud Ivon. 3. 98.

§. 413. Quamvis vero his temporibus *Codex* magis & *Novellæ*, quam *Pandectæ*, in manibus hominum fuiſſe videantur: non tamen ideo exiſtimandum eſt, eas plane intercidiſſe. Vulgo equidem referunt, *Pandectarum* codicem aliquem primum iterum repertum eſſe a Lothario 3. imp. in Amalphi urbe, anno 1137. expugnata, eumque Imperatorem donaſſe Piſanis, qui illum claſſe inſtructiſſima adjuverint. *Pandectas* vero illas Piſanas, quæ jam Florentiæ non ſine veneratione quadam oſtenduntur, occaſionem dediſſe & Irnerio, prælectiones in hunc librum inſtituendi Bononiæ *, & Lothario, jus Romanum in ſcholas & fora introducendi.

* Addunt, Irnerium initio Latinas litteras docuiſſe Bononiæ, quumque explicaturo illi, quid ſit AS, aqua hæſiſſet, *Pandectas* adiiſſe, eumque deinde librum publice interpretatum eſſe Bononiæ. Nota ſunt illa cardinalis Hoſtienſis in *c.* 1. *pr.* 10. *de teſt. n.* 2. *As, id eſt, duodecim unciæ. As ergo quandoque ponitur pro obolo, propter quod verbum venit Bononiam ſtudium civile, ſicut audivi a domino meo.*

di. Sigon. *de regn. Ital. lib.* 9. *p.* 270. Conf. Henr. Brenkmann. *de Amalphi a Piſanis direpta*, §. 24. *p.* 65. *& Hiſt. Pandect. l.* 1. *cap.* 5. *ſeqq.*

§. 414. Enimvero ut poſterius falſum eſſe adverſus Nihuſij & Bononienſium clamores ſolide demonſtravit Herm. Conringius: ita & tota illa hiſtoria de repertis Amalphi *Pandectis*, & reſtituto ea occaſione juris Romani ſtudio, admodum ſuſpecta eſt. Primo enim id veterum nemo tradit, & vir doctiſſimus, Lud. Ant. Murator. *Script. rer. Ital. Tom.* 11. ad Fr. Raynerii de Grancis Piſani *Poema de Præliis Tuſciæ*, quod e ſæculo demum 14. eſt, obſervat, hunc primum fuiſſe, qui *lib.* 4. *Pandectas* memoret in depopulatione urbis Amalphitanæ repertas, Piſasque translatas. Deinde neſcio, quid Piſanos movere potuerit, ut librum hunc pro navatæ operæ pretio accipere voluerint, niſi ei jam tum aliquis apud Italos honor fuiſſet. Denique & Irnerius ante repertum illum codicem jus civile Bononiæ docuit anno 1128. ceu ipſi Bononienſes in epiſtola ad Nihuſium fatentur, & ante eum, teſte Odofredo *ad l.* 1. *D. de juſt. & jur.* Pepo leges privata auctoritate profeſſus eſt.

§. 415. Res itaque, niſi me omnia fallunt, ita ſe habet. Juris civilis in foris Italiæ jam a Juſtiniani temporibus magna fuerat auctoritas. At quum in ſcholis, rudibus iſtis ſæculis, vix quiſquam reperiretur, qui cupidæ legum inventuti viam ad jus civile monſtraret: Bononiæ eam artem profiteri cœpit primum Pepo *, ac deinde Irnerius, Germanus, quem Con-

X 3 ſtan-

*meo* (Azone) Atqui Azo ille Bulgari tempora attigit, isque ipſius Irnerii diſcipulus fuit, ut rem non diu antea geſtam ſcire omnino potuerit.

* Hunc Peponem plerique magnis conviciis proſcindunt, ſequuti auctoritatem Odofredi *ad l.* 6. D. *de juſt. & jur. Hic* Pepo, inquit Brenkmannus, *quem merito peponem dixeris aut fungum, plane nullius nominis fuit. Unde etiam paſſim, miſſo eo, primus Irnenius auditorium juris aperuiſſe dicitur.* Vid. *Hiſt. Pandect. l.* 1. *c.* 9. *p.* 52.

ſtantinopoli jus didiciſſe, ſcribit Innoc. Ciron. *obſ. jur. can. l. 5. c. 5.* Ex eo quum plures profeciſſent, iique & ipſi ſcholas juridicas aperirent: tantus undique Bononiam factus eſt concurſus, ut jus civile plerisque tum primum renaſci videretur. Inde & in Gallia PLACENTINUS, in Anglia ROGERIUS, poſteaque ACCURSIUS, alibi alii jus Romanum profeſſi ſunt, ut brevi in univerſa Europa id ſtudium propagaretur.

§. 416. Hinc jam ſub Friderico I. Imp. clari fuerunt primi Irnerii diſcipuli MARTINUS GROSIAS, Cremonenſis, BULGARUS, HUGO DE PORTA RAVENNATE, & JACOBUS HUGOLINUS, quos imperator, quum anno Chriſti 1158. comitia haberet in campis Roncalienſibus, in conſilium adhibuit. Radenic, *de geſt. Fridr. imp. II. 6.* Otto & Andr. Moren. *de reb. Laud.* apud Leibnit. *Script. rer. Brunſuic. Tom. 1. pag.* 818. quibus Bononiæ jus docentibus, adeo ibi floruit ſchola, ut idem laudatiſſimus princeps, antequam expeditionem in Palæſtinam ſuſciperet, peregrinos, Bononiam ſtudiorum cauſſa confluentes, pulcherrimo ornaret privilegio, poſtea inſerto Codici Juſtinianeo in *Auth. Habita. C. ne fil. pro patre.*

§. 417. Præter quatuor iſtos inter primos JCtos Bononienſes celebrantur ROGERIUS VACARIUS, qui in Angliam jus civile intulit, Jo. Sarisber. *Policrat. l. 8. c. 22.* Selden. *Diſſ. ad Flet. cap. 7. §. 2. ſeq.* OTTO PLACENTINUS, qui primus Montispeſſuli jura interpretatus eſt, PYLEUS, qui Bononiæ & Mutinæ docuit, ALBERICUS A PORTA RAVENNATE, AZO, JCtorum ſua ætate princeps, & non minor hoc præceptore ſuo ACCURSIUS, Florentinus, cujus in illis tenebris doctrinam admirabilem ipſi laudant Jac. Cujac. *Obſ. l. 12. c. 16.* & Franc. Duaren. apud Mornac, *ad l. 2. §. 21. C. de vet. jur. enucl.* * quod eo magis mirandum, quo tardius

* Et recte quidem laudatur ACCURSIUS, qui omnes ante ſe interpretes Græcos & Latinos longe ſuperavit, nul-

dius eum, quippe jam quadragenario majorem, ad ſtudia ſe contuliſſe, ſcribunt. Obiit anno 1229. ætatis 78. Vid. Guid. Pancirol. *de clar. legg. interpretat. l. 2. c. 29.*

§. 418. Hi & eorum auditores, a Guid. Pancirolo & Gravina recenſiti, non modo viva voce jura publice docuerunt, ſed & ſcriptis ſuis iſta illuſtrare conati ſunt. Eorum vero ſcribendi labor in eo conſtitit, ut quidam jus in breviores veluti poſitiones, vel, uti ipſi vocabant, SUMMAS contraherent, alii in partiendo augendoque corpore juris deſudarent, alii Græcorum exemplo breviores GLOSSAS, ſeu ſcholia, ſingulis juris partibus adjicerent. Inter ſummiſtas, quos vocant, præcipui ſunt Rogerius & Azo, cujus *Summa aurea* prodiit *Lugd.* 1596. 4. Gloſſas vero aliorum, & maxime Azonis collegit, ſuasque adjecit Accursius, atque ita anno 1220. perfecta eſt illa GLOSSA, quæ deinde Corpori juris addita, non minorem fere in foro auctoritatem, quam ipſæ leges, obtinuit *.



§. 419.

lum omnino etiam e poſteris parem habiturus, niſi ei ſæculum humaniorum litterarum antiquitatisque lumen denegaſſet. Recte Jan. Vinc. Gravina *de ortu & progr. jur. civ.* §. 155. *In ſenſibus veſtigandis adeo fuit acutus, & ſollers, perſpicuus autem in verbis, & ſobrius, felixque in abditis ſententiis eruendis, ut niſi temporum barbaries antiquitatis ei lucem & ſermonis elegantiam ademiſſet, nullam fortaſſe laboris partem reliquiſſet eruditis recentioribus.* Unde merito viro docto ſtomachum faceſſit eorum non dicam inſolentia, ſed immanitas, qui quum ex Accursio ſapiant, tamen ſicubi quid nubeculæ occurrit, ſtatim perſtrepunt & cachinnos tollunt, nec nævos condonant homini, qui illi non juris inſcitia, ſed temporum injuriis hæſerunt, neque cogitant, tanto magis admirandum eſſe Accursii ingenium, quod & iſtis præſidiis deſtitutum, acutius nonnumquam vidit, quam quisquam poſterorum, quibus nihil, quod ad elegantiores litteras & antiquitatem pertinet, defuiſſe, crederes.

* Nota ſunt illa Raphaelis Fulgoſii in *l. 6. C. de oblig. & act. Noctis, quanta ſit auctoritat*

§. 419. Ad partiendum augendumque Corpus juris pertinet labor eorum, qui Pandectas in DIGESTUM VETUS, INFORTIATUM, & NOVUM diviſerunt, quam ineptam partitionem tribuunt BULGARO. Paullo magis operæ pretium fecit ſine BULGARUSO, ſive, ut alii malunt, BURGUNDIO, vel BERGUNTIO, qui Græcos in *Pandectis* & *Codice* textus Latinitate donavit, Pancirol. *de Clar. legg. interpr. lib.* 2. *cap.* 15. Laurent. Pignor. *Epiſt. ſymb.* 39. quamvis, vitiis haud carere illam verſionem, oſtenderit Menag. *Amœn. jur. civ. cap.* 33. Contra minus concinna eſt partitio *Novellarum* in novem partes, quas *novem authenticarum collationes* barbare vocavit idem BURGUNDIO.

§. 420. Sed omnium maxime notabiles ſunt additiones AUTHENTICARUM, quas vocant, & librorum FEUDALIUM. Confecerant cum Irnerius, tum alii quidam, ex *Novellis* certas poſitiones juris noviſſimi, quibus ipſis *Codicis* legibus derogatum eſſe obſervarant. Addiderant alii ſimiles quaſdam periochas, ex legibus potiſſimum utriusque Fridrici Imp. decerptas. Has omnes ſub titulo AUTENTICARUM *Codici* inſeruit, neſcio quis, ut

*tas gloſſatoris. Nam heri dixit Cynus, gloſſam timendam, propter præſcriptam idololatriam per advocatos, ſignificans, quod ſicut antiqui adorabant idola pro diis, ita advocati adorent gloſſatores pro evangeliſtis. Volo enim pro me potius gloſſatorem, quam textum Nam ſi allego textum, dicunt advocati diverſæ partis, & etiam judices: credis tu, quod gloſſa non ita viderit illum textum, ſicut tu, & non ita bene intellexerit, ſicut tu?* Ego recordor, *& ſit iſtud pro novo, quod dum eſſem ſcholaris, eram ſatis acutus, & dum ſemel eſſemus ſocii multi in una collatione, auſus fui unum textum allegare contra ſententiam doctoris mei: tantam audaciam habui.* Dixit *unus ſocius, tu loqueris contra gloſſam, quæ dicit ſic. Et ego reſpondi, etſi gloſſa dicit ſic, ego dico ſic, ignarus auctoritatis gloſſatorum. Credebam enim, quod eſſent ſpeciales apoſtillæ, quæ ſunt in libris grammaticæ, ſicut ſuper Virgilio & Ovipio. Sed tamen non ita eſt. Fuerunt enim gloſſatores maximæ ſcientiæ viri & auctoritatis.*

ut eo facilius reperirent ſtudioſi, quid novis legibus mutatum ſit: quamvis nonnumquam a *Novellarum* ſenſu aberraſſe earum auctores, res ipſa loquatur. De Authenticarum auctoribus & erroribus videndus eſt Jo. Strauchius in *Irnerio non errante*, & inter quos acris ea de re contentio fuit, Alex. Arnold. Pagenſtecherus *Sicilim. Manip.* 3. & *in Irnerio injuria vapulante*, ac Bynkershoekius *de auctore auctoribuſque Authenticarum*, quod cum aliis opuſculis prioribus nuper recuſum eſt *Lugd.* 1730. 4.

§. 421. Quum vero multæ in foro quæſtiones etiam de feudis inciderent, de quibus nihil ſancit Jus Juſtinianeum, & in Italia ſcriptæ circumferrentur conſuetudines feudorum Langobardicæ, a Philiberto Epiſcopo, Gerardo Nigro, & Ob. ab Orto, coſſ. Mediolanenſibus, qui ab Ottone Friſing. *de geſt. Fridr.* 2. 13. memorantur, & ab aliis fortaſſis collectæ: eas una cum conſtitutionibus Conradi 3. & Fridricorum impp. ſub titulo, decimæ collationis *Novellis* ſubjunxit Hugolinus, JCtus Bononienſis. Odofred. *Comment. in Auth. Caſſa. C. de SS. Eccleſ.* Schilter. *præf. ad Mincucc.* §. 4. Quod poſtea Fridricum II. imp. ratum habuiſſe, ferunt. Enghelhuſ. *Chron. p.* 1115. Pancirol. *Lect. var. l.* 1. *cap.* 90. Iis poſtea acceſſere capitula extraordinaria, quæ vocant, ab Ardizone & Alvaroto collecta, nec non conſtitutiones quædam principum, quæ extravagantium nomine veniunt. Horn. *Juris prud. feudal. cap.* 1. §. 35.

§. 422. Hic primæ iſtius JCtorum ſcholæ labor fuit, qui per ſæcula 12. & 13. ferbuit. Sequente enim 14. vixerunt Bartolus de Saſoferrato, &, qui ab eo profecit, Baldus, Peruſinus, Alexander Tartagnus, Bart. Salicetus, Paullus Caſtrenſis, Jaſon Maynus, Cynus, Raphael Fulgoſius, Hippolytus Riminaldus, & reliqui, quorum vitas Pancirolus aliique deſcripſerunt, qui non brevibus

gloſſis & ſcholiis, ſed COMMENTARIIS ampliſſimis Corpus juris illuſtrarunt. Sunt ſane in his æque, ac in gloſſa, quæ admireris: ſed plura etiam inepte & ſtolide ſcripta, qualia proficiſci oportuit a viris in illa caligine educatis, omnique litterarum, hiſtoriæ, ac philoſophiæ lumine deſtitutis *.

§. 423. Manſit ille ſcribendi mos ſæculis decimo quinto & ſexto, quo etiam in Germaniæ aliarumque provinciarum academias penetravit. Quo tempore quæ docendi interpretandique methodus fuerit, optime docuit Guido Pancirol. *de clar. legg. interpretibus toto libro*

* Nemo commentarios horum hominum elegantius deſcripſit M. Ant. Mureto *Orat.* I. 17. *Primo* enim oſtendit, quam ſæpe boni illi viri ignoratione antiquitatis & perverſo quodam contradicendi ſtudio peccarint. Deinde, quam multa ubique tractarint ad rem nihil pertinentia, veluti dum quærunt, quæ ſit poteſtas ablativi, gerundii, relativi, *qui quæ quod*, & ſimilia. De ordine *porro: at noſtri*, inquit, *qualem nobis cujusque generis farraginem reliquerunt? ut ſi quis ruſticus hordeum, triticum, viciam, legumina in unum acervum conferat, non illis acervum horum commentariis exiſtimem perturbatiorem fore*. Et quibusdam interjectis: *apud hos enim, ubi v. c. de auctoritate magiſtratuum agitur, dicetur etiam aliquid de teſtamentis, ubi de emtione venditione diſſeritur, aliquid de pœnis, aut de auctoritate tutorum inſeretur: nihil eſt denique, quod certam ſedem ac domicilium habeat, nihil quod non alieniſſimo æque facile, ac ſuo loco pertractatum reperiatur. Inde illæ crebræ ex uno in alium locum rejectiones, quum te, quod hic agendum & tractandum erat, id jubent ex alio petere, in quo tale quidquam agi, numquam niſi admonitus, divinare potuiſſes. Prorſus ut ſi quis paterfamilias veſtem non in veſtiario, ſed in arca panaria, conderet, panem ex puteo hauriret, piſces in nemore, lepores in piſcina incluſos haberet*. Denique de horrido dicendi genere agens: *non unam linguam eſſe, ait, qua loquantur, ſed deterrimum quemdam cinnum ex fœdiſſima barbararum, peregrinarum, inauditarum vocum colluvione, olentem, ut ſervus ille Plautinus ait, allium, hircum, haram, ſuem, canem, capram, cet.* Meretur ſane tota oratio legi, qua nihil de gloſſatorum barbarie ſcriptum eſt elegantius.

*bro* 2. Nulla quoque circa juris prudentiam his ſæculis facta eſt mutatio, niſi quod libros Feudorum paullo concinniores quidam dare conati ſunt.

§. 424. Ceperat hoc conſilium anno 1428. ANTONIUS MINCUCCIUS (non *Mericutius*) DE PRATO VETERE, JCtus Bononienſis, ſcripſeratque auſpiciis, ut videtur, Sigismundi Imp. de FEUDIS *libros ſex*, quos a Sigismundo & Friderico 3. impp. confirmatos docuit Schilterus, qui hunc MINCUCCII fœtum, diu latitantem deſideratumque a pluribus, edidit *Argentorati* 1695. 4. Nec aliud fuit inſtitutum BARTHOL. BARATERII, Placentini, qui privata induſtria confecit LIBELLUM FEUDORUM REFORMATUM, eumque anno 1442. Academiæ Papienſi commendavit. Eum codicem cum reliqua Bibliotheca Ticinenſi in Galliam tranſtulerat Ludovicus XII. Rex Franciæ, ex quo eum primum edidit Nic. Rigaltius *Pariſ.* 1612. ac poſtea Jo. Phil. Schmidius *Argent.* 1695. 4. Neuter tamen libellus juris feudalis Langobardici luminibus offecit.

§. 425. Sæculo 16. novum juris prudentiæ ſplendorem circumdederunt JCti humaniores, ANDR. ALCIATUS, quem JAC. CUJACIUS, ANT. AUGUSTINUS, PITHŒI fratres, PETRUS FABER, FR. HOTOMANUS, BARN. BRISSONIUS, ULDALR. ZASIUS, FRANC. DUARENUS, FR. BALDUINUS, HUGO DONELLUS, aliique viri doctiſſimi in Gallia, & illuſtri Bituricenſium ſchola, longo agmine ſequuti ſunt. At tantum abeſt, ut hi debellarint barbariem, ut ea multis poſt annis in foro & ſcholis regnarit, & quibusdam locis, & hodie regnet, imperet, triumphet *.

§. 426.

* Quam altas in animis hominum radices egerit illa gloſſatorum barbaries, variis exemplis oſtendi poteſt, velut, quod Cujacio in cathedra Forcatulus, id eſt, ſimia homini prælatus: Papir. Maſſon. *in Elog. Cujac.* quod Muretus, quia jus novo more Romæ profiteretur, illam ſpartam Selvaghio, homini barbaro relinquere, & ad elegantio-

§. 426. Et equidem, ut vera fateamur, non parum ſolidiori juris prudentiæ nocuit intempeſtivum quorumdam ſtudium, qui quum elegantiores litteras cum juris prudentia conjunxiſſent, omnem doctrinæ laudem in eo poſitam exiſtimabant, ut audaciſſima criſi leges non emendarent, ſed figerent refigerentque, omniaque Romanorum inſtituta petulantiſſime riderent, Juſtinianum, omnemque ejus laborem, ludibrio exponerent, meraſque antinomias, Tribonianismos, & neſcio quæ alia monſtra, vel larvas potius, venarentur, quin & novum jus, ſi fieri poſſet, conderent, nihilque ſuo loco ſtare permitterent. Sane ut Bartoliſtæ glandibus; ita hi auditores ſuos, tamquam Chamæleontes, vento paſcere videntur, non JCti, ſed cenſores, ſine populi ſuffragio creati, iisque accenſendi criticis, quos hordeo & avena paſci vidit Cebes Thebanus *in Tabula*.

tioris litteraturæ profeſſionem redire coactus eſt. Muret. *Part.* I. *orat.* 21. Denique quod Lorioto, Lipſiam, lautiore propoſito ſtipendio, invitato, & jus non ſine maximo juvenum concurſu docenti, parum faverant JCti, qui fruge reperta glandibus veſci malebant. Vid. Melch. ab Oſſa *teſtam.* c. 8. §. 2. p. 385.

# LIBER SECUNDUS.

## De origine et progreſſu Juris germanici.

## CAPUT I.

### De jure germanico ante Caroli M. imperium.

§. 1. *Germani veteres legibus ſcriptis caruerunt*. §. 2. *Habuere tamen ſuos mores & conſuetudines*. §. 3. *Earum quædam exempla*. §. 4. *Alia ejuſdem generis*. §. 5. *Singulæ etiam gentes ſuos mores ſpeciales habebant*. §. 6. *Gentium Germanicarum aliæ in Germania ſubſtiterunt, aliæ alio migrarunt*. §. 7. *Illæ jure ſcripto uſæ ſunt*. §. 8. *Lex Salica*. §. 9. *Ripuaria*. §. 10. *Burgundionum*. §. 11. *Oſtrogothorum & Wiſigothorum*. §. 12. *Angliorum & Werinorum*. §. 13. *Cur gentes extra Germaniam jus Romanum non adſpernatæ ſint?* §. 14. *Leges Germanorum paſſim jus Romanum redolent*. §. 15. *Germanicæ gentes provincialibus jus Romanum conceſſerunt, vel uti Wiſigothi*. §. 16. *Oſtrogothi*. §. 17. *Burgundiones*. §. 18. *Franci tum ſub Chlodovæo & Theodorico*. §. 19. *Tum ſub ſequentibus regibus*. §. 20. *An & Angli?* §. 21. *Gentes quæ in Germania ſubſtiterunt, legibus ſcriptis uti cœperunt tum ante Carolum M.* §. 22. *Tum ſub eo*. §. 23. *Lex Alemannorum*. §. 24. *Bajuvariorum*. §. 25. *Friſiorum*. §. 26. *Langobardorum*. §. 27. *Legum Langobardicarum collectio & gloſſæ*. §. 28. *Nova Muratorii collectio laudata*. §. 29. *Capitularia Regum Francorum ad tempora Caroli M.* §. 30. *Leges Germanicæ pleroſque mores patrios a Tacito deſcriptos firmarunt*. §. 31. *Id quod exemplis demonſtratur*. §. 32. *Formulæ forenſes eorum temporum*.

§. 1.

§. 1. QUUM commune id eſſet Germanis cum gentibus reliquis antiquiſſimis, ut diutiſſime, & ſaltim ad ſæculum Chriſtianum quartum litteris ac ſcriptura carerent *: facile patet, eosdem, uti alias gentes, initio legibus quoque ac jure ſcripto caruiſſe.

§. 2. Nihilominus tamen majoribus noſtris ſui erant mores ac conſuetudines, tum communes omnibus, tum uni vel alteri genti propriæ, quarum multas cum cura deſcripſerunt Cæſar *de bell. Gallic. lib. 6. c. 21. ſequ.* & Tacitus libello *de moribus Germanorum* ſingulari, ex quibus locis prolixum recenſum inſtituit Melch. Goldaſtus *in Collectione legum & conſuetudinum imperii*, edita Francof. 1613. & 1674. Harum vero conſuetudinum patriarum eo ſanctior ad poſteros manebat custodia,

* Eo enim ſæculo litteras inter Gothos primus invenit Ulphilas, eorum epiſcopus, auctor verſionis Gothicæ ſacri codicis. Socrat. *Hiſt. Eccleſ. l. 5. c. 33.* Philoſtorg. *Hiſt. Eccleſ. l. 2. c. 5.* ubi hic de iſto Ulphila: Καὶ γραμμάτων τοῖς Γότθοις οἰκείων εὑρετὴς καταστὰς, μετέφρασεν εἰς τὴν αὐτῶν φωνὴν τὰς γραφὰς ἁπάσας: *proprias Gothis litteras excogitavit, & univerſos ſacræ ſcripturæ libros patrio ipſorum ſermone interpretatus eſt.* Quo invento non fuiſſet opus, ſi jam antea Germani litteras habuiſſent. Verſionem enim illam vere Germanicam eſſe, res ipſa docet: & vere ſcripſit Walafridus Strabus *Rer. Eccleſ. cap. 7. Gothi, qui & Getæ, eo tempore, quo ad fidem Chriſti perducti ſunt, in Græcorum provinciis commorantes, noſtrum, id eſt Theotiſcum ſermonem habuerunt.* Quæ & Tacit. *Annal. lib. 2. c. 63. & 88.* objiciunt de epiſtolis a Germanis ad Romanos miſſis, ea de lingua & ſcriptura Latina intelligenda videntur, quam eorum nonnulli diuturna cum Romanis conſuetudine procul dubio addidicerant, quemadmodum Græcas litteras ex conſuetudine cum Maſſilienſibus addidicerant quidam Galli. Strabo *l. 6.* Cæſ. *de bell. Gall. l. 6. c. 14. & l. 1. c. 10.* Sed &, quæ de Runicæ litteraturæ antiquitate jactantur, plane incerta ſunt, multoque incertius, an ea in Germania umquam nota fuerit.

dia, quo minus ipſa natio ullis exterorum commerciis connubiisve infecta eſſet *. Tacit. *de morib. Germ. c.*4.

§. 3. Tales conſuetudines ſunt quam plurimæ, a Tacito, Cæſare, & aliis auctoribus veteribus recenſitæ, veluti, quod longa eſſet Germanorum pueritia, longa impubertas, & ſera juvenum Venus: Cæſ. *de bell. Gall. l.* 6. *c.* 21. Pompon. Mela *de ſitu orb. l.* 3. *c.* 3. Tacit. *de morib. German. cap.* 20. quod liberi cum matre miniſteria domeſtica obirent: Tacit. *ibid. cap.* 25. ipſique filii, non niſi acceptis ſollemniter armis, pars rei publicæ haberentur: Tacit. *cap.* 13. quod dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offerret, conſentientibus parentibus & propinquis: Tacit. *cap.* 18. quod arma aliæque res expeditoriæ ad filios & nepotes transmitterentur: alioquin ſui cuique heredes eſſent liberi, fratres, patrui, avunculi, nullumque ibi teſtamentum *: Tacit. *cap.* 18. quod avunculi ſororum liberis loco parentis eſſent, ſanctiſſimaque ea neceſſitudo haberetur. Id. *cap.* 20.

§. 4. Ejuſdem generis ſunt, quæ veteres referunt de ſtatu ſervorum libertinorumque: Tacit. *c.* 25. de ſeveritate maritorum in ſponſas & uxores impudicas: Tacit. *c.* 19. Procop. *de bello Goth. l.* 4. de conſultationibus

* Adeo, ut quidam nec editum exteris ad ſe concederent, nec vina, aliasque merces ad ſe importari paterentur, ceu de Nerviis & Suevis narrat Cæſar *de bell. Gall. l.* 2. *c.* 15. *&* *l.* 4. *c.* 2. Tales vero gentes moris patrii ſervantiſſimæ eſſe ſolent, ceu Hebræorum, Scytharum, & olim Sinenſium exemplis luculenter poteſt demonſtrari.

* Verba hæc Taciti quidam ita interpretati ſunt, ut non in univerſum teſtamenta ignoraſſe Germanos exiſtimarint, ſed eo ſaltim caſu, ſi liberi non eſſent, teſtamentis locum non fuiſſe contenderint. Sed hunc ſenſum nec verba Taciti, nec mores Germanorum, quippe ἀναλφαβήτων admittere, alibi docuimus ex inſtituto. Vid. *Diſſ. noſtr. de teſtam. fact. jure Germ. arct. limit. paſſim circumſcript.* (in *Syllog.* 1. *opuſc.* Exerc. 27. §. 9. *p.* 943. *edit. Genev.*] & *Elem. jur. Germ. l.* 2. *tit.* 6. §. 3.

bus pleriſque inter pocula ſuſceptis: Tacit. *c.* 22. de inſigni promittentium ac colludentium fide: Tacit. *c.* 24. *Annal. l.* 12. *c.* 54. de inimicitiis a tota familia ſuſceptis, Tacit. *c.* 21. & manu potius, quam jure, finitis: Pompon. Mela *de ſitu orb. l.* 3. *c.* 3. Vellej. *l.* 3. *c.* 118. de homicidiis mulcta; aliis criminibus morte expiatis: Tacit. *c.* 12. *&* 21. de mulcta pro parte regi vel civitati, pro parte ipſi, qui vindicabatur, vel propinquis ejus exſoluta: Tacit. *c.* 12. de hoſpitalitate mira & pœne promiſcua: Tacit. *c.* 21. Cæſ. *de bello Gall. l.* 6. *c.* 21. Pomp. Mela *l.* 3. *c.* 3. de tributis pro munere datis: Tacit. *c.* 15. de numero non dierum, ſed noctium computato: Tacit. *c.* 11. Cæſ. *de bell. Gall. l.* 6. *c.* 18. & quæ ſunt ejuſdem generis alia *.

§. 5. Sed quemadmodum pleræque hæ conſuetudines Germanis omnibus communes erant: ita dubitari nequit, quin & ſingulæ gentes quaſdam habuerint, ſibi proprias, ac peculiares, quarum vel unicum exemplum adferre juvabit ex Tacito, *c.* 32. ubi de Tencteris: *inter familiam & penates, & jura ſucceſſionum*

*equi*

* Quo & feuda refert Ge. Ad. Struvius *in Syntagm. jur. feud. Lib.* 1. *c.* 3. §. 3. ob ea, quæ de principum comitibus eorumque inſigni fide refert Tacit. *de morib. Germ. c.* 14. Quod quamvis ridiculum videatur Dietmaro *in not. p.* 87. argumenta tamen, quæ ei ſententiæ opponit, non infringunt hanc Struvii doctrinam, tantum abeſt, ut ridiculam illam eſſe demonſtrent. An enim apud Germanos viri principes, quia non erant territorii domini, ſed in conciliis electi, non potuere habere vaſallos? an neceſſario requiritur ſuperioritas territorialis, ager, & ſedes domini fixa, ſi quis vaſallum habere velit? Et quid aliud ſunt illi comites, *Geſellen. VVæſeln*, quam *vaſalli*, maxime quum Tacitus de eorum fide in dominos, & de ſtipendiis, pro ſervitio militari datis, diſerte teſtetur? Nihil ergo impedit, quo minus feudorum ſtamina cum Struvio jam apud Tacitum quæramus.

*equi traduntur: excipit filius, non ut cetera maximus natu, ſed prout ferox bello & melior*. Quem locum ad conſuetudinem res expeditorias * ad filios vel agnatos tranſmittendi pertinere, interpretes plerique obſervant.

§. 6. Sed a Taciti temporibus ad ſæculum uſque quintum, magna facta eſt rerum converſio, migrationeque tot gentium frequentiſſima effectum eſt, ut gentes potentiſſimæ, GOTHI, VANDALI, BURGUNDIONES, SVEVI, FRANCI, ANGLI, præſtantiſſimis Romanorum provinciis infuſæ, regna ibi ampliſſima conderent: vacuas vero eorum ſedes gentes antea parum notæ, ALAMANNI, BOII, SAXONES, THURINGI occuparent, totamque Germaniam magnam inter ſe partirentur, niſi quod ad orientem VENEDI, gens Sarmatica *, magnam Germaniæ partem inter mare Balthicum & Alpes ſub ſuam redegerunt poteſtatem.

§. 7. Quæ in vetere patria ſubſtiterant gentes, eæ, ſi a Francis diſceſſeris, jure conſuetudinario porro vixerunt, nec de iis ſcribendis, quamdiu ſui juris man-



* Equus & hodie inter res expeditorias eſt, iis locis, ubi illæ filiis cedunt. Quemadmodum vero filius natu maximus in Saxonia præcipuum habet gladium: *Jus prov. Sax. l.* 2. *art.* 22. *Jus prov. Suev. c.* 264. ita Tencteri præcipuum capi volebant equum, non quidem a filio natu maximo, ſed fortiſſimo.

* Non VANDALI, gens vere Germanica, quamvis vocabuli ſono non multum a VENEDIS differant. Hinc jam pridem exploſus eſt Alb. Cranzii error, Vandalos & Venedos ubique confundentis. Illi relicta Germania in Hiſpaniam, atque inde in Africam, migraverant, regnaque ibi potentiſſima condiderant. Hi vacuas eorum ſedes occupabant, & imperii ſui fines paullatim ita proferebant, ut ad Albim & Salam omnia, & in ſuperiore Germaniæ parte Sileſiam, Moraviam, Boemiam, partem Auſtriæ, Carinthiæ, Stiriæ & Carniolæ ſub ſuam redigerent poteſtatem.

ſere, cogitarunt *: quum contra populi, qui extra Germaniam ſedes quæſiverant, adquiſita ſibi aliqua Latine loquendi ſcribendique facultate, paullo citius jura ſua litteris conſignarint. Ut adeo ab eo tempore gentium Germanicarum quaſdam JURE SCRIPTO, quaſdam NON SCRIPTO uſas eſſe, animadvertamus.

§. 8. Antiquiſſima tamen omnium videtur LEX SALICA, quæ Salios, inter Ligerim & Carbonariam poſtea habitantes, obſtrinxit. Eam *dictaſſe* primum dicuntur proceres gentis, *Wiſogaſtus*, *Bodogaſtus*, *Salogaſtus*, & *Windogaſtus* *, emendaſſe vero poſtea *Chlodovæus*, *Childebertus*, *Chlotarius*, *Carolus M.* & *Ludovicus Pius*. Vid. *Præf. leg. Salic. Lindenbrog. Cod. leg. p. 346. ſequ.* Baluz. *Tom. 1. Capit. p. 17. p. 387. 606. Tom. 2. p. 1060.* Ergo ſatis certum videtur, prima ejus ſtamina in Germania magna ante Chlodovæum ducta, eamque poſtea ſubinde variis additionibus auctam eſſe. Unde diverſiſſimæ hujus legis editiones, cum gloſſa Malbergica, & ſine ea, quas adcuratiſſime inter ſe contulit, & ex antiqua lingua Germanica illuſtravit Jo. Ge. Eccardus, *Hanoveræ 1719. fol.*

§. 9.

* Exceptis Francis. Legis enim Salicæ patriam in ipſa Germania magna eſſe quærendam, eamque prius litteris conſignatam, quam Franci Rhenum tranſirent, plerique recte exiſtimant, ex eoque colligunt, legem illam antiquiſſimam primum Germanice ſcriptam fuiſſe, cujus authentici Germanici reliquias eſſe gloſſas Malbergicas exiſtimat Wachterus *in Gloſſar. Tom. 2. p. 348.* Sed quum Salii jam inde ab antiquiſſimis uſque temporibus notitiam aliquam Latinæ linguæ habuerint, teſte Venantio Fortunato *l. 6. carm. 4.* & de lingua Francica adhuc ſuæ ætatis conqueratur Odfridus Weiſſenburgenſis *in Evang. præf. p. 2. edit. Schilt.* eam ſcribi vix poſſe: multo profecto veroſimilius eſt, legem quoque Salicam ſtatim initio Latine ſcriptam eſſe.

* Notum eſt doctorum de his hominibus locisque, unde nomen tulerunt, certamen, quod noſtra memoria inter viros illuſtres, Godofr. Guil.

§. 9. Non una, ſed duabus, legibus uſos eſſe Francos, jam Eginard. *in Vit. Car. M. cap.* 29. obſervavit. Id vero non de duabus legis Salicæ editionibus, quod Hermanno Conringio *de orig. jur. Germ. c.* 7. viſum, intelligendum, ſed de lege Salica & Ripuariorum, a Ripuariis, qui inter Rhenum, Scaldim, & Moſam conſederant *, dicta, quæ etiamnum exſtat apud Baſ. Heroldum & Lindenbrogium, & paullo poſt Salicam condita, & a Theoderico, Chlodovæi filio, in ſcripturam redacta videtur, aucta poſtea a Dagoberto rege. *Præf. leg. Bajuwar*, apud Lindenbrog. *p.* 399. Baluz. *Tom.* 1. *p.* 989.

§. 20. Initio ſæculi quinti Burgundionibus, qui in Alpibus Graiis, Viennenſi prima, Lugdunenſi prima & quinta, provinciis potiſſimum conſederant, leges ex procerum ſententiis dedit Gundobadus rex, a quo & ipſa lex Gundobadæ nomen accepit. Gregor. Turon. *Hiſt. Franc. l.* 2. *c.* 33. *Præf. Leg. Burgund. apud Lindenbr. p.* 266. Plura tamen adjeciſſe videtur Sigiſmundus, cui ideo hæ leges tribuuntur in codicibus MSSC. Valuit ea & everſo Burgundionum re-



Guil. Leibnitium & Nic. Hier. Gundlingium aliquamdiu fuit. Sed conjecturæ meræ ſunt, quas uterque profert, nec certius quidquam dici poteſt, quam legem Salicam initio ſæculi V. circa annum 422. uti Sigebert. Gemblac. *in Chron.* ad illum annum ſtatuit, in Germania Magna, & quidem, ut in *præfatione Corpori juris Germanici præmiſſa* luculenter oſtendimus, in tractu, qui nunc Franconiæ nomine venit, procerum ſuffragiis conditam, ac paullo poſt in ſcripturam redactam, poſtremo a Chlodovæo & ſucceſſoribus recognitam, variiſque additionibus eſſe amplificatam.

* Multo poſt tractus terræ haud exiguus ad Ruram, nomen *pagi Ripuariorum* vel *Ribuariorum* retinuit, ceu cum ex aliis monimentis, tum ex *Traditionibus VVerthinenſibus* a Leibnitio *Tom.* 1. *Scriptor. rer. Brunſu.* editis patet. De eo plura auctor *Prodromi Chronici Gotuicenſis*, *l.* 4. *p.* 742.

gno. *Capit. Caroli M. ann.* 813. Quod odio religionis Arianæ adeo momordit Agobardum *, ut ſingularem librum *adverſus legem Gundobadi*, *& impia certamina, quæ per eam geruntur*, ſcriberet, qui occurrit *Tom.* 2. *Oper. p.* 107.

§. 11. Ita & OSTROGOTHIS, qui in Italia regnarunt, EDICTUM ſatis prolixum primus propoſuit THEODORICUS, rex, quod etiamnum exſtat apud Lindenbrog. *in Cod. leg. p.* 239. *ſequ.* quamvis & plura alia ejuſdem generis Caſſiodorus *in Variis* ſervarit, quæ æque, ac illud majus, non jus Gothorum ſincerum, ſed ex Romano jure ubique interpolatum, ſiſtunt *. Paullo plus priſci moris ineſt LEGIBUS WISIGOTHICIS, quas primum Euricus rex anno eræ Hiſpanicæ 504. id eſt anno Chriſti 476. ſcripſit, ſucceſſores vero, & in primis Legevildus recognovit ac correxit, quum *antea tantum moribus & conſuetudine tenerentur*. Iſidor. *in Chron. Goth. ad ann.* 504. & 608. Lex ea primum locum occupat in Codice Lindenbrogiano: quamvis codicem MSC. multo locupletiorem, & aliquando ab editione Lindenbrogiana diver-

* At ea in re non erat quod Burgundionibus exprobrarent Franci, quum hi impia iſta certamina non minus, quam Burgundiones probarent. Vid. *Capit. l.* 3. *c.* 46. Si vero Agobardus generatim damnavit ſingularia iſta certamina: pie quidem & recte ſenſit, ſed non debuit ſibi ſolos Burgundiones eligere adverſarios. Fatendum tamen eſt, Agobardum inter primos agnoviſſe certaminum illorum impietatem. Exſtat enim ejus libellus *contra judicia Dei ibid. p.* 301.

* Struvius *in Hiſt. jur. l.* 5. *cap.* 4. *pag.* 355. leges antiquiſſimas Gothorum memorare ait Jornandem *de Reb. Get. c.* 11. quarum auctor fuerit Diceneus æqualis L. Sullæ philoſophus. *Hic enim*, inquit, *cernens Gothorum animos ſibi in omnibus obedire*, *& naturale eos habere ingenium, omnem pæne philoſophiam eos inſtruxit, erat enim hujus rei magiſter. Nam ethicam eos erudivit, ut barbaricos mores* ab

verſum, ſervet inſtructiſſima Jo. Petri a Ludewig bibliotheca.

§. 12. De Suevorum, qui in Hiſpania; nec non Vandalorum, qui primum in Hiſpania, ac poſtea in Africa regnarunt, legibus nihil compertum habemus. At Angliorum, qui in Britannia ſibi novas ſedes imperiumque quæſiverunt, & Werinorum lex antiqua, ſed perbrevis, exſtat, ab Heroldo, Lindenbrogio, & Leibnitio edita, quamque facile patet, ante expeditionem Britannicam ſcripta eſſe, ſi genuina eſt inſcriptio, in qua Angli & Werini, tamquam vicini, junguntur: quamvis plane dubitare liceat, an hæ Angliorum, ac non potius Thuringorum leges ſint. Vid. Conring. *de orig. jur. Germ. c.* 13.

§. 13. Et hæ quidem ſunt leges gentium, quæ relicta Germania in cultioribus orbis Romani provinciis conſederunt. Quum vero plerumque imperatorum Romanorum majeſtatem comiter venerarentur, qui eas ibi regnare ſuis auſpiciis patiebantur, quum expellere non poſſent *: haud mirum eſt, non modo ipſas illas gentes nonnulla ex jure Romano adſciviſſe, ſed

 & pro-

*ab iis compeſceret: phyſicam tradens, naturaliter* PROPRIIS LEGIBUS *vivere fecit, quas uſque nunc conſcriptas*, bellagines *nuncupant. Logicam inſtruens, eos rationis ſupra ceteras gentes fecit expertos*, cetera. Sed nemo non videt, bellagines iſtas non fuiſſe leges politicas, quibus res publica regeretur, ſed diæteticas & phyſicas, ad quas Gothi in cibo potuque, & tota vitæ ratione ſeſe componerent. Et neſcio ſane, an non vocabulum iſtud ſit a Germanico *VVohlbehagen*, Belg. *VVelbehagen*, quod ſanitatem vel commodam valetudinem ſignificat, ad quam tuendam comparatæ erant illæ *bellagines*.

* Ita ipſi Franci poſſeſſionem occupatæ a ſe Galliæ non ſatis ſtabilem exiſtimabant, antequam tabulis ab imperatore conſignatis confirmaretur, Procop. *de bell. Goth. l.* 3. *c.* 33. auctorque eſt Gregor. Turon. *Hiſt. Franc. l.* 2. *c.* 38. Chlodovæum ab Anaſtaſio imperatore conſularia

& provincialibus, quos quibuſque locis repererant, leges Romanas permiſiſſe.

§. 14. Ac primo quidem iſtas gentes ex diuturna illa cum Romanis conſuetudine aliquid peregrini etiam circa leges attraxiſſe, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Quamvis enim de lege Wiſigothica non adſentiamur Cujacio *ad* 2. *Feud.* 2. ſcribenti, *in ea omnia fere eſſe petita ex jure civili*: multa tamen inde originem habere fatemur, in primis, quæ conſtituta legimus de teſtamentis, *leg. Wiſig. l.* 2. *tit.* 5. §. 12. nec non de peculio filiorum familias. *Lib.* 4. *tit.* 5. §. 5. Ejuſdem originis ſunt, quæ de teſtamentis ſancit *lex Burg. tit.* 43. §. 1. *&* *Edictum Theoderici* §. 28. *ſeqq.* itemque, quæ *eodem Edicto* §. 132. de poſſeſſore nec titulum edente nec probante, §. 133. de muliere fidejubente, §. 138. de re a duobus emta, & uni tradita, nec non in *lege Burgundica tit.* 87. §. 3. de reſtitutione minorum ante annum ætatis 30. & *tit.* 88. §. 2. de manumiſſionibus præcipiuntur. Ut jam non adcumulemus hujus generis alia.

§. 15.

ria inſignia impetraſſe. Conf. Eccardi *præf. Orig. Habsburg.* Deinde ipſi Oſtrogothorum regum nummi, in quibus imperatorum orientalium capita & tituli cuſi ſunt, ſatis indicant, Theodoricum, etſi non exſpectata Zenonis imp. juſſione regis Gothorum ac Romanorum titulum ſumſiſſet, comiter tamen illius majeſtatem veneratum, regnumque Italiæ ſe clientelari tantum jure tenere, profeſſum eſſe. Eccard. *Epiſt. de nummis quibuſdam ſub regimine Theodorici Gothor. reg. in honorem imperatorum Zenonis & Anaſtaſii cuſis*, *Hanov.* 1720. 4. Jo. Petr. a Ludewig *in Vit. Juſtin. c.* 8. §. 86. *p.* 404. Sed & Burgundiones ſedes ſuas, teſte Proſpero Aquitanico *in Chron. ad annum* 443. beneficio Valentiniani Imp. obtinuerant, quemadmodum & Wiſigothos Honorius imp. regnare paſſus erat in Gallia & parte Hiſpaniæ, ea lege, *ut ſua ſolatia Romanæ rei publicæ ubi uſus exigeret, non denegarent*. Jornand. *de reb. Get. cap.* 32. Quæ quidem clientelarem nexum ſatis ſuperque arguunt.

§. 15. Deinde probe obſervandum eſt, eaſdem gentes provincialibus quaſque ſuis legum Romanarum uſum conceſſiſſe. Fecerunt id ſane Wisigothi, quorum rex, Alaricus junior, anno Chriſti 506. per Anianum Gothum, alioſque eccleſiæ ac rei publicæ proceres, ex Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, & Theodoſiano, nec non Paulli *Sententiis*, & Caii *Inſtitutionibus* conficiendum curavit corpus juris Romani, ſed ubique fere interpolatum. Unde *Anianiſmos* innumeros in his fragmentis deprehenderunt eruditi. Cujac. *Not. prior. ad* §. 34. *Inſt. de rer. diviſ.* Jac. Gothofr. *Proleg. Cod. Theod. c.* 6. Baptiſta a Jeſu Chriſto *nov. vel vindic. jur. civil. art.* 2. Bynkershoek. *Obſ. lib.* 5. *c.* 13. Id paſſim vocatur Corpus Theodosianum, Baluz. *Tom.* 2. *p.* 474. lex Romana, Idem *Not. ad Capit. Tom.* 2. *p.* 995. Car. du Freſne *Gloſſar. med. & inf. Lat. voce* : *Lex Romana*, itemque Breviarium Aniani, *c.* 21. *cauſſ.* 2. *qu.* 6. Hiſtoriam hujus corporis Alariciani dedit Jac. Gothofr. *in Proleg. Cod. Theod. c.* 5. * cui addendum, uſum hunc juris Romani ſæculo ſeptimo in regno Gothico ſuſtuliſſe Childeſwindum, regem, cujus ſevera ea de re conſtitutio exſtat in *leg. Wiſig. l.* 2. *tit.* 1. §. 9.

§. 16. Idem inſtitutum multo magis ſervabant Osutogothi. Ipſe enim Theodoricus res in præfatione edictum ſuum valere jubet, *ſalva juris publici reverentia*, & *legibus omnibus cunctorum devotione ſervandis*.



* Ubi etiam recte obſervavit, Anianum non eſſe auctorem & compilatorem corporis iſtius Alariciani, ſed tantum auctoritati vel conſtitutioni Alarici regis, qua illud opus ratum habuit, idque in foris obſervari juſſit, ſubſcripſiſſe, tamquam ſcriniorum magiſtrum, vel cancellarium. Unde procul dubio injuria fit bono viro, dum omnes juris Romani corruptelæ *Anianiſmorum* nomine traducuntur, uti emblemata juris Juſtinianei Tribonianiſmos ab omnibus vocari animadvertimus.

*dis*. Et apud Caſſiod. *Variar. l.* 3. *c.* 43. uſum juris Romani diſerte confirmat. Quin tanta erat regum illorum humanitas, ut arbitrium facerent ſubditis, qua quisque lege vivere vellet. Greg. Turon. *Hiſt. Franc. l.* 2. *c.* 33. Caſſiod. *Variar. l.* 1. *c.* 1. *l.* 3. *c.* 4.

§. 17. Eo exemplo BUNGUNDIONES quoque Romanos, in regno ſuo viventes, jure ſuo uti patiebantur. Gundebald. *in Præf. Leg. Burg. apud Lindenbr. p.* 267. *Inter Romanos vero, ſicuti a parentibus noſtris ſtatutum eſt, ROMANIS LEGIBUS præcipimus judicari.* Hinc PAPIANUS quidam Aniani exemplo *librum RESPONSORUM* ex Codice Theodoſiano, *Novelliſque* Theodoſii & ſucceſſorum, quin & JCtorum libris quibusdam compilavit, ut provincialibus, qui lege Romana, quam Gundobada, vivere mallent, pro norma eſſet *. In eo *Reſponſorum* libro, quem Ant. Schultingius recuſum dedit, eumdem ordinem eſſe ſervatum, ac in lege Burgundica, obſervant Lindenbrog. *in Præf. Cod. leg. Alam.* & Jac. Gothofr. *in Manual. jur. l.* 2. *c.* 2. §. 11.

§. 18. Denique & FRANCI quamvis jure moribusque patriis viverent, optionem tamen & ipſi dabant provincialibus, ſuisne, an Romanis legibus, vivere vellent, quippe quas tum in Gallia univerſa viguiſſe, teſtatur Agathias *de bello Got. l.* 1. *p.* 7. Ita Chlotarius apud Baluz. *Tom.* 1. *Capit. p.* 7. *cauſſas inter Romanos controverſas Romanis terminari legibus*, juſſit. Sed & Theodoricus II. rex juris Romani tam ſtudioſus fuit, ut Baronius *ad ann.* 468. per *leges Theodoricianas*, quarum

* Addo librum illum *Reſponſorum* a Papiano ipſius Gundebaldi regis juſſu ac auſpiciis videri confectum. Quum enim rex ille Romanos Romanis legibus juſſiſſet judicari: ſtatim ſubjicit *in dicta præf. p.* 267. *Qui* (Romani) *FORMAM ET EXPOSITIONEM LEGUM conſcriptam, qualiter judicent, ſe noverint ACCEPTUROS, ut per ignorantiam ſe nullus excuſet.* Ubi manifeſto promittit corpus aliquod legum Romanarum, quod quidem non aliud eſſe videtur, quam PAPIANI *Reſponſorum liber.*

rum meminit Sidon. Apollin. *l.* 2. *epiſt.* 1. intellexerit codicem quemdam legum Romanarum ab hoc rege exemplo Gothorum confectum. Quod quamvis falſum eſſe docuerit M. Ant. Dominicus *de prærog. allod. c.* 6. §. 2. * idem tamen ejus amorem erga jus Romanum aliunde ſolide probat, in primis ex illis Sidon. *Carm. lib.* 7. *v.* 495. ubi Avitum alloquitur Theodoricus:

—— *Mihi Romula dudum*
*Per te jura placent.*

§. 19. Denique ſub Dagoberto adhuc jus ſecundum leges Romanas dictum eſſe, teſtis eſt Aimon. *in Hiſt. Dagob.* 4. 25. Exſtant etiam teſtamenta, tum ad normam juris Rom. facta, quale eſt non modo S. Remigii apud Flodoard. *Hiſt. Rem. Eccleſ.* 1. 18. & Hadoindi Cenomanenſis Ep. apud *eumdem* 2. 5. ſed & Alredi, Abbatis, factum anno 571. apud Mabillon. *Analect. Tom.* 2. *p.* 48. qui & alibi *Annal. Bened. Tom.* 2. *p.* 702. adfert diploma Murbacenſe Everardi Comitis, in quo mentionem facit *donationis, a ſe nequaquam civiliter geſtis municipalibus alligatæ*, id eſt, ad acta non inſinuatæ. Quamvis vero non haberent peculiare aliquod juris Romani ſyntagma: ſequebantur tamen Codicem Theodoſianum, cujus non ignari erant Francorum proceres, veluti Celſus patricius, quem *juris lectione peritum*, & Andarchius, quem *legis Theodoſianæ libris eruditum* celebrat Gregor. Turon. *Hiſt. Franc. l.* 4. *c.* 24. & 47. itemque Bonitus Arvernenſis Epiſcopus, quem circa annum 650. *Theodoſii edoctum fuiſſe decretis*, ex MSta ejus vita docet Jac. Gothofred. *Proleg. Cod. Theod. c.* 7. *pag.* 196.*

§. 20.

* Immo Jac. Sirmond. *ad Sidon. p.* 25. oſtendit, non intelligendas eſſe leges a Theodorico, rege Francorum, ſed a Theodorico, Gotho, latas, ac proinde refellit eos, qui ante Euricum nullas exſtitiſſe Gothorum leges, exiſtimant. Sed & alterum locum non ad Theodoricum Francum, ſed Gothum pertinere, facile lector intelligit.

* Quin in univerſum teſtatur Sidon. Apollin. *lib.* 2. *Epiſt.*

§. 20. Quid? quod & ANGLOS, quamvis Britanniam, jam a Romanis deſertam, occupaſſent, legum tamen Romanarum uſum, cui adſueti fuerint, Britannis provincialibus relinquere non dubitaſſe, exiſtimat Jo. Sam. Brunquell. *Hiſt. Jur.* 1. 15. 19. Auctor enim eſt Beda Venerab. *Hiſt. Angl.* 2. 5. Ethilbertum, Cantii Regem, *inter cetera bona, quæ genti ſuæ conſulendo contulerit, etiam decreta judiciorum juxta templa Romanorum cum conſilio ſapientum conſtituiſſe, quæ conſcripta Anglorum ſermone hactenus habeantur, & obſerventur ab ea.* Enimvero non leges Romanas recepit Ethilbertus, quas tunc ex Britannia plane exſulaſſe, obſervat Selden. *in Diſſ. ad Flet. cap.* 7. §. 1. ſed ſenſus eſt primum illum regem Chriſtianum proprias Anglis leges tuliſſe *, & tanta quidem cum cura, ut exemplo Romanorum viros ſapientiſſimos in conſilium adhibuerit.

§. 21. Talis erat ſtatus apud eas gentes, quæ in provinciis Romanis nova regna condiderant. Quod ad eas at-

1. inventutem Gallicanam, imperante Chlotario, Francorum Rege, *Codicis Theodoſiani ſtudio fuiſſe initiatam.* A multo enim tempore inoleverat ibi mos, ut Romam confluerent, qui juri civili dabant operam: ejusque rei exempla ſunt apud Conſtantium *in vita S. Germani c.* 1. & Rutil. Numat. *Itin.* 1. *v.* 209. Celebrabatur enim tum Roma, tamquam *domicilium legum*, Sidon. Apoll. *l.* 1. *Epiſt.* 6. ac proinde juris civilis cultum inde petebant, quotquot ex provincialibus ad ſapientiæ iſtius laudem adſpirabant. Fr. Juret. *ad Symmach. lib.* 9. *Epiſt.* 83.

* Exſtant permultæ Ethilberti iſtius leges etiamnum in G. Lambardi *Archæonomia, edita Londin.* 1568. Sed eæ nihil Romani redolent. Quin ipſe Beda ſtatim ſubjicit, Ethilbertum *in his* legibus *primitus poſuiſſe, qualiter is emendare deberet, qui aliquid rerum vel Eccleſiæ, vel Epiſcopi, vel reliquorum ordinum furto auferret:* Obſervatque Selden. *in Jano Angl. l.* 1. §. 34. fures ex ea lege delictum numis luiſſe, ſi qui vero manum ſacris eſſent admoliti, iis manum præciſam eſſe. Id quod ſane cum jure Romano nihil commune habet, magisque juri Germanico concinnum videtur.

attinet, quæ in Germania ſubſtiterant: eæ pleræque tum demum, quum in Francorum poteſtatem perveniſſent, jus ſcriptum habere cœperunt. *Theodericus* enim *Rex Francorum, quum eſſet Catalaunis, elegit viros ſapientes, qui in regno ſuo legibus antiquis eruditi erant. Ipſo autem dictante, juſſit conſcribere legem Francorum, & Alamannorum, & Bajuvariorum, unicuique genti, quæ in ejus poteſtate erat, ſecundum conſuetudinem ſuam. Addidit, quæ addenda erant, & improviſa renovavit, & quæ erant ſecundum conſuetudinem paganorum, mutavit ſecundum legem Chriſtianorum. Et quidquid* Theo*dericus Rex propter vetuſtiſſimam paganorum conſuetudinem emendare non potuit, poſthæc Childebertus, Rex, inchoavit, ſed Chlotarius Rex perfecit. Hæc omnia Dagobertus. Rex glorioſiſſimus, per viros illuſtres Claudium, Chadum, Indomagum & Agilulphum* * *renovavit, & omnia vetera legum in melius tranſtulit, & unicuique genti ſcripta tradidit, quæ uſque hodie perſeverant.* Ita habet *Præf. Leg. Bajuvar. apud Lindenbr. pag.* 399.

§. 22. Similia de Carolo M. memoriæ prodidit Eginardus *in vita Car. cap.* 29. *eum nimirum omnium nationum, quæ ſub ejus dominatu erant, jura, quæ ſcripta non erant, deſcribi ac litteris mandari feciſſe.* Poeta vetus apud Leibnit. *Script. Brunſu. Tom.* 1. *p.* 168.

*Cunctorumque ſui regni leges populorum*
*Collegit, plures inde libros faciens.*

Talia etiam in *Annal. Francor.* apud Lambec. *Bibl. Vindob.* 2. 5. legimus, ex iisque ſimul obſervamus, factum id a Carolo eſſe circa annum 804.*

§. 23.

* Qui inter hos viros illuſtres eſt Agilulfus proculdubio Bojoarius fuit, & fortaſſis ipſe Bojorum Dux, qui & poſtea ſemper debuit eſſe ex Agilolfingicis. *Lex Bajuv. tit.* 2. §. 20. Ergo probabile eſt Dagobertum ex ſingulis gentibus, quibus leges præſcribebat, viros illuſtres, & juris patrii gnaros in conſilium adhibuiſſe.

* Hinc tot harum legum editiones diverſiſſimæ, quarum

§. 23. Jam itaque facile patet, quæ ſit origo LEGIS ALAMANNORUM *. Ea enim in Codicibus MSC. hunc titulum præfert; *incipit LEX ALAMANNORUM, quæ temporibus Chlotarii Regis una cum principibus ſuis, id ſunt 33. Epiſcopis, & 34. Ducibus, & 72. Comitibus, vel cetero populo, conſtituta eſt*. Herold. *p.* 17. Lindenbrog. *p.* 363. Eſt ergo hæc lex a Chlotario, & quidem, ut P. Daniel *Hiſt. Franc. Tom.* I. *p.* 306. recte ſuſpicatur, ſecundo, quia tum Alamanni jam ducibus ſuis paruerunt. Lex Alam. *tit.* 31. Interim facile largimur, Theodoricum, Chlodovæi filium, prima ejus ſtamina duxiſſe. Nec dubium eſt, quin ſucceſſores plura addiderint, eaque cauſſa ſit tantæ exemplarium varietatis, de qua Lindenbrog *p.* 1330. *ſeq.* & Conrig. *de orig. jur. Germ. p.* 9. *c.* 42.

§. 24. Certior eſt LEGIS BAJUVARIORUM ætas: Quum enim Bojoarii, Alamannorum clade perterriti primum Theodorico, Oſtrogothorum in Italia regi, eoque mortuo, Francis ſe dediſſent: leges eorum, in ſcripturam redactas firmarunt primum Theodoricus, deinde Chil-

de-

rum aliæ prolixiores, aliæ adſtrictiores ſunt. Immo quam ſui diſſimiles ſint, argumento ſunt tot variæ lectiones, quas codici ſuo ſubjunxit Lindenbrogius, quarumque multo plures colligi poſſe, Ge. Eccardus legis Salicæ & Ripuariorum; Lud. Ant. Muratorius Langobardicæ exemplis docuerunt.

* Doctiſſimus Nic. Hier. Gundlingius *Part.* 3. *Gundling. Diſſ.* 2. §. 16. ſtatuit, Alamannorum a Chlodovæo oppreſſorum, provinciam occupaſſe Francos victores, iisque datam eſſe *legem Salicam*, cui poſtea demum lex Alamannica ſucceſſerit, quum a Francis paullo mitius haberentur. Sed veterum auctoritate deſtituitur hæc ſententia, nec aliud habet fundamentum, quam quod vir doctus quatuor pagos, *Salheim*, *Vvindheim*, *Bodenheim*, & *Vviſenheim*, qui *Salogaſto*, *Vvindogaſto*, *Bodagaſto* & *Vviſogaſto*, legis Salicæ auctoribus, nomina dare potuerint, in tractu Wormatienſi, adeoque in Alemannia inveniſſe ſibi viſus eſt. Conf. quæ huic conjecturæ oppoſuit Leibnit. *in Reſponſione ſua* §. 45. *ſeq.* quam ipſe Gundl. edidit *Part.* 6. *Gundling. p.* 77. *ſeq.*

debertus & Chlotarius, ac demum Dagobertus, Reges. *Præf. Lrg. Bajuvar. p. 399.* At quum non armis victi, ſed ſpontanea deditione in Francorum poteſtatem veniſſent, adeoque magna adhuc ducum e gente Agilolfingica eſſet auctoritas: non mirum profecto eſt, eos quoque leges tuliſſe ſubditis, in quibus eſt DECRETUM TASSILONIS *, legi iſti Bajuvariorum ſubjunctum apud Lindenbrog. *p.* 439. & haut paullo auctius apud Gewold. *ad Hund. Metrop. Salisb. Tom.* 1. *p.* 310. *ſeq.*

§. 25. Incertæ ætatis eſt LEX FRISICA, quippe quam alii a Theoderico, alii a Chlotario, alii a Dagoberto, alii denique a Carolo M. latam exiſtimant. Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 13. Sed quum Theoderico nondum paruerint Friſii, leges ipſæ autem rudiores atque horridiores ſint, quam quales felicius Caroli M. ſæculum ferebat, quin in ipſis, quæ poſtea acceſſerunt, additionibus ſapientum, VULEMARI & SAXMUNDI *tit.* 22. §. 1. adhuc pagana legislatorum ſuperſtitio pelluceat: mihi quidem certiſſimum videtur, leges has ſcriptas eſſe, antequam gens Friſica ſacra chriſtiana ſuſciperet *, quamvis deinde quædam ad chriſtianum ritum detorſa videantur. Vid. *Addit. Vulemari tit.* 1. §. 1. Præter Herol-

* Sunt qui Thaſſilonem ſibi id jus ſtatuendi, vel novas condendi leges ob regum Merovingicæ ſtirpis impotentiam ſumſiſſe exiſtimant. Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 9. Sed quantacumque fuerit regum impotentia, hanc audaciam ſaltim non tuliſſent majores Domus, tanto potentiores. Probabilius ergo eſt, Ducatus Bojorum eam fuiſſe formulam, ut Duces pleraque jura, quæ hodie ad ſuperioritatem territorialem referuntur, jure ſuo in provinciis explicarint, ac proinde & novas leges, quas exigere videbatur rei publicæ ſalus, civibus præſcriberent.

* Id demum factum, quum a Carolo Martello victi in Francorum poteſtatem veniſſent. Sed quam ægre ſuave iſtud Chriſti jugum ſubierint, vel ex *S. Ludgeri vita l.* 1. *c.* 1. *ſequ.* & S. Bonifacii certaminibus ac martyrio ſatis intelligitur. Non mirum igitur, tam cito non potuiſſe omnia ſuperſtitionis veteris veſtigia tolli ex lege Friſica.

roldum, & Lindenbrogium hanc legem non modo edidit, ſed & notis utiliſſimis illuſtravit SIB. TEDARDUS SICCAMA, cujus libellum eleganter recuſum debemus viro clariſſimo, Car. Guil. Gaertnero, *Lipſ.* 1730. 4to.

§. 26. Interea LANGOBARDI quoque Italiam, Gothis vix a Juſtiniano Imp. ereptum, circa annum Chriſti 568. occupaverant, ibique regnum conſtituerant potentiſſimum, quod præter exarchatum Ravennatenſem univerſam pæne Italiam complexum eſt. Itaque & hic populus leges ſuas non modo in ſcripturam, verum etiam in juſtum corpus redigere cœpit, etiam poſt Caroli M. tempora, & exſtincto licet regno Langobardico, diutiſſime apud Italos valiturum. Sigon. *de Regno Ital. l.* 8. *ad an.* 1007. *p.* 188. quin etiamnum in quibusdam Italiæ urbibus valentem *, ſi fides habenda Jac. Spigelio & Melch. Goldaſto *apud* Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 22.

§. 27. Diximus has leges in corpus aliquod redactas. Nam quamvis non unum agnoſcant auctorem, ſed partim a Rothare Rege anno 637. partim a Grimoaldo, Luitprando, Ratchiſo, Aiſtulpho, quin & a Francicis ac Germanicis Imperatoribus, latæ ſint: editiones tamen Lindenbrogiana, & pleræque omnes, has leges ſiſtunt libris tribus, in certos titulos diſtributis. Quod a PETRO, diacono Caſſinenſi, factum eſſe, plerique exiſtimant, quem Lotharii III. Imp. Logothetam, exceptorem & chartularium fuiſſe, ex *Chron. Caſſin.* 4. 125. patet. Gloſſas juridicas in leges has Langobardicas ſcripſerunt CAROLUS COTTUS, ANDR. DE BARUTO, & JO. BAPT. NENNA. Duorum

* Hinc leges Langobardicas paſſim citant gloſſatores, Accurſius, Pileus, Conradus, Joannes Teutonicus, quoties jus ſuorum temporum deſcribunt. Obſervavit hoc Franc. Curtius junior, ex eoque Goldaſtus *in prolegom. collection. conſuet. & legum Imperial.*

rum priorum nec non Nic. Boerii gloſſæ * habentur in *Corpore juris gloſſato Lugd. Sequan. apud. Gabr. Carter. anno* 1600. 4. *Tom. ult.*

§. 28. Sed omnium induſtriam in reſtituendo illuſtrandoque Codice legum Langobardicarum ſuperarunt Socii Palatini, & in his Lud. Ant. Muratorius, qui inter *Script. Rer. Ital. Tom.* 1. *Part.* 2. leges Langobardicas ex duobus codicibus Mutinenſibus * edidit, non in titulos, ſecundum ordinem argumentorum diſtributas, ſed ſecundum Regum, a quibus profectæ, ſeriem digeſtas, ſuiſque procemiis, quæ in editis omnibus deſunt, inſtructas, interiectis paſſim formulis; quibus prudentes Langobardorum tum agendo, tum excipiendo in foro uſi ſunt, additiſque præfationibus, notis, indicibuſque præſtantiſſimis, ut nihil hac quidem collectione reperiri poſſit perfectius.

§. 29. Et hæ quidem ſunt leges gentium Germanicæ originis, a ſæculo V. ad Caroli M. imperium in ſcripturam redactæ ac editæ. Quum vero Franci hoc temporis intervallo, Burgundiones, Friſios, & Alamannos perdomuiſſent, Gothos Gallia ſubmoviſſent, Baju-

juva-

* Eæ quoque gloſſæ argumento ſunt, eorum auctorum temporibus extra uſum non fuiſſe jus Langobardicum. Ex his vero juris Langobardici interpretibus Carolus quidem Cottus antiquiſſimus eſt, quem Pithoeus in *præf. ad Capitular.* annis 380. ante ſe vixiſſe ait: de Jo. Bapt. de Nenna ætate non conſtat. Andr. vero de Barutti & Nic. Boerius ſæculo 16. vixerunt.

* Alterum ex his codicibus Eurardus quidam per Lupum deſcribendum curavit. Id enim docet præmiſſum carmen heroicum, cujus initium eſt:

*Hunc Heros librum legum conſcibere fecit*
*EURARDUS prudens.*

Eurardum iſtum Muratorius non alium eſſe ſuſpicatur, quam ducem Forojulienſem ſub Ludovico II. imp. Addo ego, eumdem forſan eſſe hunc codicem, cujus ipſe Everardus meminit in Teſtamento ſuo apud Aub. Miræum *cod. donat. piar. cap.* 15. *pag.* 21. ubi

juvarios in deditionem accepiſſent: non mirum eſt, prævaluiſſe reliquis LEGES FRANCICAS, non modo SALICAM & RIPUARIORUM, ſed & edicta, quæ ſinguli Reges in comitiis vel placitis publicis, & conſentientibus regni ordinibus, ſub CAPITULARIUM * nomine edere ſolebant. Superſunt ſane ejuſmodi capitularia CHILDEBERTI, anni 554. CHLOTARII, anni 560. GUNTCHRAMMI, anni 585. CHILDEBERTI junioris, anni 595. CHLOTARII II. anni 615. CAROLOMANNI, anni 742. ſequ. PIPPINI item capitularia Sueſſionenſe anni 744. Vermerienſe anni 752. Vernenſe anni 755. denique Metenſe & Compendienſe anni 757. apud Baluz. *Tom.* I. *Capit. p.* I. *ſeq.*

§. 30. Quamvis ergo hæ leges omnes paſſim aliquid ex jure Romano traxerint, (§. 14.) multa etiam ex priſtina barbarie paullatim deterſerit chriſtiana religio, qua interea hæ gentes omnes, quæ Julius Cæſar, Tacitus, aliique veteres ſcriptores in Germanis notaverant, (§. 3. & 4.) in iſtis Germanorum legibus etiamnum reperiri: Unde facile adparet, majores noſtros priſci & aviti moris tenaciſſimos fuiſſe.

§. 31. Hinc expreſſiſſima in legibus his veſtigia deprehendimus longæ pueritiæ, *Leg. Wiſig.* 4. 3. 1. *Langob.*

ubi Unroche filio primogenito legat *librum de lege Francorum, & Ripuariorum, & Langobardorum, & Alamannorum, & Bajuvariorum*. Et in hoc Codice Mutinenſi, ædem leges, uno faſciculo conjunctæ fuerunt, teſte ipſo Muratorio.

* CAPITULUM & CAPITULARE jam ante Francos erant vocabula ſatis nota, ſed alio plane ſenſu uſurpata pro oneribus, quæ alias perſonalia vocantur *l.* 14. *l.* 15. *l.* 18. *C. Theod. de extraord. muner.* ubi temonaria functio eo nomine venit. *Vet. Gloſſarium*: *Tributum* CAPITULARE, ἐπικεφαλαίȣ φόρ❍. At quum tamen & leges *capitula* dici cœpiſſent. *l.* 27. §. 4. & *l.* 30. §. 3. *D. ad leg. Aquill.* non mirum profecto, Francos leges ſuas κατ' ἐξοχὴν vocaſſe CAPITULA & CAPITULARIA.

gob. 2. 29. 1. dotis uxori a marito oblatæ, *Leg. VViſig.* 3. 1. 5. & 6. *Burg.* 62. 2. *Alam.* 56. 1. *ſequ. Ripuar.* 37. 1. & 2. *Langob.* 2. 4. 1. *ſeqq.* rerum expeditoriarum & geradæ. *Leg. Burg.* 51. 3. & 4. *Angl.* 6. 5. & 6. inimicitiarum a tota familia ſuſceptarum, *Leg. Friſ.* 2. 2. *addidit. Vulem.* 1. 1. *Leg. Sal.* 63. 2. & *ſeq. Angl.* 6. 5. *Langob.* 1. 7. 15. 1. 37. 1. *ſeq.* controverſiarum non jure, ſed ferro deciſarum, *Leg. Burg.* 80. 1. *ſequ. Alam.* 1. 3. 86. 1. *Bajuvar.* 16. 1. *Ripuar.* 32. 4. *Friſ.* 11. 3. 14. 4. *Langob.* 32. 3. homicidii non morte, ſed mulcta, expiati, *Leg. Sal.* 26. 1. *Ripuar.* 7. & 36. 1. *Angl.* 1. 1. *Friſ.* 1. 1. *ſequ. Alamann.* 44. 1. *ſequ.* 68. 1. *ſequ. Bajuvar.* 13. 1. *ſequ. Langob.* 1. 9. 3. & 6. hoſpitalitatis legibus præceptæ, *Leg. Burg.* 38. 6. 7. 9. numeri denique non dierum, ſed noctium, initi *: *Leg. Sal.* 26. 49. *Ripuar.* 15. 9. 6. *Langob.* 1. 13. 23.

§. 32. Sed hæc quidem de legibus ipſis horum temporum ſufficiant. Unum addimus, ad earum æque ac juris Romani, tum apud provinciales recepti illuſtrationem, uſuſque forenſis intelligentiam non parum conferre tot FORMULARUM collectiones, quæ ex iſtis ſeculis ſuperſunt. Habemus enim MARCULFI *Formulas*, quales tum ab Hier. Bignonio, tum a Lindenbrogio, datæ ſunt, apud Steph. Baluzium; aliaſque, ſecundum LEGEM ROMANAM, vel SIRMONDICAS, nec non alias



* Immo eadem computandi ratio etiam multo poſt in Speculis Saxonico & Svevico obſervatur, notaque eſt loquutio: *uber vierzehen nachte*. *Jus Prov. Sax. Lib.* 1. *art.* 2. & *art.* 67. Et hinc nata eſt dilatio Saxonica, quam vocant, ſex hebdomadum & trium dierum. Quum enim ter citandus eſſet reus, & quidem ſingulis vicibus, ut poſt quatuordecim noctes adeſſet: his connumeratis prodibant ſex hebdomades, additiſque tribus diebus juridicis dilatio Saxonica. Vid. *Gloſſ. ad jus prov. Sax. Lib.* 1. *art.* 67.

alias BIGNONIANAS, ab eodem Baluzio; alias ANDEGAVENSES, a Mabillonio tum *Analect. Tom.* 4. *p.* 234. tum in operis *de Re Diplom. Adpendice Tom.* 2. editas, & quas paullo ante laudavimus (§. 28.) LANGOBARDICAS, a Lud. Ant. Muratorio *Tom.* 1. *Script. Rer. Ital. Part.* 2. ex vetere Codice Mutinenſi deſcriptas *, quas utut barbaro dicendi genere ſcriptas, maximam tamen adferre utilitatem, unuſquiſque re ipſa experietur.

## CAPUT II.

### DE PROGRESSU JURIS GERMANICI A CAROLI M. TEMPORIBUS AD LOTHARIUM III. IMP.

§. 33. *Carolus M. legislator Saxonum.* §. 34. *Lex Saxonum quando ſcripta.* §. 35. *An integra ad nos pervenerit.* §. 36. *Capitularia Caroli M. de Saxonibus.* §. 37. *Nec non ad Leges Salicam, Bajuvariorum & Langobardorum.* §. 38. *Capitularia regum Francorum univerſalia.* §. 39. *Eorum collectio ab Anſegiſo facta.* §. 40. *Nec non a Benedicto Levita & Lothario.* §. 41. *A Carolo M. ad finem ſtirpis ejus in Germania leges patriæ adhuc valuerunt.* §. 42. *Nec non capitularia regum.* §. 43. *Et ſi quas alias novas leges tulerunt Caroli ſucceſſores.* §. 44. *An & juris Romani aliquis uſus fuerit?* §. 45. *Sub Saxonicis impp. legibus patriis adhuc vixerunt gentes Germanicæ.* §. 46. *Lex Sax. tamen aucta ab Haraldo*

* Merito addimus *formulas* ALAMANNICAS, a Melch. Goldaſto *Tom.* 2. *Rer. Alam. Part.* 1. nec non ALSATICAS, itidem a Mabillonio primum, ac deinde a Ge. Eccardo ſub finem *Legis Salicæ pag.* 232 *ſequ.* editas: quas tamen non minus, quam Goldaſtinas eſſe *Alamannicas* & in monaſterio S. Galli ſcriptas res ipſa docet.

*raldo rege Daniæ*. §. 47. *Capitularium etiam uſus aliquis*. 48. *Leges novæ ſub Ottonibus latæ*. §. 49. *An & juris Romani uſus?* §. 50. *Origo juris canonici in Germania*. §. 51. *Sub imperatoribus Franconicis leges patriæ in uſu*. §. 52. *Multæ etiam leges novæ conditæ a Conrado Salico*. §. 53. *Ejuſque ſucceſſoribus*. §. 54. *An & juris Romani aliquis uſus?*

§. 33. PRogredimur ad tempora Caroli M. quem ſi emendandis barbarorum moribus, legibuſque æquioribus ferendis natum dixerimus, neminem nos habituros contradicentem ſperamus. Eum omnium, quæ ſibi parebant, gentium, leges in ſcripturam redigi juſſiſſe, jam ſupra vidimus (§. 22.) Quum ergo tum gentes omnes jam leges ſcriptas haberent, præter Saxones, quos ipſe primus diuturno bello perdomuerat: dubitari nequit, quin iis præ ceteris hanc operam navarit *. Non tamen novas illis obtruſit leges, ſed, ut, *Poeta Anonymus ad ann.* 803. loquitur,.

*Tum ſub judicibus, quos Rex imponeret ipſis,*
*Legatiſque ſuis, permiſſi LEGIBUS uti*
*Saxones PATRIIS, & libertatis honore.*

§. 34. Et hæc procul dubio eſt lex illa Saxonum, ab Heroldo, Lindenbrogio, Leibnitio, & nuper a Car. Guill.

Z 2

* Coniicit quidem Burc. Gotth. Struvius in *Hiſt. jur. Lib.* 6. 7. *pag.* 425. 426. jam ante Carolum M. in *Capital. de part. Saxon. cap.* 33. ad *legem Saxonum*, & *in Capit. Sax. Aquiſgr. anni* 797. nec non *capit.* 4. *app.* 2. *cap.* 35. ad *eorum* euvam provocet. Sed uti *lex* & *euva* πολυσημα ſunt vocabula: uta & jus non ſcriptum ſignificare poſſunt.

Guil. Gaertnero, edita. Quamvis enim Lindenbrogius eam legem vel ideo Caroli ſæculum antiquitate ſuperare exiſtimet, quod in membranis, quas nactus ſit, litterarum ductus vetuſtatem majorem arguant, & codex illi ante Caroli tempora ſcriptus videatur: tamen quum iſta Lex Saxonum Chriſtianis vocabulis e. g. *eccleſia* utatur *, *tit.* 3. §. 5. & præterea regni ac regis Francorum diſerte meminerit. *tit.* 3. §. 1. *tit.* 17. §. 5. fieri ſane non poteſt, ut eam vel Caroli M. ævo antiquiorem, vel ab Haraldo, Danorum Rege, profectam eſſe exiſtimemus. Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 12.

§. 35. Videtur tamen non niſi fragmentum iſtius legis ad nos perveniſſe. Multa enim, quæ veteres ex lege Saxonum citant, in hac noſtra deſiderantur, v. g. lex de matrimonio impari nobilis & plebejæ ſub mortis ſupplicio vetito, Eginard. *apud Adam. Brem.* 1. 5. de traditionibus digito firmandis, *Diplom. Liemari apud* Lindenbrog. *Script. Rer. Septentr. p.* 147. de eo qui fines alienos invaſerit, capitis damnando. Lamb. Schaffnab. *Chron. p.* 196. Accedit quod quum *crudeliſſimam Saxonum legem* vocet Wippo *in vita Conradi p.* 430. in hac ſuperſtite nihil crudelitatis reperiatur, niſi crudelem etiam dicere velis Nemeſin Carolinam, quæ æque, ac lex Saxonica, fures capite plecti

* Quamvis enim ante bella Caroli M. cum Saxonibus geſta, chriſtianæ religionis ſcintillæ quædam in Saxonia emicuiſſent, ceu patet ex Venant. Fortun. *Lib.* 3. *carm.* 9. & *vita S. Faronis Epiſcopi Meldenſis MSC. cap.* 76. ex qua excerpta edidit Leibnit. *Script. rer. Brunſuic. Tom.* 1. *pag.* 63. id tamen de paucis hominibus, qui in Gallicano littore piraticæ cauſſa conſederant, intelligendum videtur, non de univerſa gente, quæ ad Caroli M. tempora avitam ſuperſtitionem & armis tuebatur, neque adeo patiebatur eccleſias vel templa Chriſtianorum apud ſeſe exſtare.

cti jubet. Eſſe tamen in illa fragmenta genuina ac vetuſta, aliis ſane argumentis ſatis demonſtrari poteſt *.

§. 36. Nec in eo adquievit Caroli M. ſollicitudo. Quum enim gens Saxonum, quamvis publica profeſſione chriſtianis acceſſiſſet, adhuc tamen avitas ſuperſtitiones privatim mordicus teneret *: legi illi patriæ nonnulla adſtruxit, quæ rudem iſtam gentem ſaltim pœnarum metu in officio continerent. Eo enim pertinent CAPITULATIO DE PARTIBUS SAXONIÆ incerti anni, & CAPITULARE SAXONUM anno eræ Chriſtianæ 797. in comitiis Aquiſgranenſibus promulgatum, quæ inventa in bibliotheca Vaticana a litteratiſſimo principe, Ferdinando Furſtenbergio, (vid. *Monim. Paderborn. p.* 324.), primum a Luca Holſtenio Romæ, deinde ab Hermanno Conringio Helmſtadii, demum a Steph. Baluzio *Capitul. Tom.* 1. *p.* 250. Herm. Adolph. Meinders *de ſtatu relig. & reipubl. ſub. Car. Magn. p.* 23. *ſequ.* & noviſſime a Car. Guil. Gaertnero, edita ſunt *Lipſ.* 1730. 4.

§. 37. Sed aliarum quoque gentium legibus, quas a Theoderico, rege Francorum, ejuſque ſucceſſoribus in ſcripturam redactas diximus, nova quædam additamenta ſub Carolo M. ejuſque filio, Ludovico Pio ac-



* Provocat enim ad legem noſtram ipſe Carolus M. *Capitul. de partib. Sax.* §. 32. ubi ait: *De perjuriis ſecundum legem Saxonum ſit.* Atqui hoc caput hodienum habemus in *lege Sax. Lib.* 2. *cap.* 8. *&* 9. *Qui ſciens pejeraverit, capite puniatur, qui neſciens pejeraverit, manum ſuam redimat auctor ſacramenti.*

* Argumento eſſe poteſt *Indiculus ſuperſtitionum & paganiarum*, quem eidem debemus principi Ferdinando Paderbornenſi epiſc. *in Monim. Paderborn. pag.* 308. Et notum eſt, in iis illuſtrandis multum operæ inſumſiſſe Caſp. Calvoer, Herm. Adolph. Meinders, & Jo. Ge. Eccardum. Adeo vere cecinit poeta:

*Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem*
*Teſta diu.*

ceſſerunt. Ipſis enim Francorum legibus illum *paucula capitula*, *& ea imperfecta addidiſſe*, teſtatur Eginardus *in vita Caroli*, *cap.* 29. taliaque capitula ad LEGEM SALICAM exſtant apud Baluz. *Capitul. Tom.* 1. *p.* 17. 387. 606. *Tom.* 2. *p.* 1060. * Ejuſdem generis ſunt capitula, LEGI BAIWARIORUM anno 788. adjecta apud eumdem *Tom.* 1. *p.* 207. Denique quod ad legem LANGOBARDORUM attinet, non modo illi inſertas videmus plures Caroli M. & ſucceſſorum conſtitutiones, verum etiam *Capitula*, *addita ad legem Langobardicam*, nec non *Capitula*, *excerpta ex lege Langobardorum* reperimus apud Baluz. *Tom.* 1. *p.* 327.

§. 38. In primis vero notanda ſunt ipſa CAROLI M. CAPITULARIA, univerſis civibus præſcripta *, id eſt, ſanctiones, vel in conciliis & ſynodis, vel in comitiis regni, de Eccleſia & re publica factæ, quarum plurimas ex variis codicibus MSC. integras edidit Steph. Baluz. *Tom.* 1. *p.* 189. *ſeqq.* Talia deinde & Ludovicus Pius, Pippinus, Italiæ rex, Carolus Calvus, & alii Francorum orientalium & occidentalium reges plura publicarunt, quæ laudatus Baluzius eadem induſtria undi-

* Fortaſſis & plura perierunt. Exſtat ſane charta monaſterii Honaugienſis apud Mabillon. *Annal. Benedict. Tom.* 2. *pag.* 697. in qua Carolus, *rex Francorum*, *vir illuſter* profitetur, *res peregrinorum proprias eſſe regis*: ab eoque jure excipit peregrinos Scotos. Quod eſt ipſum jus Albinagii, cujus alioquin vix veſtigium in legibus Francicis reperias, ut non potuerint non quædam earum capita periiſſe, niſi & hic per *legem Francorum* jus eorum non ſcriptum intelligere malis.

* Quemadmodum enim communi populi conſenſu hujus modi capitularia fiebant, ita & omnes iis ſubſcribere, eoque chirographo ſe ad eorum obſervantiam obſtringere cogebantur *cap.* 3. *a.* 803. *c.* 19. *Cap.* 2. *a.* 813. *in proœm. Capitol. Caroli Calvi*, *tit.* 1. Ex quo patet, unde mos ſuperſit, in imperio noſtro, ut leges communes & communibus electorum, principum, ac ordinum ſuffragiis ferantur,

diquaque collegit ediditque *Tom.* 1. *p.* 533. 541. 561. *ſequ.* Addat. Browar. *Annal. Trev. Proparaſc. cap.*10. Mabillon. *Analect. Tom.* 1. *p.* 299.

§. 39. Ne vero tot ſpeciales leges conquirendæ eſſent Francis: fuerunt, qui capitularia illa colligerent, & in certum ordinem redigerent. Collectionum illarum notiſſima eſt ANSEGISI, abbatis ſive Lobienſis, ſive Fontanellenſis, ſive alius monaſterii, tamen non Archiepiſcopi Senonienſis *, Baluz. *Proleg. Capit.* §.39. qui omnia Caroli M. & Ludovici Pii capitularia eo ordine diſpoſuit, ut *liber primus* Caroli M. conſtitutiones ad rem Eccleſiaſticam pertinentes; *ſecundus* ejusdem leges civiles; *tertius* Ludovici leges Eccleſiaſticas; *quartus* ejusdem leges civiles, vel, ut auctor vocat, *mundanas* complectatur. Addidit auctor *adpendices tres*, quibus varia collegit Caroli M. Ludovici Pii, & Lotharii I. Imp. capitularia, quæ vel ex ſuperioribus *memoriæ cauſſa ſcripta*, *vel non plenum explere ſenſum*, *vel geminata*, *vel cum aliis mixta* videbantur. Ediderunt



tur, & capitularibus iſtis ſeu *receſſibus* præter imp. & electores & principes quidam, nec non ex comitibus, prælatis, & civitatum legatis quidam ſubſcribant.

* Anſegiſo, Abbati Lobienſi, hanc collectionem tribuit Sigeb. Gemblac. *in Chronic. ad annum* 827. Anſegiſo, Archiep. Senonenſi, Odorann. *in Chron. ad ann.* 882. Anſegiſo, Abbati Fontanellenſi, Baluz. *in Prol.* §.39. Sed uti manifeſto errant, qui auctorem faciunt Anſegiſum, Archiep. Senonenſem: ita ſunt, qui Anſegiſum, Abbatem Lobienſem, poſtea Fontanellenſi Monaſterio præfectum contendunt. Quæ ſi probari poſſent, Baluzium Sigeberto facile conciliaremus. At quid opus eſt verbis, quum de hoc Anſegiſo manifeſtum exſtet auctoris veteris teſtimonium, puta Adſonis *de miraculis S. Vvaldaberti*, ubi inter alia refert, Ludovicum Pium Abbatem Fontanellenſem *Anſegiſum præfeciſſe Luxonienſi* monaſterio, hunc vero CAPITULA *regum Francorum, quæ diverſis fuerint acta conciliis, excepiſſe, & uno volumine contineri feciſſe*. En Anſegiſum, auctorem collectionis non Lobienſium, ſed Luxonienſium & Fontanellenſium Abbatem. Facilis vero fuit Luxonii & Lobii confuſio.

hanc collectionem, quæ anno Chriſti 825. Ind. 5. & 13. imperii Ludovici Pii & Lotharii primum prodierat in lucem, (vid. Anſegiſ. *præfat.*) B. Rhenanus, Vitus Amerbachius, Joach. Vadianus, Heroldus, P. Pithœus, Jac. Sirmondus, & noviſſime Steph. Baluzius.

§. 40. Poſtea anno 845. novam collectionem Otgarii, Archiepiſcopi Moguntini, auſpiciis adornavit BENEDICTUS, Levita Moguntinus, quam Anſegiſianæ collectionis veluti auctarium eſſe voluit. Conſtat illa tribus libris, in quibus nec delectu, nec ordine uſus eſt bonus ille Levita. His deinde, neſcio quo auctore, acceſſerunt *Additionum libri* 4. Utraque collectio in foris Francicis hæc Germaniæ, illa Galliæ, maximi uſus fuit: Anſegiſiana tamen etiam Lodovici Pii & Caroli Calvi auctoritate firmata. Vid. Steph. Baluz. *Proleg.* §. 47. *ſeq.* Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 15. Ant. Pagi *Critic. Baron. ad ann.* 845. *n.* 17. *p.* 598. *Tom.* 3. Quin ipſe LOTHARIUS Imp. novam collectionem in uſum Italorum confecit *, Baron. *Annal. Eccl. ad annum* 847. *num.* 12. quam edidit Melch. Goldaſtus *in Collect. leg. & conſuet. Germ. p.* 102.

§. 41. Jam ex his facile patet, quænam fuerit juris Germanici facies a Carolo M. usque dum ejus ſtirps apud Germanos defecit, id eſt, ad annum 811. Primo enim adhuc ſingulæ gentes legibus ſuis propriis utebantur. Id quod vel inde patet, quod multo poſt ad legem Bajuvariorum ipſe provocat Henricus II. Rex: Adelbold, *Vit. S. Henrici, cap.* 10. apud Leibnit. *Scriptor. rer. Brun-*

* Erravit tamen Baronius, dum collectionem hanc Italis ex decreto *ſynodi Maldenſis cap.* 78. promulgatam exiſtimat; quo anno 845. cautum fuerit, *ut capitula Eccleſiaſtica a Carolo M. Imp. & Ludovico Aug. promulgata obnixe obſervari præciperentur*. Sed non meminit Baronius id concilium in regno Caroli Calvi habitum, ac proinde nec Lotharium obſtrinxiſſe, nec ad Italos pertinuiſſe. Vid. Petr. de Marca *de concord. ſacerdot. & imperii, l.* 2. *c.* 12. §. 5. Ant. Pagi *Critic. Baron. ad ann.* 847. *n.* 13. *p.* 604.

*Brunſuic. Tom.* 1. *p.* 423. quodque idem Imperator, ejusque ſucceſſor Conradus Salicus, Saxonum leges confirmaſſe dicuntur: Ditm. Merſeb. *lib.* 5. *p* 386 *edit. Leibnit.* Wippo *in vita Conradi*, *p.* 430. quin & lex Alamannica pro norma fuit Conrado I. regi Germ. in ferenda anno 914. ſententia. Ekkehard. *de caſib. monaſter. S. Galli*, *cap.* 1. ut taceam, manumiſſionem per jactum denarii ſecundum legem Salicam factam eſſe ſub Zuenteboldo, Lotharingiæ rege, cujus charta ea de re exſtat apud Buchel. *ad Hedam de Epiſc. Ultraject. p.* 70.

§. 42. Deinde maximæ auctoritatis hoc temporis intervallo erant CAPITULARIA Caroli M. & Ludovici Pii, quod ſolide demonſtravit Herm. Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 17. *p.* 94. *ſeq.* Ad ea enim provocant patres concilii Moguntini anno 852. *cap.* 16. itemque ſynodi Colonienſis ſub Carolo Craſſo habitæ *cap.* 3. concilii Moguntini anno 888. *cap.* 21. *&* 23. indicio ſatis luculento, toto illo tempore ſancta adhuc Germanis fuiſſe illa regum Francorum capitularia *.

§. 43. Præterea nullum eſt dubium, quin novas ſubinde leges tulerint Ludovicus Germanicus, ejusque poſteri: quamvis eæ, quas edidit Goldaſtus *Tom.* 1. *Conſtit. imp. p.* 274. non ex chartis authenticis, ſed ex Aventini Annalibus, legibusque Langobardicis, deſumtæ videantur. Omnium celeberrima tamen eſt conſtitutio *de expeditione Romana*, Carolo Craſſo vulgo tributa, a multis rejecta, criticisque ſtricturis confoſſa. Sed quum, qui plurimum illi conſtitutioni tribuunt, eam non a Carolo Craſſo, ſed Conrado Salico, profectam exiſti-

* Patres enim concilii Moguntini anno 852. urgent, *pauperes liberos non eſſe ſæpius bannıendos ad placita, niſi ſicut in* DOMINICO CAPITULARI, *olim facto præcipiatur*. Non ergo ſolum citant CAPITULARIA, tamquam leges quasdam veteres, ſed & eas non obſervari, & pauperes contra illas leges publicas opprimi, conqueruntur. Quo vero, quæſo, colore id feciſſent, ſi eorum capitularium, tamquam legum obſoletarum nulla ſuperfuiſſet auctoritas?

ſtiment *, non eſt ſane, quod hic illi immoremur.

§. 44. Quæri poſſet, an non & juri Romano in Germania tum locus fuerit? Reſponſum cape. Quum Franci iis tantum juris Romani uſum concederent, qui illi jam antea adſueverant (§. 18.): toto hoc tempore in Gallia non exoleviſſe juris Rom. uſum, ſatis adparet ex Hincmar. *Opuſc.* 16. 5. *Tom.* 2. *p.* 225. *Opuſc.* 55. *Tom.* 2. *p.* 440. 509. 587. 739. ut jam non dicamus de conciliis Gallicanis & Ivonis Carnutenſis Decreto, in quibus ad leges Romanas, etiam Juſtinianeas, & e *Pandectis* depromtas, ſæpiſſime provocatur. Add. Strauch. *Amœn. jur. can. Ecl.* 2. *cap.* 7. *p.* 33. Id vero de Germanis dici non poteſt, quippe quos numquam Romani in provinciæ formam ita redegerant, ut ſtabile ibi eſſet eorum Imperium. Hinc conſequens eſt, ut juris Romani uſum nec deſiderarint umquam, nec habuerint. Interim quum Capitularia apud eos maximæ fuiſſe auctoritatis, falſi ſimus (§. 42.), in iis vero paucula ex jure Romano depromta ſint *: eatenus dici poteſt, aliqua ex eo jure profecta tum quoque in Germania locum habuiſſe.

§. 45.

* Videnda, quæ de ea diſputarunt Marqu. Freherus, Rittershuſius, Schurzfleiſchius, Jo. Petr. de Ludewig, Gebaverus, nec non etiam olim Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 17. *p.* 89. Retulit mihi nuper amiciſſimus, & diſcipulorum meorum optimus, Jo. Guil. Hofmannus, in manus ſuas incidiſſe ipſam chartam authenticam, quam olim cum Rittershuſio communicavit Marcus Vellerus, & ſe illius ope plura, quæ editores prætervideriht, quæque ad conſtitutionis iſtius veram ætatem atque originem pertineant, obſervaſſe, adfirmavit, quæ ſe una cum aliis obſervationibus ſuis editurum promittebat. Sed eheu vitæ brevitas vetuit ingenii pæne ſtupendi virum ſpes inchoare longas. Evanuit illa ſpes, Hofmanno meo ſub finem ſuperioris anni properantibus fatis exſtincto.

* In ipſis Ludovici Pii *Capitularibus addit.* 4. §. 102. jus Romanum vocatur *omnium humanarum mater legum*, adeoque non mirum eſt, quædam ex illo in uſus ſuos converttiſſe Francorum reges. Pauca tamen illa eſſe, & vix ali-

cu-

§. 45. Eadem omnia ab exſtincta apud Germanos ſtirpe Carolingica, usque ad Saxonicæ familiæ interitum, obtinuiſſe videntur. Nam tunc quoque ſingulos Germaniæ populos veteres ſuas leges, quas reges Francici ſcriptas promulgarant, ſequutos eſſe, ex iis, quæ ſupra (§. 41.) obſervavimus, & obſervabimus paullo poſt, colligitur *: idque innuere videtur Wittich. *Annal. lib.* 2. *p.* 21. *ſeq.* dum *leges divinas & humanas auctorali vigore* Ottonis M. *polluiſſe, & conjuratos ſecundum leges meritas luiſſe pœnas* ſcribit. Vid. Hert. *de conſult. legib. & judic. in ſpec. Rom. Germ. imp. rebus publicis* §. 12. *p.* 419. Accedit, quod ad LEGEM SAXONICAM in chartis ſuis ſe referunt anno 952. Otto M. apud Stangefol. *Annal. Weſtph. l.* 2. *p.* 185. multoque poſt anno 997. Otto III. apud eumdem *p.* 203.

§. 46. Quod tamen ad LEGEM SAXONICAM & FRISICAM * attinet, eam Ottonis II. temporibus non parum vel immutaverat, vel auxerat HARALDUS, Rex Da-

cujus momenti ipſorum Capitularium lectio unumquemque convincet, ut paullo latius ſcripſiſſe videatur Burc. Gotth. Struvius *Hiſt. jur. lib.* 6. *cap.* 11. *p.* 435. *fontes horum capitularium ipſas fuiſſe leges Romanas, ex eo potiſſimum patet, quod lex Romana omnium humanarum legum mater dicatur.* Neque enim id elogium nos convincit, omnia vel pleraque ex jure Romano depromſiſſe Francorum reges.

* Idem & inde patet, quod legem Salicam, Langobardicamque ſuis additionibus auxerunt Otto I. & Henricus II. impp. quas edidit ex vetuſto codice Jo. Ge. Eccardus *ad leg. Salic. p.* 198. *ſeq.* Quin his ipſis additionibus Otto I. Imp. anno 952. ſe refert ad *capitularium præcedentium regum inſtituta*, in comitiis Francofurtanis *coram poſita*. Vid. Eccard. *ibid.*

* Sane & Friſonibus leges datas eſſe ab Haraldo, refert Alb. Stadenſ. *ad ann.* 984. Sed id intelligendum videtur de Friſſis vel Freſonibus tranſalbinis, qui & hodie cherſoneſi Cimbricæ littera adcolunt. Ad reliquos enim Friſios ejus pertigiſſe Imperium, nemo veterum obſervavit. Immo ne Pontanus quidem in *Hiſtor. Dan. l.* 5. *p.* 196. ubi locum Alberti Stadenſis adducit, quidquam de ejus imperio in Friſios dixit.

Daniæ, qui tum tranſalbinas proximasque regiones invaluerat, & tum his, tum Freſonum genti, leges & jura conſtituere cœperat. Referunt hoc Adam. Brem. *Hiſtor. l.* 2. *c.* 19. Helmold. *Chron. Slav.* l. 1. *c.* 15. qui addunt, gentes iſtas leges Haraldinas *pro tanti auctoritate viri adhuc hodie ſervare contendere*. Sed harum additionum hodie nihil exſtat.

§. 47. Quid? quod ne CAPITULARIUM quidem uſus circa hæc tempora exoleviſſe in Germania videatur. Auctorem enim habemus Continuatorem Reginon. *ad annum* 952. *conſtitutum eſſe in Francofurth a rege glorioſiſſimo, Ottone, anno illius* 15. *conſentientibus Epiſcopis, comitibus, aliiſque fidelibus compluribus, canonum ſanctorumque patrum auctoritate, nec non CAPITULARIUM, præcedentium inſtitutis coram poſitis* *. His ipſis tamen temporibus paullatim ab uſu receſſiſſe illa regum Francorum capitularia, ſuſpicatur Baluz. *in proleg.* §. 1.

§. 48. Acceſſerunt & hoc temporis intervallo variæ leges novæ, a regibus & imperatoribus, vel miſſis in ſuffragia ordinibus, vel commiſſis campionibus, quos vocabant, latæ. Ita ſane in comitiis Stelenſibus Otto M. interpretatione authentica decidit quæſtionem juris Germanici, *num nepotes cum filiis ad hereditatem ſimul admittendi ſint, nec ne* *? Rem enim Otto M. inter gladiatores diſcerni juſſit, vicitque pars, quæ filios fili-

* Eadem verba in ipſis illis additionibus legis Salicæ, a Jo. Ge. Eccardo *p.* 198. editis reperiuntur, ut adeo illas tum in manu illius Continuatoris fuiſſe veroſimile ſit. Quod inſigne eſt γνησιότητος harum additionum argumentum.

* Quum de jure repræſentationis nepotibus concedendo tum ambigerent Romani: eo minus mirandum, Saxones illud numquam concedere voluiſſe fratrum ſororumve liberis, quin ſibi jus patrium reſervaſſe, quum in comitiis aliud lege publica ſtatueretur. Qua de re alibi. Jam id obſervo, in Geldria id jus repræſentationis anno demum 560. invectum eſſe. Pontan. *Hiſt-Geldr. l.* 14. *p.* 882.

liorum computabat inter filios, & hinc lege perpetua firmatum, ut æqualiter cum patruis vel avunculis hereditatem dividerent. Wittich. Saxo *Annal. l.* 1. *p.*644. Sigeb. Gemblac. ad annum 942. Plures alias Ottonum leges collegit Goldaſt. *Conſtit. imp. Tomo uno p.* 215. *ſeq. p.* 225. *ſeq. Tom.* 3. *p.* 303. *ſequ. & p.* 309. *ſeq.*

§. 49. Juris Romani hoc ſæculo in Germania nec vola, nec veſtigium adparet: quamvis eo ſubinde uterentur reges & imperatores, ſi quando Italis, & maxime Langobardis, leges præſcriberent. Exſtat ſane in *leg. Langob. l.* 2. *tit.* 47. § 11. Henrici Imp. conſtitutio, de jure jurando calumniæ clericis remittendo, in qua conſtitutio D. Marci, (vel Marciani potius, *l.* 25. *C. de Epiſc.*) Juſtiniani ſanctio, & legis periti, ab Imperatore in conſilium adhibiti, memorantur.

§. 50. At certius eſt, his temporibus paullatim juris canonici auctoritatem permagnam eſſe cœpiſſe in Germania. Quemadmodum enim paullo ante hæc tempora circa annum 906. Regino Prumienſis in regno Lotharingico juſſu Ratbodi, archiep. Treverenſis, *de diſciplina eccleſiaſtica libros* 2. ex canonibus antiquis decretiſque pontificum compilaverat, quos poſt Joach. Hildebrandum, Helmſtadienſem, iterum edidit Steph. Baluzius 1671. ita paullo poſt ſub initium ſeculi 11. ſcripto *magno canonum volumine* ex iiſdem, at inquinatioribus aliquanto fontibus, jus eccleſiaſticum derivavit Burchardus, Wormatienſis epiſcopus. Sigeb. Gembl. *de ſcript. eccleſ. c.* 141. *ſeqq.* & in *Chron. ad annum* 1008. Chron. Wormat. *c.* 13. apud Jo. Petr. de Ludewig *Reliqu. MSSC. Tom.* 2. *p.* 55. Prodiit hoc opus *Col. anno* 1550. *fol.* tantamque ſenſim auctoritatem obtinuit, ut non modo Sigeb. Gemblac. *d. c.* 141. *ex eo adhuc* ſuo tempore *omnium conciliorum decreta auctorizari*, ſcribat, ſed & apud vulgus canoniſtarum multo poſt mos invaluerit, ut regulas juris, omni excep-

ceptio-

ceptione majores, & uſu fori probatas, Brocardica, quaſi *Burcardica* adpellarent *.

§. 51. Supereſt, ut qualis ab Henrici 2. regis ac imp. obitu ad Lotharium Saxonem uſque juris Romani fuerit facies, paucis oſtendamus. Leges patrias Saxonum, Alamanorum, Bajuvariorum, etiam ſub his conſtanter viguiſſe, dubio videtur carere. Leges enim Saxonum firmaſſe Conradum Salicum, ſupra (§. 41.) ex Wippone oſtendimus. Ad legem etiam Salicam in regno Burgundico anno 1009. vivere ſe profitetur Otho comes, Arduini, regis Italiæ filius, apud Guichenon. *Bibliotk. Sebuſ. Cent.* 2. *n.* 3. *p.* 188. Ut jam non dicam Guilielmum marchionem in alia charta anno 1156. profiteri, ſe vivere lege Salica; quemadmodum ejus conjux, Julita, Leopoldi Auſtriaci filia, ſe *lege Alamannorum* vivere ait. Ibid. *Cent.* 1. *n.* 99. *p.* 170. Quæ charta, quamvis ad Burgundiam pertineat, ſatis tamen evincit, illo tempore Auſtriam *lege Alamannica* coluiſſe, & Julitam more iſtorum temporum, nuptam quoque retinuiſſe *.

§. 53. Quemadmodum vero hoc temporis intervallo nul-

* Talia *Brocardica* primus ſcripſit Damasus, vetus juris canonici doctor, quæ deinde recognita, & ex mstis exemplaribus edita ſunt *Colon.* 1564. Ex præfatione hæc decerpſit Strauch. *Amœnit. jur. can. ecl.* 6. *c.* 6. *p.* 112. Burchardica *inſcribuntur*, *a Burchardo, epiſcopo VVormatienſi, qui primus ea tempeſtate cœpit jus pontificium ad generales quaſdam theſes revocare.* Ex *Gallis atque itaque Italis plerique, originationem verbi ignorantes, corrupte Brocardum & Brocardicum adpellant.* Neſcio ergo, quid ſibi velit Alciat. *ad l.* 99. *D. de verb. oblig.* ſcribens; Brocardica dici *materiam, quæ ſit contrariarum opinionum rationibus involuta.*

* Aliquando tamen feminæ nuptæ ſe legibus, quibus mariti vivebant, ultro ſubjicere non dubitabant. Mathildis dux, initio vivebat lege Langobardica, & in gratiam mariti, Gottfridi Lotharingici, tranſierat ad legem Salicam, vid. Franc. Mar. Floren-

nulla amplius ſit mentio Capitularium regum Francorum: ita tanto frequentius novas leges tulerunt imperatores & reges. De Conrado ſane II. Martinus Polonus *in Chronico*, *cap.* 94. *hic*, inquit, *multas leges condidit*. Ex exſtant quædam ejus conſtitutiones non modo in *leg. Langob. l.* 3. *tit.* 8. §. 4. ſed & 2. *F.* 9. §. *ult.* & 2. *F.* 34. & 40. (quamvis eæ ad Italiæ regnum potius, quam ad Germaniam, pertinere videantur), & apud Goldaſt. *Conſt. imp. Tom.* 3. *p.* 312. Eidem celeberrimam conſtitutionem de expeditione Romana vindicant Schilterus, *ad Jus Feud. Alam.* 8. 11. Schurzfleiſchius *Diſſ. de Conrado imp. Aug. ejuſque dipl. quod de exped. Rom. inſcribitur*, *Wittenb.* 1702. & noviſſime Ge. Chriſt. Gebaverus *in Adpend. ad Schilt. Inſt. jur. feud. Lipſ.* 1728. 8. Attamen ne ſic quidem ſuſpicione omni carere videtur conſtitutio illa, quæ tot aliorum virorum doctorum cenſuras, ex quo lucem vidit, experta eſt *. Editiones ejus recenſet Gebaver. *in Præf. p.* 296. *ſeqq.*

§. 53. Sic & Henrici III. conſtitutionem de veneficiis protulit Goldaſtus *Conſt. imp. Tom.* 3. *p.* 312. qui *ibidem & Tomo unico p.* 252. etiam Henrici IV. & V. quaſdam edidit. Sed quum non ubique ſatis ἀκριβῶς genuina a falſis diſtinxerit vir ceteroquin diligen-

rentin. *Memor. Mathild. lib.* 3. *p.* 105. ubi in diplomate Lucenſi Epiſcopo dato ita loquitur: *quia ego, qui ſupra* Matilda, *marchioniſſa, profeſſa ſum ex natione mea LEGEM vivere videor LANGOBARDORUM: ſed nunc modo pro parte ſupraſcripti Gottifridi, qui fuit viro meo, LEGEM vivere videor SALICAM.*

* Quum enim omnes, qui illam adhuc vindicare Conrado II. conati ſunt, fateantur, eam ſolius Velſerianæ membranæ fide niti, in hac autem initium & finem a mala manu eſſe: ecquis fide ſua nos jubebit credere, reliqua omnia integra, ac ſincera eſſe? Qui nobis titulo & ſubſcriptione illuſit, an eum in reliquis bona fide agere voluiſſe credibile eſt?

ligentiſſimus *: de his ſimilibuſque juris prudentiæ publicæ privatæque monimentis, quæ ex Goldaſti ſcriniis prodierunt, paullo amplius videtur deliberandum.

§. 54. Juris Romani ne hoc quidem tempore ullam inter Germanos mentionem fieri animadvertimus. quamvis ejus veſtigia nobis videamus anxie quæſiviſſe. Video quidem, in ferali illo certamine, quod inter Gregorium P. P. VII. & Henricum IV. interceſſit, aliquando ad jus Romanum eſſe provocatum, ſed ab Italo, Venerico nimirum Vercellenſi, in libro *de unitate Eccleſ. conſerv. p. 16. edit. Schardii*: at in Germanorum ſcriptis, inter quæ Leodienſium *Epiſtolam apologeticam*, Walrami, Numburgenſis epiſcopi, *librum de inveſtitura*, aliaque eorum temporum opuſcula a Goldaſto in *Apol. pro Henrico IV.* edita evolui, tale quid reperire me nondum potuiſſe, fateor.

* Diſſimulare id non potuit ejus encomiaſtes Jo. Chriſt. Senckenberg *in Vita Goldaſti, ejus ſcriptoribus rerum Alam. præmiſſa*, §. 40. ubi: *juſto confidentior*, inquit, *noſter erat, ſi quid veroſimile habebat, ſua aliis pro veritatibus, immo pro antiquorum ſententiis obtrudens. Scatent id genus rebus ſcripta ejus nec ſolus ei* Gretſerus *id objecit*. --- --- *Sane nonnullos id ei exprobrantes apud* Jo. Alb. Fabric. *Biblioth. pag.* 252. *videas: id ipſum legas in τοῦ πάνυ* Conringii *de orig. jur. Germ. cap.* 18. *pag.* 99. *& ſæpius: nec non in* Wendelini *legibus Salicis, inter Opuſcula Chiffletiana, pag.* 61. *& alibi* Hactenu. Senckenbergius.

# CAPUT III.

## De statu juris Germanici a Lothario Imp. ad tempora, quibus in Germania Academiæ institutæ.

§. 55. *A Lotharii III. imp. temporibus magna juris in Germania commutatio facta eſt*. §. 56. *Ab eo tempore in univerſam fere Europam cultiorem jus Rom. penetravit*. §. 57. *Veluti in Angliam*. §. 58. *In Galliam*. §. 59. *In Burgundiam & Hiſpaniam*. § 60. *Cur & Germanis adriſerit?* §. 61. *Decreti origo*. §. 62. *Illud & Germanis, & aliis gentibus obtrudere volebant pontifices*. §. 63. *Hinc juri Romano pretium ſtatutum*. §. 64. *Probatur id de ſæculo* 12. §. 65. *Itemque de ſæculi* 13. *initio*. §. 66. *Ejuſque fine*. §. 67. *Jam ergo his ſæculis jus Rom. una cum canonico invaluit*. §. 68. *Multoque magis ſæculo* 14. §. 69. *Pontifex Decretales publicat*. §. 70. *Germani de conſervando jure patrio laborare incipiunt*. §. 71. *Hinc veteres leges ac jura ſervari jubent impp*. §. 72. *Imperatores & ordines novas leges condunt*. §. 73. *Juraque patria in ſcripturam redigunt*. §. 74. *Speculi Sax. auctor & ætas*. §. 75. *De eo judicium*. §. 76. *Ejus editiones*. §. 77. *Jus feudale Saxonicum*. §. 78. *Jus Weichbildicum*. §. 79. *Juris Saxonici auctoritas*. §. 80. *Speculi Suevici ætas*. §. 81. *Variæ editiones*. §. 82. *De eo judicium*. §. 83. *Jus feudale Suevicum Alamannicum*. §. 84. *Jura provincialia varia*. §. 85. *Leges gentium exterarum Germanicis ſimiles*. §. 86. *Civitates patrii juris ſervantiſſimæ*. §. 87. *Statuta Suſatenſia*. §. 88. *Jus Lubecenſe*. §. 89. *Statuta Hamburgenſia*. §. 90. *Juris Lubecenſis uſus quam late patuerit? Unde jus Culmenſe*. §. 91. *Statuta Aquiſgranenſia & Colonienſia*. §. 92. *Nec non aliarum urbium paullo antiquiora*. §. 93. *Jus*

*Wiſbyenſe*. §. 94. *An ideo jus Rom. & canonicum minora incrementa ceperit?*

§. 55. Quamvis fabulam, quæ circumfertur de jure Romano, juſſu Lotharii III. imp. in foris & academiis recepto *, adeo profligarit Herm. Conringius *de orig. jur. German. c.* 21. *ſequ.* ut verbum addere pigeat: veriſſimum tamen eſt, ex eo tempore aliam paullatim factam eſſe juris Germanici faciem, & jus Romanum, quod in univerſa pæne Europa adeo invaluerat, ut miraretur orbis, ſe tam cito factum eſſe Romanum, etiam in Germania lacertos movere cœpiſſe.

§. 56. Quum enim ab eo tempore, ut ſupra oſtendimus, juris Juſtinianei ſtudium Bononiæ quam maxime ferveret *, & ex univerſo cultiore orbe juvenes, tam-

* Semper enim & ante Lotharium uſum aliquem juris Romani ſuperfuiſſe in Italia, pluribus poteſt teſtimoniis demonſtrari. Nos unico rem conficiemus. Imperio Lotharius potius eſt anno 1125. menſe Septembre ejus anni coronatus a Fridrico, archiep. Colonienſi. Alberic. *in Chron. ad annum* 1125. res vero Italicas demum ab anno 1123. conſtituere cœpit, *Chron. Bigaug. ad ann.* 1133. Codex porro Pandectarum Amalphi repertus fertur anno 1137. Jam vero anno 1098. Umbertus, comes Sabaudiæ, apud Ughell. *Ital. ſacr. Tom.* 4. *pag.* 1458. *vivere ſe* profitetur LEGE ROMANA.

* Obſervavit hoc Contradus, abbas Uſpergenſis, *in Chron. pag.* 291. *eiſdem*, inquiens, *temporibus dominus VVernerius libros legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quiſquam in iis ſtuduerat, ad petitionem Mathildæ, comitiſſæ, renovavit*. Si ergo non privata, ſed publica auctoritate jus profeſſus eſt Irnerius, id ſaltim non juſſu Lotharii, ſed Mathildæ auſpiciis factum eſt. Atqui Mathilda jam anno 1115. deceſſerat, decem annos ante, quam ad imperium adſpiraſſet Lotharius. Ergo prius floruit Bononiæ juris prudentiæ Rom. ſtudium, quam Lotharius imperavit.

tamquam ad mercatum ſapientiæ civilis, eo confluerent: reduces in ſuam quique patriam, & ſummis in toga dignitatibus aucti, tantum juri Romano auctoritatis conciliarunt, ut illo paſſim tamquam ſubſidiario uterentur, ipſaque inſtrumenta ſua ad ejus juris regulas anxia diligentia componerent.

§. 57. Sane Seldenus *in Diſſ. ad Flet. c. 7. §. 11. ſequ.* præclare oſtendit, eodem tempore, quo Bononiæ reflorefcere cœperint ſtudia juris, non modo *Codicem Theodoſianum*, ſed mutilum, una cum *Novellis* Theodoſii, Caii *Inſtitutionibus*, & Paulli *Sententiis* in Anglia edidiſſe Guilielmum Malmesburienſem: ſed & non multo poſt regnante Stephano, Theobaldum, primatem, *Juſtinianeum corpus* eo transvehendum curaſſe. Joan. Sarisber. *in Policrat. lib. 8. cap. 22.* Id deinde publice ibi cum applauſu expoſuit Rogerius Vacarius, gente Langobardus, coævus Irnerio, Martino, Bulgaro, JCtis, & poſtea abbas Beccenſis, ſed edicto demum regio Stephani, teſte eodem Jo. Sarisber. & Rog. Baconio, prohibitus. Nihilominus tamen *Deo faciente*, ut Sariſberienſis verbis utamur, *eo magis virtus legis invaluit, quo eam amplius nitebatur impietas infirmare* *.

§. 58. Paullo poſt & in Galliam penetravit Romana juris prudentia. PLACENTINUM enim in Monte Peſſulano jus docuiſſe, teſtis eſt PanciroI. *de clar. leg. interpr. l. 2. c. 20.* Et hinc jam a ſæculo duodecimo haud pauca, in Aquitania ſaltim & Narbonenſi provincia, exſtant juris Romani veſtigia, quæ adcurate

Aa 2 ſuo

* A Stephani regis temporibus, qui anno 1154. deceſſit, diutiſſime juris Romani uſum in Anglia viguiſſe, & ſub Eduardi demum 3. regis initia, id eſt, circa annum 1327. evanuiſſe, toto *capite* 8. *Diſſertationis ad Fletam* ſolide demonſtrat Seldenus *p. 1093. Vol. 2. Oper.* ut dici poſſit, prius, quam pleraſque alias gentes Europæas, & recepiſſe jus Romanum Anglos, & eidem nuncium miſiſſe.

ſuo more conſectatus eſt vir doctiſſimus, M. Ant. Dominicus *de prærog. allod. cap.* 20. §. 1. Circa ea ſane tempora Petrus, comes Melgorienſis, in charta profitetur :] *ſi quis autem heredum aut ſucceſſorum meorum contra hanc donationis & confirmationis auctoritatem inſurgere præſumtuoſe, & obviare, quod abſit, attentaverit, non valeat vindicare, quod injuſte repetit, & perſolvat mulctam, quam SANCTA LEX ROMANA per Theodoſium, Arcadium & Honorium promulgata decrevit.* Ubi donatorem in animo habuiſſe *l.* 34. *C. Th. de epiſcop. & cler.* res ipſa docet. Et apud Guil. Briton. *Philippid. II. v.* 45. *ſeq.* anno 1184. ita inter ſe, allegatis juris Romani rationibus, contendunt Philippus rex Franciæ & Flandriæ Comes *, ut ad *v.* 55. notet Barthius *p.* 91. *vides juris civilis non ignaros, quod tum per ſcholas jam regnabat.*

§. 59.

* Sunt ſane memorabilia hæc utriuſque argumenta, quæ, quia Guillermus ille non eſt in omnium manibus, paucis excerpere juvabit. Comes primo urget, patrem ſibi caſtra donaſſe, quæ jam rex repetat, atque inde colligit, ſe iis jus in re conſequutum. Hinc *v.* 40.

*His veris titulis mihi jus adquiritur in re,*
*Quam repetis.*

Deinde addit, ſe poſſeſſorem ne edere quidem titulum teneri, tamdiu rem habiturum, quamdiu rex illam ſuam eſſe, nondum probaverit. §. 4. *Inſt. de interd.* Eo pertinent *v.* 45. *ſequ.*

*Eſto, quod nullum jus ſit mihi rebus in iſtis,*
*Ut loquar abſque meæ præjudicio rationis :*
POSSIDEO *tamen hæc per teque tuumque parentem,*
*Juſque mihi defendit in his poſſeſſio ſola.*
*Nam poſſeſſorem compelli dicere, quo rem*
*Poſſideat titulo, nimis incivile videtur.*

Præterea ſe jam res illas uſucepiſſe, contendit *v.* 52. *ſeqq.*

*Quum res a dominis licite data ſit mihi veris.*

Sic

§. 59. Ex Gallia facile id jus in Burgundiam, juris Germanici regnum, penetravit. Id quod maxime patet ex Guichenonii *Bibliotheca Sebuſiana*, in qua jam hoc ſæculo occurrunt diplomata, juris civilis Juſtiniani gemmulis diſtincta. Quale eſt illud *Cent.* 1. *num.* 81. Fridrici I. imp. anno 1157. conſcrtptum, in quo mentio fit *meri & mixti imperii*, *conditorum teſtamentorum*, *heredum inſtitutorum*, *dotis conſtitutæ*, *legati facti*, & ſimilium, quæ ex jure Romano eſſe, nemo non videt. Quin & Hiſpanis eodem tempore innotuiſſe videntur leges Romanæ *, quippe ſæculo



*Sic* bona *nempe FIDES, TITULUS ſic JUSTUS ab omni*
*Excuſat culpa noſtri fundamina juris.*

Denique nec id omittit, neminem ſine facto & culpa ſua dominium amittere debere, *v.* 55. *ſequ.*

*Nec tibi jus neſcire licet, quo nemo ſibi rem,*
*Juſte collatam, ſine culpa amittere debet.*

Sic & rex comiti ex jure Romano obvertit exceptiones varias, e. g. poſſidere comitem precario: *v.* 60. *ſequ.* ſe quidem illi diploma dediſſe, ſed adhuc minorennem: *v.* 63. *ſequ.* Quin enarrata poſtea ipſius comitis, rem donatam donatario propter donatoris minorennitatem abjudicantis, ſententia, ad partes vocat edictum: quod quisque juris in alterum, *v.* 78. *ſequ.*

*Vis aliis aliud, aliud tibi dicere juris?*
*Abſit: quam tuleris, legem patiaris, oportet.*

Quis ſibi audire videatur regem & comitem, ac non potius binos cauſſidicos, ex jure Romano inter ſe diſceptantes? Ad idem edictum triennio ante provocare videmus. Matth. Pariſ. *ad ann.* 1181. *quod quiſque juris in alterum ſtatuerit, uti debet eodem.* Adeo jam eo tempore aulæ curiæque perſonabant hujus modi juris civilis Romani regulis.

* Immo multo prius ipſo ſæculo 11. ſi fides Hiſpanis ſcriptoribus. Nam de Sanctio 4. Arragonenſium rege, qui Ramiro I. anno 1067. ſucceſſit, ſcribit Mariana *de reb. Hiſp. l.* 9. *c.* 7. *Sanctium, Romani ſucceſſorem, memorant Gothicas leges abrogaſſe, Barcinonis exemplo ſcilicet: ſanxiſſe* Cæsareas, *& ſecundum eas populis jura dari.* Add. Herm. Conring. *de orig. jur. Germ. c.* 3.

inſequente XIII. iis tam familiares, ut Alphonſus X. Caſtiliæ rex, conficiens legum corpus, quod PARTITAS Hiſpani vocant, permulta ex jure Romano deſumſerit. Vid. Art. Duckius *de uſu & auctor. jur. Rom. l.* 2. *c.* 7.

§. 60. Non mirum ergo, ſi ſenſim etiam in Germaniam noſtram viam ſibi munivit jus Romanum, tanto ubique plauſu receptum. Nam & in ea legum Doctores & juris periti ad ſummas in Eccleſia, aulis, & foris dignitates adſpirabant, & Imperatores ac reges ipſi, a Pontificibus Romanis exagitati, favebant JCtis, in quibus ſibi haud parum præſidii poſitum exiſtimabant adverſus pontificum injurias, & ipſa denique conſilia Pontificum Rom. jus canonicum obtrudentium regnis ac rebus publicis Chriſtianis, non felicius turbari poſſe videbantur, quam ſi jura Romana civilia in foris ac gymnaſiis dominarentur *.

§. 61. Gliſcente enim juris Romani uſu, DECRETUM, ſeu CONCORDIAM, DISCORDANTIUM CANONUM, circa annum 1152. ex Dionyſio Exiguo, Iſidoro, Ivone, Burchardo, aliisque canonum collectoribus, compilavit GRATIANUS, patria Cluſinus, non Romanæ Ec-

* Quanti tum fieri cœperint juris periti, vel inde patet, quod in Henrici 6. Imp. laudibus poneretur, *quod fuerit dotibus inſignitus ſcientiæ liberalis, & floribus eloquentiæ redimitus, & eruditus apoſtolicis inſtitutis, & legibus imperatoriæ majeſtatis*, Alberic. monach. *in Chron. ad annum* 1185. quodque Bertholdo anno 1179. ad Archiepiſcopatum Bremenſem evecto, præcipue profuerit *decretorum legumque peritia*: Anon. *Hiſtor. Epiſc. Brem. pag.* 94. Fridericum porro imp. ſibi quam maxime conciliare ſtuduiſſe JCtos, ſatis patet ex illius imp. oratione apud Radevic. *in Vita Fridrici I. II.* 3. & ex iis, quæ de dominio mundi cum Bulgaro & Martino colloquutus eſt apud Ottonem & Acerbum Moren. *de reb. Laudenſ. ad annum* 1158. apud Leibnit. *Script. rer. Brunſuic. Tom. I. pag.* 818. ubi etiam in jura regalia Imperatorem per magiſtros Bononienſes & judices univerſarum Lombardiæ civitatum inquiſiviſſe, legimus.

Eccleſiæ Cardinalis, quod viſum Alberico monacho *in Chron. ad annum* 1146. ſed monachus Benedictinus Claſtenſis, qui, ut eo commodius hunc laborem exantlaret, Bononiam in Monaſterium S. Felicis ſeceſſerat *. Chiflet. *Diſſ. apolog. cap.* 5. §. 4. Panciról. *de clar. leg. interpr. lib.* 3. *cap.* 2. Ger. Maſtricht *Hiſt. jur. Eccleſ. n.* 318. *ſequ.* Huic Canonum corpori acceſſere variæ additiones, quæ PALEÆ canoniſtis vocantur, quas diverſis temporibus primum exemplarium adſcriptas marginibus, poſtea in ipſum textum migraſſe, codicum MSC. fide probarunt Pithœi fratres *in præfatione editioni ſuæ præmiſſa*.

§. 62. Quamvis vero privatum hoc monachi opus non eo judicio ac cura confectum ſit, ut nomen *concordiæ diſcordantium canonum* ſine rubore ſuſtineat, Ziegl. *Diſſ. prælim. ad Lancell.* §. 38. nec a Pontifice aliquo umquam juris robur acceperit: nihil tamen reliqui fecerunt Pontifices, ut illud gentibus omnibus obtruderent, licet irrito aliquamdiu conatu, quum tot experimentis moniti reges & principes non poſſent non ſubolfacere, quid ea legislatione adfectet aula Romana *. Maluerunt ergo juris Juſtinianei ſtudia evehere, quam collum ſubmittere jugo illi Pontificis Romani duriſſimo. Selden. *in Diſſ. ad Fletam cap.* 6. §. 5. *p.* 1078.



* Ibi & mortuus dicitur. Exſtat ſane ibi ad ſacellum S. Sebaſtiani monimentum, cum ab aliis, tum a Val. Forſtero *in Hiſt. jur. civ. lib.* 2. *cap.* 7. editum, recentius illud quidem, & a Jo. Franc. Aldobrando anno 1498. poſitum, ſed ideo non contemnendum, quod ex vetere carie ruderibusque obruto deſcriptum ſit. In eo dicitur *Cluſinus, Cæſarei juris & pontificii enucleator prope divinus, monachus in martyrum Felicis & Naboris æde, ubi abſolutiſſimum opus decretorum anno gratiæ* 1151. *compilarit*.

* Probavit hoc laudatus Seldenus inſigni loco Orderici Vitalis *Hiſt. Eccleſ. lib.* 13. *pag.* 919. qui verba faciens de concilio generali ab Innocentio II. Papa anno 1139. Romæ habito, illisque qui illuc confluxerant: *multa eis*, inquit,

§. 63. Inde factum, ut jam ſæculo 12. multoque magis inſequente in Germania paſſim provocetur ad jus civile Juſtinianeum, quamvis, quum in Epiſcoporum curiis & Decreto aliquis locus eſſet, ſimul jus canonicum non exigui uſus haberetur. Collegerunt ex variis diplomatibus & ſcriptoribus rerum Germanicarum ejus modi formulas, Hertius *de conſult. leg. & judic.* §. 14. Boehmerus *in jur. Eccleſ. Proteſt. l. 1. tit. 2.* §. 48. Struv. *Hiſt. jur. l. 6. c. 39. p. 529. ſeqq.* ex quibus patet, Germanos a ſæc. 12. actus ſuos civiles ad utriusque juris normam componere cœpiſſe. Quum vero & nobis, quantum per negotia licuit, inquirentibus talia quædam in manus inciderint: ea cum reliquis ſecundum temporis ſeriem diſponere non pigebit, ita tamen, ut & Burgundici regni, quod tum Germanico unitum erat, ſimul habeamus rationem.

§. 64. Et ſæculo 12. non niſi pauca adferre licet, ſed inſignia. Anno enim 1150. apud Guichenon. *Bibl. Sebuſ. Cent.* 2. 54. contrahentes renunciant *exceptioni non numeratæ pecuniæ, & non habitæ, & omni LEGUM & CANONUM auxilio, ſuper hoc competenti, vel competituro*. Paullo poſt, anno 1157. in diplomate Fridrici I. Imp. mentionem fieri *meri & mixti imperii*,

quit, *Papa de priſcis codicibus propalavit, inſignemque SACRORUM DECRETORUM TEXTUM congeſſit. Sed nimis abundans per univerſum orbem nequitia terrigenarum, corda contra Eccleſiaſtica ſcita obduravit. Unde remeantibus ad ſua magiſtris apoſtolica decreta paſſim per regna divulgata ſunt. Sed nihil, ut manifeſto patet, oppreſſis & opem deſiderantibus profuerunt, quoniam a PRINCIPIBUS & OPTIMATIBUS REGNORUM cum ſubjectis plebibus parvi penſa ſunt.* Quum vero eo tempore in lucem nondum prodiiſſet Decretum Gratiani: intelligenda eſt alia Decretorum collectio, ipſius Innocentii Papæ II. juſſu confecta, niſi cum Bellarmino ſuſpicari malis, Gratianum jam ab anno 1127. in adornando eo opere deſudaſſe. Potuit ergo Innocentius hoc ipſum opus, licet nondum ſuis numeris abſolutum, concilii patribus commendaſſe.

*perii, conditi teſtamenti, heredis inſtituti, facti legati*, jam ſupra (§. 59.) ex ejusdem Guichenonii *Bibliotheca Sebuſiana Cent.* 1. 81. oſtendimus. Anno 1179. in diſſidio Volcmari & Rudolphi, diviſis ſuffragiis ad Archiepiſcopatum Treverenſem evectorum, Volcmarus *ſequebatur curiam Romanam, pro eoque eſſe videbatur juſtitia CANONUM, quam LEGISTÆ pro parte Rudolph. legum jura ſtare*, contenderent. Arnold. Lubec. *Chron. Slav. l.* 3. *c.* 10. Anno 1179. Bertholdum, Archiep. Bremenſem, ac demum anno 1185. Henricum VI. Imp. a decretorum legumque peritia commendatos eſſe, jam ſupra (§. *60.**) monuimus *.

§. 65. Inſequens vero ſæculum 13. hujus modi teſtimoniorum inſignem dat proventum. Anno enim 1209. capitulum Lugdunenſe ab Eccleſia Cluniacenſi ſibi ſtipulatur ſervitutem non altius tollendi, Guichen. *Bibl. Sebuſ. Cent.* 2. *n.* 15. Anno 1224. apud Schatenium *Annal. Paderborn. l.* 13. occurrit ſententia, quæ plane hodiernum litigandi modum redolet *. Anno 1235. apud Guichen. *Cent.* 2. *n.* 96. reperimus contractum venditionis, in quo præter alia de pretio in rem verſo reperimus formulam: *renunciantes certa ſcientia exceptioni minoris pretii, non numeratæ pecuniæ, & non habitæ, & privilegio fori, & exceptioni doli, & errori in fa-*

* Addi poteſt teſtamentum vel inſtrumentum comitis Homburgenſis Mathildis, ſcriptum anno 1175. in quo monaſterio Salivallenſi *palam, publice & expreſſe, pure & libere, & ſimpliciter donatione pura, mera, valida, & irrevocabili, quæ dicitur INTER VIVOS pagum nomine Bourmont*. Addit ſub finem, ſe adhibuiſſe *notarium publicum & teſtes ad præmiſſa vocatos ſpecialiter atque rogatos*. Calmet *Probat. Hiſt. Eccleſ. Lotharing. Tom.* 2. *pag.* 409. Quæ omnia juris Romani cautiones ſapere, nemo negaverit.

* Sic & anno 1231. Henricus, comes Barrenſis, in pactis dotalibus cum Margaretha Lucerbugica initis, quædam *decernenda* eſſe monet *per duos* DOCTORES, nec adſenſum utriusque pactis ad hoc electos. Calmet. *Probat. hiſt.* Eccleſ. *Lothar. Tom.* 2. *p.* 446.

*factum*, *&* *omni auxilio* LEGUM *&* CANONUM, *&* *omni juri ſcripto & non ſcripto*. Qualis renunciatio, *exceptionum doli*, *in factum*, *reſtitutionis in integrum*, etiam anno 1246. occurrit *Cent.* 8. *n.* 98. quemadmodum anno 1244. apud eumdem *Cent.* 1. *n.* 98. permutatio quædam fit *de conſilio* JURIS PERITORUM, *&* *amicorum*. Et apud Leibnit. *Cod. jur. gent. Part.* 1. *p.* 16. habetur eodem anno conditum teſtamentum Joannæ, comitis Flandriæ & Hannoniæ, in quo *clauſula codicillaris*, *conſtitutio teſtamentorum*, *teſtium ſubſcriptio & ſubſignatio*.

§. 66. Talia vero & adultum jam ſæculum 13. ad finem ejusdem complura reliquit. In charta enim anni 1252. Rudolphus landgravius Alſatiæ, apud Guillemann. *Habsburg. lib.* 6. *cap.* 4. *enunciat omni juris ſubſidio* CANONICI *&* CIVILIS, *conſuetudinibus*, *conſtitutionibus editis & edendis*, & anno 1259. *donationis propter nuptias*, ſuæque *ad evictionem obligationis* meminit in charta apud eumdem *lib.* 6. *cap.* 2. Anno 1266. Simon, Epiſcopus Paderb. apud Schaten. *lib.* 11. *pag.* 112. provocat ad *conſtitutiones* LEGALES *&* CANONICAS *, & anno inſequente Rudolphus, comes Tubingenſis, *renunciat omni juri* CANONICO *ſeu* CIVILI, *in Monim. Vurtemb. de monaſt. Blaubeuren. n.* 3. Similes renunciationes inſertas reperimus anno 1276. diplomati ducum Slavorum & Epiſcopi Camin. apud Rangon. *in Pomeran. dipl. p.* 245. anno 1278. chartæ Hermanni, comitis de Sulze, in *Monim. Wartemb. Part* 1. *p.* 255. anno 1280. litteris Rudolphi, regis Rom. apud Gewold. *in Antich. ad Marqu. Freher. litt. B.* anno 1281. ejusdem diplomati apud Toelner. *in Cod. dipl. Pal. n.* 112. *p.* 78. anno

1283.

* Eodem anno Robertus, Epiſcopus Verdunenſis, apud Foppenſium *in Supplem. Mir. p.* 863. renunciat *privilegio clericatus & fori*, *conſuetudini & ſtatuto*, *beneficii reſtitutionis in integrum*, *& omnibus exceptionibus generalibus & ſpecialibus*.

1283. tabulis capituli Ratiſponenſis apud Hund. *Metrop. Salisburg. Tom.* 1. *p.* 178. anno 1290. & 1292. chartis, productis *in Deduct. Stolb. n.* 7. anno 1296. fœderi inter Eduardum, regem Angliæ, & Guidonem, Flandriæ comitem, initio, apud Leibnit. *Cod. jur. gent. Tom.* 1. *p.* 39. ** & denique anno 1298. chartæ apud Jo. Petr. de Ludewig, *Reliquiar. Tom.* 5. *p.* 445.

§. 67. Et hæc quidem teſtimonia, quorum multo plura, ſi otium eſſet, accumulare facile potuiſſemus, ſatis ſuperque indicant, jam ab ipſis Lotharii temporibus utrumque jus, canonicum & civile, etiam in Germaniam paullatim penetraſſe, adeoque non parum falli, quæ ſæculo demum 15. illud in academias primum, ac poſtea in forum, irrupiſſe exiſtimant cum doctiſſimo Conringio *de orig. jur. Germ. cap.* 32. Nec tenuia tum ejus rei initia fuerunt, ut ſibi perſuadet vir doctiſſimus: ſed certis argumentis conſtat, jam illis temporibus in ipſo foro rationem utriusque juris eſſe habitam *.

§. 68. Unde non mirandum, maxima incrementa juris ſtudium ſæculo 14. cepiſſe in univerſa Germania. Tunc enim inter domeſticos & palatinos Balduini, Archiep. Treverenſis, quem anno 1308. electum conſtat, primo ſtatim loco recenſentur LEGISTÆ & CANONISTÆ. *Auct. geſt. Balduini lib.* 1. *cap.* 12. Biennio ante mentio fit *actionum perſonalium*, *realium*, *& mixta-*

** Anno 1297. Fridricus, Lotharingiæ dux, condidit teſtamentum plane ex juris Romani formula, adeo ut ne ſeptem quidem teſtium rogationem & ſigilla omiſerit. Exſtat illud apud Calmet, *Probat. hiſt. Eccleſ. Lotharing. Tom.* 2. *pag.* 546.

* Ludewigius enim in *Programmate, von Verbeſſerung des Deutſchen Lehen-Rechts, p.* 14. chartam edidit, ex qua adparet, comitem Schwartzburgicum, judicem auſtregalem inter electorem Brandeburgicum & Archiep. Magdeb. electum, auditis partibus, cognitaque cauſſa, noluiſſe tamen ſententiam ferre, niſi *advocatis prius Romani juris peritis*.

*tarum* apud Leibnit. *Cod. jur. gent. Tom.* 1. *p.* 113. Anno 1333. celebratur Udalricus de Auguſta. Imperatoris ſcriba ſecretus, homo in utroque jure peritus. Trithem. *Chron. Hirſauh. ad ann.* 1333. Anno ſequente chartæ Humberti, Delphini Viennenſis, ſubſcribit Amblardus de Bellomonte, JURIS CIVILIS PROFESSOR, protonotarius Delphinatus. Guichenon. *Biblioth. Sebuſ. Cent.* 2. *n.* 18. In decreto Renſenſi anno 1338. de juribus electorum dicitur: *hæc veriſſima eſſe, convenit inter omnes annalium, rerum humanarum divinarumque peritos, atque jam ſæpius,* UTRIUSQUE JURIS, CÆSAREI *atque* PONTIFICII, *cæleſtis theſauri teſtimoniis comprobatum eſt.* Goldaſt. *Tom.* 3. *Conſt. Imp. p.* 409. Teſtamentum Henrici, Ep. Lubec. anno 1340. plane ad juris Rom. formulas conditum ex chartulario Lubecenſi eruit Boehmer. *Jur. Eccleſ. lib.* 1. *tit.* 2. §. 47. *p.* 115. In charta de anno 1343. memorantur ſubſtitutio teſtamentaria, ſtipulatio ſollemnis, donatio inter vivos, apud Guichen. *Biblioth. Sebuſ. Cent.* 2. *n.* 22. *Emancipationis ſolemnis* Philippi, ducis Burgundiæ, exemplum eſt apud Leibnit. *Cod. dipl. jur. gent. Tom.* 1. *p.* 221. In academia Viennenſi anno 1365. fuere *profeſſores juris* CANONICI *&* CIVILIS. Lambec. *Bibl. Vindob.* 2. 5. *p.* 85. 164. *ſequ.* Ut jam non accumulemus innumeras formulas, quibus juris utriusque beneficiis annis fere ſingulis hujus ſæculi nuncium miſerunt Germani noſtri *.

* Tales formulas hic tantum per lancem ſaturam indicabimus. Occurrunt ejusmodi renunciationes, factæ anno 1305. Leibnit. *Cod. dipl. jur. gent. Tom.* 1. *p.* 113. anno 1306. *in der Valdeckiſchen Ehren Rettung. n.* 36. *p.* 3. anno 1311. & 1318. in chartulario Lubecenſi, de quo Boehmer. Jur. *Eccleſ. Proteſt. lib.* 1. *tit.* 2. §. 47. *p.* 115. anno 1319. apud Ludewig. *Reliq. MSC. Tom.* 6. *p.* 4. 6. anno 1324. apud Schaten. *Annal. Paderb. lib.* 13. *p.* 360. anno 1328. apud Leibn. *Tom.* 1. *pag.* 128. anno 1330. & 1331. apud Ludewig. *Reliqu. Tom.* 5. *pag.* 553. *&* 625. anno 1338. & ſequente apud eumdem T. 5. *p.* 546. 548. 630. 639. 565. anno 1341. apud Leibnit. *Tom.* 1. *pag.*

§. 69. Quo magis vero fervebant hi ſæculis juris civilis ſtudia: eo magis de eccleſiaſtici incrementis ſollicitus erat Pontifex Romanus. Hic poſt varias ISIDORI MERCATORIS, JARLANDI, ipſorumque pontificum collectiones Gregorius PP. IX. circa annum 1230. per RAYMUNDUM DE PENNA FORTI, capellanum ſuum, compilavit DECRETALIUM libros quinque: Matth. Pariſ. *ad annum* 1235. Jo. Chifflet. *de utriuſque juris architect. c. 6.* Ziegl. *in Diſſ. prælim. ad Lancell.* §. 51. *ſeqq.* cui poſtea anno 1298. librum 6. eodem modo in libros 5. diviſum adjecit Bonifacius Papa VIII. Henr. Stero *in Annal. ad annum* 1297. eumque cum ſuperioribus in fora & academias introduci juſſit, quamvis in Gallia auctoritatem minime obtinuerit. Vid. Franc. Duaren. *præf. libri de ſacroſ. eccleſ. miniſt.* Iis ſeculi ſequentis anno XIII. acceſſere CLEMENTINARUM itidem libri V. a Clemente PP. V. ita adpellatæ, Baluz. *de pap. Avenion. pag.* 60. & EXTRAVAGANTES tum JOANNIS PP. XXII. anno 1340. tum COMMUNES, exeunte ſæculo XV. collectæ *. Ziegl. *Diſſ. prælim. ad Lancell.* §. 58.

§. 70.

*pag.* 154. anno 1356. apud Ludewig. *Tom.* 5. *p.* 518. anno 1367. in *Monim. Vvurtemb. Par.* 1. *pag.* 917. anno 1377. apud Schathen. *Annal. Paderb. pag.* 399. Nos ſpeciminis loco adferemus renunciationem talem Stephani Palatini com. Rheni & ducis Bavariæ, ex diplomate anno 1338. ſcripto editoque a Gewaldo *Antith. ad Marqu. Freber*, *edito*, *pag.* 20. quia & Germanica eſt, & maxime ſingularis: *ob wir oder der deheiner, dez Got nicht engeb, al. khranck weren das wir oder ihr deheiner dawider teten, odor thuen wolden, uns dawider nit behelffen mit deheiner diſpenſation, abſolution, relaxation, abolition, in integrum reſtitution, deheinerlay beneficio, wie daz genant ſey, etx khom, etz geſchech umb unſer odor ander leut beth, oder daz man nennet ze Latein ex officio.* Ubi quædam ad jus civile, alia ad jus canonicum pertinere, unusquisque intelligit.

* Librum ſextum Decretalium juſſu Bonifacii PP. VIII. collegerunt Guill. de Mandagollo, archiep. Ebrodunen-

ſis,

§. 70. At non tamen ideo nuncium juribus patriis mittebant Germani, ſed juribus his peregrinis tantum utebantur, tamquam illorum ſupplemento. Quin erant, qui ægre ferrent, has lacinias juri Germanico adſui, ac proinde illud conſervare omni ope niterentur. Quo factum, ut ipſi reges Germaniæque ordines leges veteres in uſum revocare, conſuetudinesque litteris mandare ſtuderent, & ſubinde novas conderent, quibus obex quodammodo poneretur peregrinis iſtis juribus.

§. 71. Imperarores & reges ipſos cum imperii ordinibus de conſervando jure patrio fuiſſe ſollicitos, primo inde patet, quod his ſæculi non ſemel publica lege caverunt, ut juri antiquo patrio ſua conſtaret auctoritas. Sub Ottone enim IV. imp. anno 1208. in comitiis Francofurtanis ſancitum, *ut omnia jura a Carolo M. inſtituta obſervarentur, tenerenturque* *. Godofred. Monach. *in Chron. ad annnm* 1208. Anno 1225. in comitiis Moguntinis celeberrimis, teſte eodem Godofredo, *pax jurata, vetera jura ſtabilita, nova ſtatuta, & Teutonico ſermone in membrana ſcripta omnibus pu-*

ſis, Berengarius Fredo, Biterenſis epiſc. & Magiſter Richardus de Senis S. R. E. vicecancellarius. CLEMENTINAS mortuo demum Clemente Papa V. promulgavit anno 1313. Joannes PP. XXII. Idem pontifex anno 1325. Extravagantes edidit, nec tamen eas ſpeciali reſcripto ad univerſitates miſſo confirmavit. Communes privati hominis ſtudio collectas eſſe poſt annum 1483. ex c. 2. *de reliqu. & vener. ſanct.* colligitur. Vid. Nic. Freroti *Paratitla ſexti Decret. Clementinar. Extravag. & extrav. commun.*

* Nec tamen hic intelligenda videntur capitularia, ſed leges Saxonibus, aliisque gentibus Germanicis a Carolo M. latæ. Et jam fere in conſuetudinem res abierat apud Germanos, ut quævis pæne gens mores ſuos ac privilegia Carolo M. tribueret. Exempla in jure tum provinciali Saxonico, tum Weichbildico, itemque apud Friſios, aliasque gentes ubique occurrunt. Conring. *de orig. jur. Germ. c.* 13. Gryphiander *de VVeichbild c.* 54.

*publicata*. Quod vetuſtiſſimum legis, patria lingua ſcriptæ, monimentum edidit Goldaſt. *Part.* 2. *der Reichs-Satzunger*, *pag.* 17. Eodem fervore legum patriarum uſum firmatum animadvertimus a Rudolpho Habsburgico, in comitiis non ſolum Herbipolitanis, anno 1287. ſed & Spirenſibus anno 1291. apud Lehmann. *in Chron. Spir. l.* 5. 108.

§. 72. Deinde ipſos imperatores principum conſilio a Lotharii temporibus frequentius tuliſſe leges novas, easque ſcriptas promulgaſſe in imperio, ſatis conſtat. Tales fuere leges Friderici I. feudales, de quibus Radevic. *de geſt. Friderici I. imp. l.* 2. *c.* 7. *: tales ejusdem conſtitutiones apud Goldaſt. *Conſtit. imp. tom.* 3. *p.* 330. Talis ejus *pax publica*, in comitiis Norimbergenſibus anno 1187. publicata, de qua Abb. Urſp. *ad annum* 1187. & Dattius *de pace publ. c.* 2. §. 69. *p.* 19. Superſunt & aliquot leges Ottonis IV. apud Goldaſt. *Conſtit. imp. tom.* 3 *p.* 371. Friderici II. de quibus Pfeffing. *in Vitriar. illuſtr. l.* 1. *c.* 2. *p.* 67. Ut alia hujus generis omittamus. Mirandum enim profecto, collectiones Receſſuum imperii antiquiorem nullam exhibere, quam ex ſæculo XV. in cujus rei cauſſas inquirit Jo. Petr. a Ludewig *in Comment. ad Aur. Bullam*, *Tom.* 1. *p.* 15.

§. 73. Denique tam certum, quam quod certiſſimum eſt, non aliam ob cauſſam ab his temporibus ſcribi cœpiſſe tot leges provinciales ac ſtatuta, quam ut irruentibus in forum juribus iſtis peregrinis obicem ponerent principes ac civitates. Jac. Frid. Ludov. *Proœm. Spec. Sax.* §. 12. *ſeq.* Nec alio pertinent illa Repkovii *Lib.* 1. *art.* 3. *Der Papſt mag kein Recht ſetzen*, *da er unſer*

* In primis huc pertinet libellus de BENEFICIIS, quem dudum a Joan. Havichorſtio Col. 1569. editum, tamquam ἀνέκδοτον edidit Thomaſius *in Selectis feudalibus*. De hujus vero libri ætate, quæ dicenda erant, jam *in præfatione prima* diximus.

*unſer Landrecht oder Lehen-Recht mit aendern oder kraencken moege* *. Eo conſilio ſæculo XII. ad ſcribendum Speculum Saxonicum EPKONEM DE REPKAU excitavit HOYERUS A FALKENSTEIN : eodem ſcriptum eſt SPECULUM SUEVICUM , totque ex eo tempore condita ſunt jura provincialia & municipalia ſtatuta, ut tædioſum eſſet eorum numerum inire.

§. 74. Quod Speculum Saxonicum attinet, auctoris utriusque ætatem nos ignorare haud patiuntur tot chartæ ac diplomata, in quibus commemorantur. Teſtis enim citatur HOYERUS COMES A FALKENSTEIN anno 1215. apud Beckmann. *Hiſtor. Anhalt. part. 3. l. 2. p.* 213. & anno 1219. in charta alia Henrici, comitis de Aſcherſleve, apud Leukfeld. *Antiquit. Pold. p.* 288. eique jungitur HECCO vel EICO de REPKAU vel REPECHOVE. Idemque HOYERUS laudatur anno 1230. 1233. & 1241. in diplomatibus quibusdam apud Ketner. *in Antiqu. Quedl. pag.* 219. 260. *&* 264. *& in Dipl. Quedl. p.* 254. 256. *ſeqq.* 261. 264. 266. *ſequ.* 273. 279. 332. adeoque nullum eſt dubium, quin iisdem circiter temporibus compilatum a Repkovio ſit SPECULUM ſeu JUS PROVINCIALE SAXONICUM *.

§. 75.

* Paullo ante enim innoteſcere in hoc terrarum tractu cœperant pontificum Decretales, iisque monachi Montis Sereni prope Halam noſtram primum uſi ſunt circa annum 1205. ad quem in *Chronico Montis Sereni p.* 79. *edit. Maderi* hæc legimus: *ad hoc primum tempus fratres Sereni Montis adpellationis & verborum Decretalium, eis adhuc ignotorum, uſum habere cœperunt, quarum rerum præfati Tiderici electores a Bertholdo Merſerburgenſi præpoſito & Henrico, ejus fratre, informati auctores fuerunt.* Qui ſane locus notatu digniſſimus hic non fuit prætermittendus.

* Et quidem inter annum 1215. & 1235. Nam *Jur. prov. Sax. l.* 1. *art.* 3. mentio fit *cap. non debet. X. de conſ. & adfin.* quod anno 1215. ab Innocentio PP. III. in concilio generali latum eſt. Ergo poſt illum annum perpolitum eſſe opportet, hoc ſpeculum. Deinde *l.* 3. *art.* 62. enumeran-

§. 75. Quamvis vero multi hujus Speculi nævi ſint, multæ nugæ ac næniæ, maxime, ubi aut philoſophatur auctor, aut hiſtoricum agit, aut jus publicum Germanicum exponere conatur: fatendum tamen eſt, Repkovium laudabili induſtria collegiſſe juris privati patrii, per univerſam Germaniam inferiorem recepti, reliquias *. Unde huic Repkovii induſtriæ reliquos ejus nævos, ſæculo, quo ſcripſit, proprios, facile condonamus. Quod vero & ex jure canonico & civili Romano quædam immiſcuit, (vid. *Jus prov. Sax. l.* 2. *art.* 63. *l.* 1. *art.* 37. *l.* 2. *art.* 56.) novo argumento eſt, jura illa peregrina jam tum Germanis haud ignota fuiſſe.

§. 76. Ipſe Repkovius fatetur, initio ſe hoc opus Latine ſcripſiſſe, poſteaque non ſine difficultate illud in linguam vernaculam tranſtuliſſe. *Præf. rhitmica Spec. Sax.* Exſtat & hodie, Latinum exemplar, quod tamen non eſt a Repkovio, ſed ab homine peregrino, & fortaſſis Polono, neſcio quo, ſiquidem hic interpres, quisquis ſit, ne intellexiſſe quidem ſatis videtur linguam Germanicam. Schilter. *Prax. jur. Rom. Exerc.* 16. §. 35. Authenticum hoc exemplar lingua Sa-

 xoni-

rantur feuda imperii vexillaria, in quibus locum non invenit ducatus Brunſuicenſis & Luneburgicus: qui quum anno 1235. inſtitutus ſit a Friderico II. conſequens eſt, ut ante hunc annum opus ſuum abſolverit. Conring. *de orig. jur. German. cap.* 30.

* Teſtis eſt ipſe Repkovius *in præf. rythm.*

*Dies Recht hab ich nicht erdacht,*
*Es habens vor Alten auf uns bracht,*
*Unſere gute Vorfahren.*

Et pleraque ſane, quæ in hoc Speculo traduntur legibus veterum Saxonum, Friſiorum, Angliorum, Francorum, quin & Normannorum pæne gemina eſſe, legg. Gaertnerus in *edit. Saxonic. & Friſiorum* multis exemplis oſtendit. Quin & nos poſtea multo plura ac luculentiora hujus conſenſus ſpecimina dediſſe videmur in *Elementis juris Germanici*.

xonica antiqua, qualis in ducatu Magdeb. & univerſa inferiori Saxonia tum fuit, ſcriptum eſt, ceu & tot codices MSCi, & editiones veteres, teſtantur. At demum in dialectum Miſnicam illud tranſtulerunt WOLFGANGUS LOSS, civis Fribergenſis, & CHRISTOPH. ZOBEL *. Codices MSSC. qui paſſim repe: riuntur, variasque operis editiones cum cura recenſuere Gryphiander, Lambecius, Werlhoffius, Hertius, Struvius, Ludovici, Gaertnerus, quas repetere hic brevitas vetat & inſtituti ratio.

§. 77. Acceſſit & JUS FEUDALE SAXONICUM, quod in codicibus MSSC. juri provinciali plerumque, tamquam liber quartus, adjungitur, & idem auctori EPKONI DE REPKAU tribuitur. Ejusdem ſane illud ætatis videtur, eumdemque ſtilum & methodum præfert, quam in jure provinciali obſervamus, ut nihil prohibeat, quo minus EPKONI tribuatur. De eo plura dixit Jac. Frid. Ludovici *in Proleg. jur. feud. Sax.* Struv. *Hiſt. jur. l.* 8. *c.* 16. Thomaſ. *Select. feudal.* §. 9. *ſeq.*

§. 78. Recentius eſt jus municipale Magdeburgicum, ſeu WEICHBILDICUM, quod vel exeunte decimo tertio, vel ſequente demum ſæculo ineunte Magdeburgi videtur compilatum *, & conſuetudines iſtius civitatis,

* Sed ſicuti Latinus Germanicam, ita Zobelius Saxonicam dialectum non ſatis intellexiſſe videtur. Hinc ſæpe Saxonicum *leven*, vita verti videmus *leib*, corpus. Sic cum equus aſthmaticus auctori ſit *bariſehlegig*, Zobelius id vertit *haarſchlechtig*, quaſi de equo ſcabioſo loquatur. Talia paſſim obſervabit, qui varios codices Saxonicos cum illa verſione, maxime Zobeliana contulerit.

* In Vindebonenſi enim bibliotheca codices quadringentorum annorum jam ſuperiore ſæculo reperit Lambec. *de biblioth. Vindeb.* 2. 8. *pag.* 831. Et ita in medium ſæculum 13. incideret hujus libri origo. Sed vereor, ut tantam antiquitatem tueatur jus municipale multo inquinatius, quam reliqua jura Saxonica, eo tempore ſcripta.

tis, ſed juris civilis laciniis paſſim deformatas, complectitur, *Weichb. Art.* 119. 121. & 128. non tamen ita, ut Æn. Sylv. *in Europ. c.* 24. id jure vocet *jus civile abbreviatum, & Saxonica lingua conſcriptum*. De hujus quoque juris Weichbildici editionibus plura obſervarunt ſcriptores paullo ante laudati, in primis Jac. Frid. Ludovici *in Proleg. Weichb.* §. 6. *ſeq.*

§. 79. Quamvis vero pontifici minime omnium placeret illud juris Saxonici corpus, adeo ut plures ejus articulos damnarint Gregorius PP. IX. anno 1371. & poſtea Eugenius PP. IV. vid. *Bull. ad archiep. Rigenſ. poſt Spec. Sax. p.* 485. tanto tamen plauſu receptum eſt non modo per archiepiſcopatum Magdeburgicum & terras Analtinas, ubi genuina hujus juris patria eſt, verum etiam per Miſniam & Thuringiam, Marchiam, Brandenburgicam, Luſatiam, Boemiam, Sileſiam, Holſatiam, terras Brunſuicenſes, quin & Boruſſiam, Poloniam, Daniam, Transſylvaniam*, ut veluti jus commune harum aliarumque gentium haberetur, & hinc frequentiſſime exteri, ſententiis gravati, ad ſcabinatum Magdeburgicum provocarent. Vid. Leuberi *Stabul. Sax. n.* 540.

§. 80. Eodem exemplo poſtea & Speculum Suevicum conditum eſt, & quidem medio circiter ſæ-



* In omnibus his provinciis vivebatur jure Saxonico, quamvis alibi *jus provinciale* ac *feudale*, alibi *jus VVeichbildicum*, majore polleret auctoritate. Fuſius hoc probavit Struvius *Hiſt. jur. l.* 6. *c.* 23. qui & *p.* 475. de terris Meclenburgicis, & Brunſuicenſibus oſtendit, ibi abrogatum eſſe jus Saxonicum, adeoque eo ipſo ejus uſum veterem in his provinciis confirmavit. Sed quod ad terras Brunſuicenſes attinet, uſus juris Saxonici in illis clariſſime demonſtratur ex uſu geradæ, vel *Fraven-Radae*, de qua Jo. Andr. Schmid. *in Helmſt. ſæculis* 14. *&* 15. *per Fraven-radam adflicto. Helmſt.* 4. In Holſatia & urbe Luneburgenſi ejus adhuc hodie uſum aliquem eſſe, obſervavit Hert. *de conſult. legg. & judic.* §. 15. *p.* 430.

culo XIII. Nam in eo mentio fit non modo Innocentii Papæ III. & Ottonis IV. imp. quorum ille anno 1216. hic non multo poſt deceſſit, *Spec. Svev. l.* 1. *art.* 348. & ita quidem, ut eorum certamen ſe tamquam rem antiquam legiſſe auctor profiteatur, ſed & Decretalium, quas anno demum 1235. prodiiſſe diximus, (§. *68.*) *Spec. Svev. l.* 1. *art.* 5. quin & Friderici II. qui 1250. obiit. *Spec. Svev. l.* 2. *epilog.* Non multo poſt tamen illud conditum eſſe, manifeſtum eſt ex editione Jo. Frid. Schannati, §. 14. *p.* 253. ubi verba: *Verraeter haiſſen wir, dy mit red ain verpalmundent, alſo das ſy in ſagent von ſeiner Chriſtenhait, als dy miner Pruder Kaiſer Fridrich teten;* & paullo poſt: *das teten all dij Mijner Pruder dem Kayſer Fridrichen;* ubi de hiſtoria illa, tamquam recenti, loquitur. Accedit, quod Speculum hoc archipincernatum tribuit ducibus Bavariæ, qui ab anno 1231. cum Boemiæ rege de eo officio imperii altercati ſunt, donec ſecundum hunc litem dedit Rudolphus I. imp. anno 1290. Toeln. *Cod. dipl. Palat. n.* 109. *p.* 76. Unde denuo conſequitur, ut Speculum iſtud inter annum 1250. quo Fridericus II. obiit, & annum hunc 1290. in lucem prodierit *, adeoque Saxonico multo ſit recentius, quod tamen negaſſe novimus viros doctos, Lambec. *Biblioth. Vindeb.* 2. 8. *p.* 825. & Schilter. *in Præf. jur. Feud. Alam.* §. 17.

§. 81. Plura vero ejus exſtant exemplaria, inter ſe haud parum diſcrepantia. Nam præter illud, quod ſequutus eſt Seb. Meiſchnerus *im kayſerl. und koenigl. Land-und Lehen-Recht*, quod deinde ſimiliter expreſſerunt

runt

* Quare nec adſentiri poſſumus Jo. Sam. Brunquello, qui in *Hiſt. jur. l.* 1. *cap.* 6. §. 23. hoc Speculum Svevicum ſæculo XIV. conditum eſſe cenſet, ſequutus, ut opinor, Conringium, qui *de orig. jur. Germ. cap.* 30. *p.* 136. id paullo ante Ludovici Bavari imp. tempora confectum eſſe ſcripſit.

runt Melch. Goldaſtus *Tomo* 1. *der Reichos Sataungen*, *p.* 31. & Jo. Steph. Burgemeiſter *im Deutſchen Corpore jur. dipl.* editionem novam, & a reliquis & ordine, & verbis paſſim diſcrepantem edidit Jo. Fridr. Schannatus *in der Sammlung alter Hiſtoriſcher Schirifftem*, *Part.* 1. *p.* 163. *ſeqq.* & noviſſime ex MSCo Argentoratenſi Jo. Aug. N. D. de Berger *Lipſ.* 1726. 4. *

§. 82. Eſt & hic juris Germanici theſaurus egregius, ac proinde juri Saxonico in multis convenit. Multa tamen auctor admiſit ex jure Romano, veluti *l.* 1. *c.* 6. 41. 64. 67. 315. & 327. & ubi philoſophatur, aut de jure publico diſſerit, non minus deſipit, quam Speculator Saxo. An uſum umquam hoc jus in foro habuerit, fuere, qui dubitarent *. Sed ſunt ſane diplomata, quæ manifeſto provocant ad deciſionem juris Suevici, quæ jam produxit Datt. *De pace publica*, *l.* 4. *c.* 1. §. 21.

§. 83. Acceſſit & huic Speculo, ſeu juri provinciali, JUS FEUDALE, quod paullo poſt jus provinciale, & fortaſſis ab eodem auctore, conditum eſt, ſiquidem

Bb 3 ali-

* Ne jam dicamus de nova editione, quæ in Jo. Schilteri *Theſauro antiqu. Teuton. Tom.* 2. prodiit, ubi Jo. Ge. Scherzius non modo totum illud jus Alamannicum ex inſigni codice Krafftiano edidit, ſed & codicem illum cum aliis 11. MSSC. & 6. impreſſis diligentiſſime contulit. In *præfatione præmiſſa pag.* 4. virum doctiſſimum eamdem mecum ſententiam de Speculi hujus origine & auctoritate fovere non ſine voluptate obſervavi. Et meretur ſane tota illa præfatio legi, quum nemo majore inſtructus adparatu animum adpulerit ad Speculum iſtud nitori ſuo reſtituendum.

* Merentur ea de re legi verba Scherzii, *in præf. p.* 4. *Quamvis autem hoc opus, prout hic jacet, legis robore donatum fuiſſe, nullus credam, attamen plurimum inde utilitatis, tum ad illuſtrandas antiquitates patrias, tum ad juris prudentiam hauriri poſſe adſero. Nihil enim rationi ſanæ magis convenit, quam ut* in

aliquoties lector ad jus provinciale, tamquam ad partem priorem, remittitur. *Jus feud. Alam. c.* 1. §. 120. 168. Quare male de libri hujus vetuſtate judicarunt Lambecius, Schilterus, & alii, qui illum diu ante Speculum Saxonicum natum exiſtimant. Thomaſ. *Select. feud.* §. 63. Editionem adcuratiſſimam hujus libri, ad codicem Ambroſianum bibliothecæ Vindebonenſis expreſſam, & luculento commentario illuſtratam dedit Schilterus, Arg. 1697. 4. & noviſſime Jo. Aug. N. D. de Berger *Lipſ.* 1724. 4.

§. 84. Nec tantum communia illa Germaniæ jura colligi ſedulo coeperunt, ſed & provinciæ ſingulæ ſuas leges & conſuetudines in ſcripturam iiſdem fere temporibus redegerunt. Tale ſane eſt JUS PROVINCIALE AUSTRIACUM, anno 1190. conditum, quod ex codice MSC. edidit Jo. Petr. a Ludewig *Reliquiar. Tom.* 4. *p.* 1190. *ſequ.* Tale JUS PROVINCIALE BAVARICUM, quod anno 1346. condiderunt fratres Ludovicus, Marchio Brandenburgicus, & Stephanus, Ludovicus & Guilielmus, comites Palatini Rheni, & duces Bavariæ, qui tamen profitentur, *daſs ſie zu Rat worden mit ihrem Herrn und Vaeterlein, Kayſer Ludwichen von Rom.* Codicem MSC. elegantem membranaceum, ſimilemque per omnia illi, quem deſcripſit Lambec. *Bibl. Vind.* 2. 8. *p.* 834. in bibliotheca Hoffmanniana Francofurti vidi. Tales denique ſunt leges, quas Tirolienſibus anno 1397. dedit Leopoldus, dux Auſtriæ, teſte Hundio *in Metrop. Salisb. Tom.* 1. *p.* 450. *

§. 85.

*in foro, ſi de pactis, contractibus, diviſionibus familiarum, litteris inveſtiturarum, ſimilibuſque, quæ antiquis temporibus fuere facta, judicium ferendum ſit, illa interpretemur juxta uſum moremque illorum temporum, quibus fuere celebrata: uſum vero antiquiorum temporum in hoc opere repreſentari vel Tireſiæ clarum eſt, & probavit id multis exemplis Schilterus in comm. ad jus feud. Alamann.*

*Ad hanc eamdem epocham pertinent etiam Stadenſium ſta-

§. 85. Quin & exteræ gentes, quæ leges & conſuetudines Germanicas ob communem originem ſervabant, iis temporibus illas in ſcripturam redigebant, ne a jure Romano & canonico agerentur in exſilium. Nam & Codex Legum Danicarum auſpiciis Waldemari II. regis, anno 1232.* confectus eſt, de quo aliiſque Danorum Legibus conſulendus Jo. Petr. a Ludew. *in præf. Tomi 9. Reliqu. p. 5. ſeqq.* Et Normanni leges ſuas, quas ſecum ex ſeptemtrione attulerant, Germanicis plane geminas, litterarum monimentis conſignarunt anno circiter 1250. ceu docet codex MSC. Bibliothecæ Ludewigianæ, ex qua illas cum notis ſuis edidit poſſeſſor *Tom. 7. Reliquiar. p. 149. ſeqq.* **

§. 86. Sed civitates præcipue, in quibus ſcabini, non niſi juris patrii periti, maxima auctoritate pollebant, manibus pedibuſque enixe omnia agebant, ne



ſtatuta, quæ ipſe MSSC. poſſideo, quorum in præfatione, quæ incipit: *Juſte judicate filii hominum* hæc quoque legimus: *Indem Jare von onſes Heren Godes Bort tuſend tvve hondert negen und ſeventich in dem Mayge, do vvorden de meenen radmanne de mittigſten var diſer Stadt to rade, to Sunte Martinus Dage, alſo men then rade keſen ſchall*; ſequuntur deinceps ipſa ſtatuta, variaque additamenta, quorum ſingulis hæc præmittitur formula: *Hinder den tvveeden (derden, voffden) ſtukke ſyn volgende Capittel natho gedichtet.* Ex quibus patet, primis his atque antiquiſſimis ſtatutis poſtea varia SCta paullatim acceſſiſſe, adeoque non omnia eſſe ejuſdem ætatis.

* Certum id eſt legibus Cimbricis, quas anno 1232. in comitiis Vordingenſibus a Waldemaro II. præſentibus filiis Erico, Abele, & Chriſtophoro, ducibus, conditas eſſe omnes fatentur. At Scanicas non a Waldemaro II. ſed primo anno 1161. conſcriptas, & poſtea ab Andrea, Sunonis archiepiſcopo, Latine redditas eſſe, erudita *præfatione editioni Latinæ Hafnienſi 1590. 4.* præmiſſa demonſtravit Arnoldus Huitfeldius.

** Sed & Suedicæ leges ejuſdem fere ætatis ſunt. Uplandicas enim, a S. Erico pri-

jura peregrina intra moenia ſua reciperentur. Hinc multa vel condita, vel in ſcripturam primum redacta ſunt STATUTA urbium præcipuarum, non modo liberarum, ſed & municipalium. Ubi id maxime notatu dignum, eas civitates, unde alia opida jus ſuum municipale petiverant, ab his veluti metropoleon loco habitas, & a ſententiis domi latis provocatum eſſe ad illas urbes, quarum jura adoptaverant, qui mos hodienum quibuſdam locis obtinet *.

§. 87. De hujus modi ſtatutis jam ſatis prolixe a Struvio *Hiſt. jur. l. 6. c. 27.* aliiſque actum. Nos de præ-

primum vel ſcriptas, vel collectas, publicavit, ſuiſque auxit Birgerus Magni, rex, qui circa annum 1295. vixit: quemadmodum paullo ante anno 1251. Birgerus Jarl. jus municipale Sueciæ civitatum in ordinem redegit. Qua de re ex inſtituto agit J. Loccen. *Antiq. Sueo Goth. l. 2. c. 2. p.* 35. Brabantinorum quoque ducum conſtitutiones circa annum 1312. compilatas publicataſque eſſe, jam docuit Herm. Conring. *de orig. jur. Germ. c.* 28. *p.* 167. Leges Boemicas a Carolo IV. latas digeſtaſque in ordinem ſub titulo *Majeſtatis Carolinæ* edidit Paullus Geſchinius, *Francof.* 1627. *fol.*

* Auctor eſt Joannes Sibrandus in *Jur. publ. urb. Lubec. Part. I. ſect.* 10. *n.* 7. Roſtochienſes, quia jure Lubecenſi utebantur, adpellationes a tribunali Roſtochienſi detuliſſe ad Lubecenſe. Idem *n.* 15 *p.* 102. adducit privilegium Stralſundenſibus conceſſum anno 1314. quo permittitur civibus, *daſſ ſie moegen und ſollen ihre beſchuldene Vrtheil fuhren und holen zu Lubeck*. De adpellationibus Neomagenſium ad ſcabinatum Aquiſgranenſium devolutis, ſimilique more apud Belgas paſſim obvio, quædam haud vulgaria differit Jo. Iſaac. Pontan. *Hiſt. Gelr. Lib.* 1. *p.* 59. quibus ex Conringio *c.* 28. *p.* 169. addimus, alias quoque urbes Rhenanas partim Aquiſgranum, partim Coloniam provocare ſolere a cauſſis dubiis. Helmſtadienſes *a tribunali* magiſtratus ſui *ad conſiſtorium Magdeburgenſe ſolitos adpellare*, refert Magnus dux Brunſu. & Joannes abbas Werthinenſis in diplomatibus anni 1358. apud Schmidt. *de Helmſtadio per Frav-*

præcipuis, & quibus apud alias quoque civitates honor fuit, agemus. Et hic neſcio, an non primum ſibi locum merito vindicet Jus Susatense. Celeberrimum illud municipium jam olim εὐνομίᾳ tantam ſibi famam pepererat, ut multæ aliæ civitates inde leges ſuas peterent, eaſque veluti beneficium acciperent ab imperatoribus, Arnold. *Lub. l. 2. c.* 35. Lambec. *Orig. Hamb. l.* 1. *n.* 98. Henr. Meibom. *Introd. ad hic. Sax. infer. p.* 81. At illud antiquum apud ipſos Suſatenſes paullatim obſoleviſſe videtur: nam novum jus Suſatenſe, (*die Soeſtiſche Schraden* vel *Schragen*), in pleriſque a juris Lubecenſis principiis diſcedit *.

§. 88.

*Fravvenradam adſtricto, p.* 6. & 8. Unde non mirum, Polonos quoque & Boemos Halam vel Magdeburgum, a quibus jus accererant, provocaſſe: *VVeichb. art.* 10. §. 1. quem morem tamen in Polonia anno 1356. ſuſtuliſſe Caſimirum II. regem, memoriæ prodidit Mechov. *Chron. Polon. l.* 4. *c.* 19.

* Ipſe poſſideo apographum juris municipalis Suſatenſis, cujus prima pars, continens *das alte gekorne und gepruvede Recht*, incipit: *in dem Boke von oberſten Gude ſchrivet Meſter Boetius, dat man in allen Beginen ſal anropen den allmachtigen Vader und Schopper aller Dinge cet.* Conſtat illud *articulis* 176. & quamvis ſub finem legamus: *actum & concordatum anno dni millesimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo, feria ſexta poſt beati Cuniberti epiſcopi:* articulo tamen 151. adſcriptum: *anno domini* 1350. *articulo* 156. *anno dni* 1309. *craſtino Alexii confeſſori: articolo* 157. *anno domini* 1370. *in die beati Bonifacii: articulo* 173. *ſub anno domini* 1368. *in die dominica, qua cantatur Lætare:* ut adeo librum hunc ſubinde auctum eſſe, ſatis adpareat. Conf. Henr. Melch. Schutte *Diſſ. de jure Suſat. ejuſque & jur. civ. collatione in ſucceſſ. ab inteſtato.* Altera pars eumdem titulum habens *dat alde und geprovede Recht der Stadt von Soeſt*, conſtat articulis 130. ejuſque initium eſt: *Tho den erſten ſo ſeyn drey Gerichte binnen der Staat, dat ein unſes Harrn van Colln, dat ander des Proveſtes van Soeſt, und dat derde des Rats.*

Ter-

§. 88. Ex jure hoc Suſatenſi natum eſt LUBECENSE * & HAMBURGENSE. Et Lubecenſes quidem, qui antea, teſte Helmoldo *l.* 1. *c.* 47. ut alii Nordalbingi jure Saxonico vivebant, jus ſuum ab Henrico Leone accepiſſe videntur, confirmatum poſtea a Fridrico I. imp. ann. 1183. Arn. Lubec. *Chron. Slav. l.* 2. *c.* 35. Quod enim alii pro *Jure Suſatiæ* apud Arnoldum reſcribi jubent *jura Holſatiæ*, alii per illud intelligunt *legitimam conſuetudinem poteſtatemque utendi paſcuis, ligniſque in comitatu Nordalbingiæ*, id tam ſolide profligatum eſt ab Henr. Meibomio *Introd. ad hiſt. Sax. inf. p.* 81. & Mollero *Iſag. ad hiſt. Cherſ. Cimbr.* 4. 6. ut actum agere nolimus. Cave vero, id quod hodie obtinet, jus Lubecenſe vetus & ſincerum exiſtimes **. Vidi ego in bibliotheca Hoffmanniana codicem MSC. membranaceum antiquum, lingua vetere Saxonica

Tertia pars inſcribitur: *Des gemeinen Gerichcs Proceſs*, titulisque conſtat 19. quorum initium eſt: *Socrates der Heydniſche Philoſophus ſpricht: Das recht iſt einer ſpinnen-vveben gleich, cet.* Sub finem ſubjiciuntur quædam ſub rubrica: *Dit ſind nachfolgende Urtheil, ins freyen Stohls Gerichte gehoerig belandende.*

* Equidem ex jure Sueogothico, tamquam fonte, promanaſſe jus Lubecenſe nuper oſtendere voluit Chriſt. Nettelblatt in *Diſſ. de fontibus juris Lubecenſis*. Sed quum pleraque communia habeant Gothicæ illæ & Germanicæ leges, dicere malim, utramque gentem talia a majoribus accepiſſe, ut non opus ſit fingere, Lubecenſes jus ſuum ex ſeptemtrione petiiſſe, de quo plane ſilent annales. Nec magis verum eſt, eſſe hoc jus Slavicum vel Venedicum, quum Suſato cum Venedis nihil umquam commune fuerit.

** Collectio, qua hodie utimur, facta eſt auſpiciis ſenatus, a Jo. Ludinghauſen, coſ. Calixto Schein, ſyndico, Gottſchalco de Sliten, ſenatore, excuſaque Lubecæ a Jo. Balhorn, 1586. Eodem quidem anno Joach. Kolius, conſul Crempenſis, ex codice MSC. jus Lubecenſe Hamburgi publicavit: ſed & hæc, & ſi quæ exſtant, aliæ antiquio-

nica ſcriptum, in quo iſtud jus & ab hodierno diverſiſſimum, & multo brevius illo ſiſtitur. Conſtabat enim articulis 271. alio plane ordine diſpoſitis, quam qualem hodie in jure Lubecenſi obſervamus. Fuſius de hoc quantivis pretii codice, aliiſque, qui paſſim memorantur, codicibus MSCtis ſingulari programmate egit amiciſſimus Hoffmannus, *Francof.* 1731.

§. 89. Eumdem fuiſſe JURIS HAMBURGENSIS fontem, diplomata evincunt apud Lambecium, in quibus ipſis ſæculo 13. conceditur *antiqua juſtitia Lubecenſium*, vel, *ut fruantur jure Suſatenſium & Lubecenſium*, quæ jam alii attulerunt. Hinc ſimillimæ olim fuere Hamburgenſium leges, ut Thraciger, Hamburgenſium ſyndicus, ſcribere non vereatur ad annum 1292. *Bis auf dieſe Zeit hat die Stadt Hamburg gebraucht Lubiſch Recht, als biebevor iſt angezeigt*. Quum vero hoc ipſo anno Adolphus, Gerardus, Jo. Henricus & Holſatiæ comites, urbi *concederent & donarent jus tale, quod vulgo Kohre dicitur, ſtatuta mandare, & edicta promulgare, ſecundum placitum eorum, pro utilitate & neceſſitate civitatis, & revocare eadem, quotieſcumque & quandocumque ipſis viſum fuerit expedire*: Lambec. *Orig. Hamb.* 2. *n.* 471. uſi ſunt eo jure Hamburgenſes, &, ut denuo verbis Thracigeri utamur, *nachdem ſie angeregtes privilegium erlauget, haben ſie ihr eigen Recht geſaſt, welches mehrentheils aus gemeinen Sachſiſchen Rechten gezogen, und in folgenden Zeiten etliche mal vermehret und verbeſſert iſt* *. Attamen & ante ſæ-

quiores editiones, in foro nullius amplius uſus ſunt. Conf. Ern. Joach. Weſtphali *Diſſ. de origine & fontibus juris Lubecenſis, ejuſque uſu, auctoritate, elogio, & ſubſidiis*.

* Hodierna Statuta Hamburgenſia noviſſime reviſa ſunt publicataque anno 1603. quamvis poſtea & novæ leges, veluti *die Gerichts-Ordnung*, & varii receſſus acceſſerint. At exſtat in bibliothe-

ſæculum 13. quædam exſtitiſſe juris Hamburgici ſtamina, oſtendit Mich. Richey *in Hiſtoria Statutorum Hamburgenſium*, *cap.* 1. §. 5. *ſequ.* qui & alia huc pertinentia plena manu ſerit.

§. 90. At latius patuit juris Lubecenſis, quam Hamburgenſis, uſus. Illud enim in Pomerania, ducatu Magdeburgico, Saxonia inferiore, Holſatia, & Sleſuicenſi ducatu, nec non Pruſſia & Livonia a multis civitatibus oppidiſque receptum eſt, quorum recenſum prolixum inſtituunt Jo. Sibrandus *ad Jus Lubec. Part.* 1. *ſect.* 5. *&* 10. Meu. *ad Jus Lubec. Prol. quæſt.* 2. *n.* 23. Moller. *Iſagog.* 1. 2. Werlhoff. *Specim. jur. Germ. Diſſ.* 3. *p.* 202. Quin ex eodem & Weichbildo Magdeburgico conflatum ineunte ſæculo 14. videtur Jus Culmense *, quamvis poſterioris, puta juris Weichbildici, principia magis redoleat. Vid. Hartknoch. *Diſſ.* 17. *de jure Pruſſ.* §. 14. *ſequ. & in dem Alten- und Neven Preuſſen. Part.* 2. *c.* 7. §. 3. *p.* 549.

§. 91.

theca Ludewigiona codex MSC. lingua Saxonica ſcriptus, & gloſſis illuſtratus, *inſigne juris antiqui Germanici, a jure Romano adhuc minus infecti, monimentum*, judice Boehmero, qui & ſpecimina quædam dedit in *Diſſ. de æris alieni inter conjuges Hamburgenſes, communione*, *edita Hal.* 2728. 4.

* Culmia condita anno 1232. ab Hermanno de Balcke, ordinis Pruſſici magiſtro. Inſequente anno Hermannus de Salza, ſupremus ordinis Teutonici magiſter, Thorunenſibus & Culmenſibus dedit privilegium famoſiſſimum Culmenſe, in quo diſerte illis urbibus indulgetur, ut jure Magdeburgico utantur. Hartknoch *in dem Alten-und Neven-Preuſſen*, *ib.* §. 5. Attamen circa aurifodinas jus Sileſiacum, circa argentifodinas Fribergenſe obſervari juſſum. Recepta etiam quædam ex jure Flandrico, veluti in menſuris agrorum, ſucceſſione conjugum. Denique & ipſi magiſtri ordinis urbi ſpecialia quædam jura & ſtatuta dederunt. Ex his omnibus demum jus Culmenſe confectum, quod ex vetere MSC. primus edidit Henr. Stroband, burggravius & conſul Thorunenſis *anno* 1548.

§. 91. Antiqua porro ſunt jura municipalia, Coloniense & Aquisgranense, quæ jam *Jus VVeichb. art.* 1. laudat. Colonienſium jura ac conſuetudines jam anno 1229. confirmavit Henricus archiepiſcopus, & anno 1242. Fridericus II. imp. apud Lunig. *im Reichs-Archiv. Part. ſpec.* 4. *cont. p.* 341. Prodiere anno 1562.* ſub titulo: *Abdruck und gemeiner Begriff per Policey-Ordnungen, Plebiſciten, und Statuten der alten löblichen freyen Reichs-ſtadt Coelln*, in quibus tamen Sigismundi aliorumque diplomata, ſæculo XV. non antiquiora, ſtatim initio occurrunt. Aquisgranenſia ſtatuta an umquam edita ſint ſcire me fateor cum ignariſſimis.

§. 92. Antiqua præterea ſunt jura municipalia Friburgensium a Bertholdo IV. Zeringiæ duce anno 1170. data, itemque ſtatuta Goslariensium, condita anno 1330. teſte fratre deſideratiſſimo in *Antiqu. Goslar. l.* 4. *p.* 362. & edita a Leibnit. *Script. rer. Brunſu. Tom.* 3. *p.* 484. *ſeq.* Bremensium anno 1303. ab Oldenburgenſibus petita. Gryphiand. de *VVeichb. Saxon. c.* 77. Brunsuicensium apud Leibnit. *Tom.* 3. *p.* 434. anno 1232. ab Ottone I. duce præſcripta; & alia, quorum recenſum non admittit hoc compendium.

§. 93. Id modo addo, hac tempeſtate in rebus nauticis invaluiſſe in urbibus Hanſeaticis uſum Juris Wis-

* Attamen Joan. Noppius *in Chron. Aquisgr. l.* 3. *num.* 18. *p.* 54. edidit Sigismundi imp. *ſtatutum anno* 1423. *de mobilibus ab inteſtato relictis & ædibus ruinoſis*, *n.* 15. *pag.* 56. varia civium privilegia ex libro ſcabinali *n.* 29. *pag.* 71. *ſeqq. Geſetze und Ordinantien des Churs*, *p.* 85. *Reformirte Chur Gerichts-Ordnung de anno* 1577. *n.* 30. *p.* 116. *Taffel des neuen Geſetz*, *auf Latein Tabulæ novæ legis*, *genant*, *de anno* 1456. *die* 1. *Maii n.* 31. *p.* 122. *Vormunder verſorger Ordnung de anno* 1574. *n.* 32. *p.* 129. *Reviſion Ordnung eines ehrw. Sendt-Cherichts*, & quædam ejusdem generis alia.

WISBYENSIS, quod ipſum quoque originis Germanicæ eſt, teſte præfatione apud Leibn. *Tom.* 3. *pag.* 50. ubi hæc occurrunt: *So ſande man an Hertoghen, enen Hertoghen over Beyern unde Saſſen, de beſtedigte uns den Vrede unde dit Recht, als & vore ſin auder Vader Keyſer Lothar ghegheven hadde*. Sæpius hoc jus Wisbyenſe prodiit: quod & apud exteros non levis uſus eſt. At poſtea ipſæ civitates Hanſeaticæ condiderunt *der erbarn Hanſee Staedte Schiffs Ordnung und See-Recht* *, quæ conſtitutio ultimum recognita in conventu civitatum Hanſeaticarum publicata eſt die 22. Maii 1614.

§. 94. Tot igitur juribus provincialibus ac ſtatutis in ſcripturam redactis, id quidem conſequuti ſunt Germani, ut jura patria non plane in exſilium agerentur: nec tamen ideo jus Romanum & canonicum nulla in Germania cepit incrementa. Quin magis magisque quotidie invaluit, & ab eo maxime tempore, quo academiæ ſupremaque imperii judicia inſtitui cœperunt, tantum auctoritatis conſequutum eſt, ut paullatim pro jure communi habitum, & judiciis, tamquam norma decidendi commendatum ſit. Quod quomodo contigerit, poſtremo hujus libri capite diſtinctius oſtendemus.

CA-

* Immo Hamburgenſes jam ab anno 1290. habuerunt jus nauticum ſingulare, & ab Hanſeatico diverſum, quod edidit & notis illuſtravit Langenbeckius *in denen Anmerckungen uber das Hamburgiſche Schiff-und See-Recht*, ubi *p.* 2. jus illud maritimum antiquum vocat *der Stadt eigenes, und aus keinen andern entlehntes See-Recht*. Ita & Lubecenſes jus nauticum juribus Hanſeaticis antiquius ſibi eſſe perhibent. Andr. Lang. *de legib. naut. c.* 9. *p.* 61. Addatur Mich. Richey *Hiſt. Statut. Hamb. c.* 1. §. 9. *p.* 6.

# CAPUT IV.

## De statu juris Germanici a conditis Academiis ad nostra tempora.

§. 95. *Conſtitutis academiis, profeſſores utriusque juris publice docere cœperunt.* §. 96. *Et quidem jam ſæculo* 14. §. 97. *Hinc magnus doctorum numerus in aula imperatorum.* §. 98. *Itemque in palatiis principum & urbibus.* §. 99. *Receſſus imp. ad leges Rom. attemperati, idque jus commendatum ſæculo* 15. §. 100. *Hinc ordines imperii de eo abolendo cogitarunt.* §. 101. *Sæculo* 15. *jus Romanum in foro pro norma haberi juſſum.* §. 102. *Quod patet ex legibus imperii ſub Maximiliano I. latis.* §. 103. *In primis ex Ordin. jud. cam.* 1507. *& Conſtitutione de notariis.* §. 104. *Necnon ex conſtitutionibus Caroli V. imp.* §. 105. *Præcipue Conſtitutione criminali.* §. 106. *Non tamen penitus repudiatum jus Germanicum.* §. 107. *Potius proteſtationes interpoſitæ, quoties id actum.* §. 108. *Status juris Germanici & Romani ſub ſequentibus imperatoribus.* §. 109. *Provinciæ quædam repudiato jure patrio ſeſe Romano ſubmiſerunt, veluti Friſia.* §. 110. *Marchia Brandenburgica.* §. 111. *Ducatus Brunſuicenſis & Luneb.* §. 112. *Aliæque Germaniæ provinciæ.* §. 113. *Reformatio religionis juris Rom. incrementa adjuvit.* §. 114. *Varia jura provincialia & ſtatuta.* §. 115. *De uſu jurium cum patrii tum peregrinorum Regula I.* §. 116. *Reg. II. & III.* §. 117. *Regul. IV. & V.* §. 118. *Reg. VI. & VII.* §. 119. *Reg. VIII. IX. & X.* §. 120. *Reg. XI. XII. & XIII.* §. 121. *Reg. XIV. & XV.* §. 122. *Reg. XVI. & XVII.* §. 123. *Reg. XVIII.* §. 124. *Reg. XIX.*

§. 95. Simul ac in Germania inſtitui academiæ cœperunt: præter theologos, medicos, & philoſo-

loſophos, etiam juris utriusque, CIVILIS & CANONICI, profeſſores publica auctoritate ſunt conſtituti. Quod eo minus mirum cuiquam videbitur, quo certius conſtat, Germanos in condendis academiis Italorum & Gallorum inſtituta eſſe imitatos*.

§. 96. Academias vero Germania noſtra non demum ſæculo quinto decimo habere cœpit, ceu exiſtimavit Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 24. *pag.* 147. ſed integro ſæculo prius. In omnibus vero, quarum hiſtoria comperta eſt, ſtatim inſtituta eſt facultas, quam vocant, juridica. Anno 1365. VIENNENSI univerſitati Urbanus Papa id privilegium concedit, *ut ſit ſtudium generale, illudque perpetuis temporibus ibi vigeat, tam in juris CANONICI & CIVILIS, quam in alia qualibet licita, præterquam theologica, facultate.* Lambec. *Bibl. Vindeb.* 2. 5. *pag.* 85. Idem circa annum 1388. ERPHORDIENSI academiæ indultum eſt, teſte Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 31. *p.* 91. nec non anno 1386. HEIDELBERGENSI*, teſte diplomate Ruperti ſenioris, com-

* Ad Pariſienſis exemplum Carolum IV. inſtituiſſe Pragenſem, obſervat Dubrav. *Hiſt. Boem. l.* 22. *p.* 179. *edit. Ereher.* Et Rupertus ſenior, comes Palat. Rheni, anno 1386. profitetur, academiam Heidelbergenſem *ad inſtar ſtudii Pariſienſis a ſe fundatam*, eamque *regendam, diſponendam, & regulandam modis & materiebus in univerſitate Pariſienſi ſolitis obſervari, ut Pariſienſis ſtudii, ut pediſſequa, utinam digna! modis convenientibus greſſus imitetur.* Toeln. *Cod. dipl. Palat. n.* 189. *p.* 123. Sed & Ludovicum, ducem Bavariæ, anno 1477. in conſtituenda academia Ingolſtadienſi Bononienſis & Viennenſis univerſitatis exemplum ſe præ oculis habuiſſe, ait apud Hund. *Metrop. Saliſb. Tom.* 2. *p.* 291.

* Attamen initio tres doctores juris tantum canonici Heidelbergæ docuiſſe, legimus *in Chron. magno Belg. p.* 343. cui ſuffragatus Schilterus *de inveſtitura ſimult. c.* 3. §. 2. per totum ſæculum 14. nullum ibi profeſſorem juris civilis fuiſſe, tradit. Id quod verum eſſe, deprehendi ex diplomate ejusdem Ruperti ſenioris *n.* 186. *pag.* 128. in quo anno 1393. recen-

com. Palatini, apud Toeln. *Cod. dipl. p.* 123. ac denique Ingolstadiensi anno 1477. apud Hund. *in Metrop. Saliſb. Tom.* 2. *p.* 291.

§. 97. Itaque fieri non potuit, quin ſæculo ſequente jam ubique magnus eſſet doctorum utriusque juris proventus, qui in principum palatiis, curiisque, & judiciis illuſtrioribus ubique regnabant, cauſſasque ad jurium illorum peregrinorum principia decidebant, & omnem denique movebant lapidem, ut jus patrium magis magisque ſuppprimeretur. Sic in aula Caroli IV. *Bartholus de Saſſoferrato*; Dubrav. *Hiſt. Boem. p.* 181. Struv. *Hiſt. jur.* 12. 38. *p.* 535. in aula Sigismundi imperatoris *Geogr. Fiſcellus*, J. U. D. ſumma auctoritate pollebat. Sub eodem & duobus inſequentibus imperatoribus, Alberto & Friderico, cancellarii munere functus eſt *Caſp. Schlick.* Æn. Sylv. *Hiſt. Boem. cap.* 3. Quin hic poſtremus in conſilium ſuum fere ſolos juris peritos adoptaverat, ac proinde in diplomate, quo anno 1375. quemdam Adolphum Gegener, doctorem juris renunciavit, id ſe facere profeſſus eſt, *de adſenſu & conſilio DOCTORUM & SAPIENTUM curiæ ſuæ*. Itter. *de grad. acad. cap.* 6. §. 20. *p.* 162. Quamvis fatendum ſit, Fridericum III. imp. *mediocriter dilexiſſe juris peritos, quod juris æquitatem diceret ab iis inverti, juſtitiamque fœdari* *. Cuſpinian. *p.* 411.



cenſentur: *Meiſtere und Doctorn und gute graduirte der heil. Geſchäfft und in geiſtlichen Rechten, und in der Artzney, die zu zyten in denſelben Zvveyn Kunſten gekorn und geſetzt ſind zu leſen, und auch leſent in der obgem Univerſitaet*, juris civilis profeſſorum nulla facta mentione. At in Viennenſi Academia jam anno 1389. utriusque juris profeſſores fuerunt. Eo enim anno condita facultatis juris canonici & civilis ſtatuta, quæ exhibet Lambecius *in Bibl. Vindeb. p.* 164.

* Communis tum illa querela non aliunde orta, quam quod, invecto paullatim in fora jure Romano, tardius procedere lites animadverterent, quam

§. 98. Imperatores imitati principes & ordines imperii, & ipſi JCtos maximi faciebant, eorumque conſilio & opera, tum in adminiſtranda re publica, tum in jure dicundo, utebantur. Sic in aula Saxonica magni fiebant conſilia *Jac. Radwizii*, Jenenſis, Thuringi, J. U. D. & ordinis juridici in academia Lipſienſi præſidis, usque adeo, ut ei potiſſimum impetratam a Sigismundo imp. Saxoniam, dignitatemque electoralem, acceptam ferret Fridericus, marchio Misniæ. *Centur. ſcript. qui in Lipſ. Witteb. & Francof. acad. flor. num.* 17. In Pomeraniam *Petrum Ravvenatem*, ejusque filium, *Valentinum*, deduxerat Bogislaus X. Dux Pomeraniæ. Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 32. Comitiis Norimbergenſibus anno 1466. interfuere loco Treverenſis Joannes Gemminger, Decret. D. loco Saxonis, Jo. de Weisbach, D. Legati etiam Salzburgenſis, Eiſtadienſis, Ratisbonenſis, Bavari, marchionis Brandenb. Landgravii Haſſiæ, Lubecenſium, doctores fuere, apud Goldaſt. *Conſt. imp. Tom.* I. *pag.* 217. *ſeq.* Quin & in civitatibus quibusdam præcipuis, jurium doctores tum ſyndicorum & conſiliariorum officio functos eſſe, reperio *.

§. 99.

quam olim, quum una alterave dicta die finiretur controverſia. Tolerabilior vero Germanis videbatur brevis injuria, quam tarda juſtitia. Præterea, quum eo tempore nondum ſublata eſſent bella privata, quibus jureconſulti quam maxime refragabantur, idem Germanis, maxime nobilioribus eveniebat, quod eorum majoribus, tempore Quinctilii Vari, ut mirarentur, legibus terminari lites, quæ adhuc armis finitæ fuerint. Vellei. Paterc. *Hiſt. l.* 2. *c.* 118.

* Noribergenſi enim ſenatui ſæculo 15. a conſiliis fuit Gregorius Heimburg, ſub initium concilii Baſileenſis doctor juris creatus & fatis ſuis notiſſimus. Freher. *in Theatr. vir. doct. pag.* 795. Eodem ſæculo, immo & multo ante, etiam Francofurti ad Mœnum fuere ſyndici, juris periti, qui eo ſæculo *Pfaffen*

voca-

§. 99. Nec parum etiam juris Romani & canonici auctoritatem eo ſæculo provehebant imperatores & ordines, dum ipſi leges, quas dabant, ad utriusque juris placita attemperabant; quin & jura illa in judiciis ac foris ſervari lege publica jubebant. Talia plura occurrunt in *Reformatione politica* Sigismundi imp. apud Goldaſt. *Conſt. Tom.* 1. *pag.* 188. Nam *cap.* 9. legimus: *Es iſt zu wiſſen, daſz hohe Furſten, die groſſe Land haben, noch faſt Keyſerliche Recht zu ihrem Theil halten.* Et *c.* 13. §. 5. *Man ſoll an allen Haubtgerichten, do man uber das Blut richten mag, haben ein Keyſerlich Rectbuc, daſz man richte nach Recht, und niemand unreche beſchehe.* Item § 8. *Waher aber Sach, daſz in den Rechten iedwederm zu kurtz beſchech, deſz hin deucht, ſo mag man die Sach ziehen fur einen geiſtlichen Meiſt*, (doctorem Decretorum) *und einen weltlichen Meiſter*, (jur. civ. doctorem,) *die dazu benant werden, die Urtheil zu ſprechen.* Ita & in *Aviſamentis Conſtantienſibus* de anno 1416. apud eumdem *Tom.* 1. *pag.* 151. *c.* 1. & in Moguntinis de anno 1426. apud eumdem *pag.* 160. *ſeq. cap.* 5. aliquoties mentio fit *Corporis juris & extravagantium*: *cap.* 9. *doctorum & licentiatorum juris can. & civilis, & baccalaureorum juris utriusque*, ad canonicatus admittendorum. Qualia a Friderico III. etiam profecta videmus apud Muller. *Reichs-*



vocabantur, quemadmodum hodienum in Gallia, Anglia, & Belgio, clerici, *Clerken van Rechten*, audiunt, qui ſcripturas faciunt. Feltm. *de tit. hon.* 2. 20. 9. Itterus enim *de grad. acad. cap.* 9. §. 5. *p.* 349. producit exemplum litterarum anno 1377. datarum, quibus Hermannus von Orbe, licentiatus Decret. profitetur, quod a ſenatu Francofurtano conductus ſit ſyndicus, (*daſs er Paff und Diener vvorden ſey der erſamen vviſzen Lude, des Rades und der Stadt zu Francenford*,) ubi Itterus recte obſervat, *Pfaffen* ibi eſſe ſyndicos, qui tum & *advocati*, itemque ob honores academicos, quibus inſigniti fuerint, *Meiſtere* fuerint adpellati.

*Tags-Theatr. part.* 4. *c.* 41. *& part.* 4. *c.* 15. quæ de juris utriusque auctoritate ſatis teſtantur.

§. 100. Animadverterunt demum hoc ſæculo principes, quanta ſtrages immineat juri patrio, ac proinde ſub eodem Friderico III. anno 1441. id egerunt, ut lex publica de doctoribus juris plane abolendis in Germania, promulgaretur. Et exſtat ſane apud Goldaſt. *part.* 1. *des Reichs-Saiz. pag.* 166. ejusmodi *Reformatio*, in comitiis Moguntinis propoſita ubi *art.* 5. legimus: *Alle Doctores der Rechten, ſie ſeind geiſtlich oder weltlich, im H Roemiſchen Reich Teutſcher Nation, ſollen nach laut der furgenomenen Reformation an keinem Gericht, bei keinen Rechten, auch in keines Furſten oder andern Raethen mehr gelitten, ſondern ganz abgethan werden: Sie ſollen auch furbas hin vor Gericht oder Recht nicht weiter reden, ſchreiben oder Rat geben**. Et id momordiſſe arbitror Petrum de Andlo, ejus ætatis JCtum, dum *de imp. Rom. Germ. l.* 1. *cap.* 10. ſcripſit: *leges Romanas noſtra Alamannia proh dolor! in ſua deſpicit inſipientia*. Sed eventu caruit illud conſilium, nec

*Duriora ſunt, quæ in *Declaratione* ſequuntur. Quemadmodum enim ibi locus relinquitur JCtis ternis in ſingulis academiis, ita tamen, ut non niſi jura in imperio probata interpretentur, & conſulti, ex iis reſpondeant: ita foro plane exeſſe jubentur, addita ratione: *VVann ihnen dat Recht harter, dann den Leyer, verſchloſſen iſt, und kan ihrer keiner keinen Schluſſel dazu finden, biſz beyde Theil arm vverden, oder gar verdorben ſind. Aber der Ley behelt doch den Schluſſel zum Rechten bey ihme, das man zu zimlicher zeit das Recht herſus bringen mag. Aus dieſem Urſachen kan man die Gelehrten in keinen Richten mehr leiden. Darzu ſeynd es nur beſolde* Knechte, *und nicht Erbdiener des Rechtens*. Paullo poſt audiunt *Stieff-vaeter, und nicht die rechten Erben des Rechten*. Sed meretur illa *Reformatio*, in qua auctor in JCtos graviſſime invehitur, tota perlegi. Reperiet quisque, eam plane convenire genio Friderici III. Imp. quem parum dilexiſſe JCtos, jam ſupra (§. 97.) vidimus.

nec reliquis ordinibus adriſiſſe videtur ſcriptum, quod Fridericus III. vel pauci quidam alii conceperant. Saltim neque perlata eſt illa lex duriſſima, neque umquam exſequutioni mandata. Manſit juri peregrino ſuus honor, & magis magisque crevit JCtorum in Germania auctoritas.

§. 101. Sub finem enim ſæculi XV. & proxime inſequente, ipſis imperii legibus frequenter jus Romanum pro norma eſſe jubetur, ita tamen, ut & juris Germanici conſuetudinumque patriarum præcipue habeatur ratio. Quin ipſas conſtitutiones Receſſusque imperii, qui tum prodierunt, fere in plerisque ad juris Romani normam accommodari animadvertimus. Id quod exemplis latarum a Maximiliano I. imp. legum paucis demonſtrabimus.

Quum poſt longa molimina anno 1495. Wormatiæ de inſtruendo judicio camarali conveniſſet, (vid. Datt. *de pace publ. l. 3. c. 1. §. 66. ſequ.*): condita eſt prima ordinatio judicii camaralis, in qua §. *6.* mentio fit jurisjurandi *de calumnia & malitia vitanda*, *prout de jure*, ab advocatis præſtandi: & in §. 20. judex & adſeſſores circa adpellationes ab interloquutoriis decernere jubentur ſecundum jus civile, (*wie das in Keyſerlichen Rechten geordnet und begriffen iſt*). Eodem anno imperator edidit conſtitutionem contra blaſphemos in qua breviter recenſet ſanctionem Novellæ 77. Juſtiniani, quem vocat *ſeinem Vorfahren am Reich loeblicher Gedaechtniſs*. Quumque anno 1500. Auguſtæ



* Ita tamen ut, qui conſtitutionem illam in chartam conjecerunt, plus videantur gloſſæ, quam ipſi juris textui tribuiſſe. Exemplo inſigni de militari teſtamento, in cujus forma deſcribenda gloſſam magis, quam veteres leges ſequuti ſunt, id probari poteſt quam luculentiſſime. Doctrinam vero veterum JCtorum & gloſſatorum hinc diligenter contulit Vigl. Zuichem. *in Comment. ad §. 1. Inſt. de milit. teſt.*

Ordinationem camaræ emendare placuiſſet: §. 8. receptum eſt jus Romanum, quod nepotes in ſtirpes jure repræſentationis cum parentum ſuorum fratribus & ſororibus ad avi aviæque hereditatem admitti jubet, *nach laut gemeiner geſchriebener Keyſerlicher Recht, der Gewonheit, ſo an etlichen Orten darwieder ſeyn moecht, unangeſehen cet.*

§. 103. Anno 1507. Ratisbonæ prodiit nova cameralis judicii forma, cujus nullus eſt titulus, nulla paragraphus, in qua non jus civile & canonicum, eorumque gloſſæ, itemque Cynus, Panormitanus, Bartolus, Baldus, Speculator, Roſredus, ſimileſque heroes, utramque paginam faciant. Sequuta eſt anno 1512. *Conſtitutio, de notariis*, in cujus §. 1. ſtatim hi ſuo munere fungi iubentur: *nach Inhalt gemeiner Rechten oder loeblicher Gewohnheit und Gebrauch ieder Orts:* deinde §. 3. forma inſtrumentorum præſcribitur, *wie dieſelbe von gemeinen Rechten*, (*Nov.* 47. 73. & 74. *Brauch, Ubung, und Gewonheit eingefuhret iſt*. Titulus porro de teſtamentis totus ex jure Romano deſumtus eſt *, addita §. 12. clauſula: *es ſollen auch alle des Wiſſens haben, welche obgemeldte form der Teſtamenten, als aus Keiſerlichen Geſetzen gegeben, mit Fleiſs zu halten ſaumig waeren, daſs die zudem, daſs die Teſtamenta, ſo anders gemacht wurden, von Keyſerlichen Rechten nicht beſtaendig ſeyen, die Peen des Rechten darum zu leyden, ſich nicht entalten moegen.*

§. 104. Multo magis itaque Carolus V. juris Romani uſum in Germania firmare ſtuduit. Sane anno 1521. in *Receſſu Wormatienſi*, §. 17. *ſequ.* cavetur, primo ut nepotes nepteſque in ſtirpes avo aviæque ſuccedant, cum parentum ſuorum fratribus & ſororibus: deinde ut fratrum ſororumque liberi una cum defuncti fratribus ſororibuſque jure repræſentationis admittantur: abolitis conſuetudinibus contrariis. Qua de re & ſingulare

gulare edictum paullo poſt per imperium promulgatum eſt. Denique ut de caſu, utrum fratrum ſororumque liberi, ſi ſoli ſint, in capita, an in ſtirpes ſuccedant? a Regimento imperii deciſio promulgetur. Sic & anno 1529. *in Edicto contra anabaptiſtas* edito reiterationem baptiſmi morte luendam monet, (*daſs in Keyſerlichen Geſetzen die Umbtauffung bay ſtrafe des Todes verbotben*). Ubi ſane provocat *ad tit. C. ne ſacr. bapt. iteretur* *.

§. 105. Paullo poſt anno 1532. in comitiis Ratisbonenſibus promulgata eſt CONSTITUTIO CRIMINALIS CAROLINA, in qua paſſim judices ad Romanum remittuntur, *auf die Keyſerliche beſchriebene Rechte*, *art.* 117. & 135. *auf die Keyſerlichen Rec?te*, *art.* 121. Quin *art.* 104. 118. & 120. jus civile vocatur *die Satzungen unſerer Vorſahren*, *und unſer Keyſerlichen Reehten*. Quæ eo magis notanda videntur, quo certius hodie conſtat, conſtitutionem illam criminalem tum non primum natam, ſed ex antiquioribus ordinationibus & *projectis*, ut vocant, compilatam eſſe *. Thomaſ. *Diſſ. de occaſ. concept. & intent. Conſtit.*



* Equidem Corn. Sincerus, id eſt, Culpiſ. *in Diſſert. epiſtolica* §. 80. per verba *des Reichs gemeine Rechte*, intelligenda putat jura Germanica, per *gemeine Rechte*, (vel *Kayſerliche Rechte*, jus civile Romanum. Sed expenderunt jam hanc ſententiam Strykius in *Diſſ. procem. uſ. hod. Pand.* §. 25. Datt. *de Pace publ. l.* 4. *c.* 1. §. 117. *ſequ.* Thomaſ. *Cautel. circa præcogn. jur. eccleſ. cap.* 22. §. 4. *ſequ.*

* Exiſtimabat Thomaſius, conſtitutionem criminalem deſcriptam fere eſſe ex Georgii, epiſcopi Bambergenſis, Conſtitutione criminali, quippe quæ jam 1508. prodierit, ſub titulo *Bambergiſche Hals-Gerichts-und rechtliche Ordnung in peinlichen Sachen*, & ſæpius poſtea recuſa, anno 1510. 1531. & 1543. & noviſſime a Ludovici, & criminali Carolinæ in pleriſque ſimilis. Sequutus illum eſt Ludovici, qui conſtitutionem Bambergenſem noſtræ veluti parentem facit, ſororem vero Brandenburgenſem, quam *anno*

*ſtit. crimin. Ludovic. Præfat. Comm. in Conſt. crim. &* *Kreſſ. Præf.* §. 13. *ſeq.*

§. 105. Quamvis vero ex his ſatis adpareat, nihil reliqui factum eſſe ſub Maximiliano I. & Carolo V. ut jus Romanum & canonicum juris communis nomine in imperio reciperetur: ſemper tamen ſimul cautum eſt, ut foris ideo non extorres eſſent leges ac conſuetudines patriæ, quippe quæ fere ſemper nominatim confirmantur in conſtitutionibus imperii. Maximilianus I. *in Ord. jud. camar. anno* 1495. *Ein jeder ſoll ſeine Unterthanen in ordentlichen, Rechten und Obrigkeiten lagen und halten, nach eines iedem Furſtenthums, Herrſchafft und Oberkeits Herkommen und Gebrauchen.* Et Carolus V. *in Ordin.* anno 1521. adſeſſores jurejurando obſtringi jubet, ut judicent, *nach redlichen ehrbaren und laendiſchen Ordnungen, Statuten, und Gewohnheiten der Furſtenthümer, Herrſchafften, und Gericht, die vor ſiebracht werden.* Id quod deinde ſæpe numero repetitum eſſe, jam ab aliis obſervatum eſt. Vid. *Conſtit. crim. Car. præfat. & art.* 140.

§. 107. Quin eo factum eſt, ut, ſi quando juris Ro-

*no* 1516. publicarunt Georgius & Caſimirus, marchiones Brandenburgenſes, ipſe vero Ludovici cum Bambergenſi itidem recuſam dedit. At præclare demonſtravit Jo. Paullus Kreſſius *præf. Comm. in Conſt. crim.* §. 15. *ſequ.* primam conſtitutionem criminalem confectam eſſe a Maximiliano I. imp. & quidem jam anno 1495. quamvis fortaſſis auctoritatem publicæ legis non habuerit. Ex hac ergo pleraque decerpſiſſe primum anno 1508. Georgium, epiſc. Bambergenſem, deinde anno 1510. Udalricum Tenglerum, ducalem Altipolenſis provinciæ præſidem (*Landvoigt zu Hochſtedt*) *im Layen-Spiegel*, de quo videndus conjunctiſſimus olim collega, Hoffmannus in *Diſſert. de inſign. defect. juriſprud. crimin. Germ. cap.* 1. §. 18. *pag.* 36. *ſequ.* anno 1516. Georgium & Caſimirum, marchiones Brandenburgenſes, ac denique anno 1532. Carolum V. imp.

Romani uſus ordinibus obtruderetur paullo importunius, hi, interpoſitis proteſtationibus, jura patria ſibi reſervarent. Ita electorem Saxoniæ proteſtatum novimus, leges de ſucceſſionibus ab inteſtato juri Saxonico fraudi non futuras *. Vid. Speidelius *in Speculo ſub voce Sachſen-Recht*. Thomaſ. *Diſſert. de poteſtate legiſlat. ſtat. imp. contra jus commune*, §. 51. *ſequ.* Quumque Nemeſis Carolina multa ex jure communi ſanxiſſet, ſimilem proteſtationem interpoſuere multi imperii ordines, in primis elector Brandenburgicus, elector Palatinus, & hi quidem omnes ex ea ratione, quod juribus patriæ ea conſtitutione derogatum vellent imperator & ordines. Kreſſ. *Præfat.* §. 31. *ſequ.*

§. 108. Eadem juris facies fuit & ſub Ferdinando I. omnibuſque inſequentibus imperatoribus. Quum enim & camarale judicium, deficientibus legis & conſtitutionibus patriis, jura communia ſequeretur, idque ipſis in omnibus ordinationibus, & maxime poſtrema *anno* 1654. injungeretur: *Part.* 1. *tit.* 13. §. 1. *&* *Part.* 3. *tit.* 53. §. 9. & idem poſtea judicio aulico ab imperatoribus præſcriberetur *, ipſi quo-

* At ſunt, qui hanc proteſtationem vocant in dubium. Obſervavit enim collega olim conjunctiſſimus Chr. Gottfr. Hoffmannus, in *Diſſ de Joachim I. elect. Brandenb. Conſtitut. de ſucceſſ.* pag. 92. hanc proteſtationem non a Friderico electore, ſed a Georgio, duce Saxon. interpoſitam eſſe, nec eam ad ipſam conſtitutionem de jure repræſentationis, ſed ad controverſiam de jure προεδρείας, quæ tam inter Saxones & Bavaros gliſcebat, pertinuiſſe. Utcumque ſe res habeat: certum ſane eſt, id jus tum Saxones non recepiſſe, nec hodie illud omnes admittere.

* De ordinationibus variis huic judicio præſcriptis (*von Reichs-Hof-Raths-Ordnungen*) ex inſtituto egit Er. Mauritius *de judic. aulico*, §. 19. Prima eſt Ferdinandi I. Auguſtæ 1559. promulgata; poſtrema Ferdinandi III. Ratisbonæ anno 1654. publicata,

quoque imperii Receſſus, quoties de jure privato vel modo procedendi forenſi aliquid ſanciunt, fere ſemper juri Romano vel canonico ſuffragentur: facile eſt ad intelligendum, magis magiſque invaluiſſe juris communis auctoritatem, ita tamen, ut ſua in primis juribus ac conſuetudinibus patriis conſtaret auctoritas.

§. 109. At quod ad ordines & provincias urbeſque Germaniæ attinet, eorum aliis diligentior patrii juris manſit cuſtodia, alii repudiato illo, Romano ſe plane ſubmiſerunt. Exemplo præiverat ſub initium ſæculi 16. FRISIA, de qua Zac. Huberus, *in præf. Obſerv. rer. jud. Cent. I. Exortis diu poſt bellis plus quam civilibus, quibus per omne ſæculum decimum quintum concuſſa & turbata fuit Friſia, procax hæc licentia miſcuit eam, & quidquid ibi juris legumque ſuperfuerat, e medio ſuſtulit: donec tandem Saxoniæ duces,* ALBERTUS & GEORGIUS, *quorum ille belli, hic pacis artibus ſua ætate in Germania maxima laude claruerunt, gentem factionibus diviſam, armis efferatam, humanarum divinarumque legum neſciam, ac inſolentem, rerum potiti, in ordinem redegerunt, conſtituta civili reipublicæ forma, & ſtabilita,* GEORGII *potiſſimum opere, curia ſuprema, cui datum id negotii fuit, ut jus Romanum tamquam ſuæ juris dictionis principium certum unice ſequeretur, ad dirimendas civium lites quotidianas* *. Conf. Ubb. Emm. *Hiſt. Friſ. Lib.* 2.

§. 110.

ta, in qua *tit.* 7. §. 21. conſiliarii aulici jurare jubentur *auf des Reichs Conſtitutionen und Satzungen, nebſt den gemeinen beſcribenen Rechten*, & in fine tituli §. 24. præcipitur, *daſs das Corpus juris civilis & Canonici allezeit auf der Reich-Hoffraths-Taſſel ſeyn ſolle, damit man ſich derſelben gebrauchen koenne.*

* Idem teſtatur, Friſios poſthæc ex lege ſe ſubmiſiſſe Carolo V. imp. *ut jus fori redderetur, ſecundum præſcripta legum Romanarum*, idque ſibi eos

§. 110. Ita & in Marchia Brandenburgica repudium juri Saxonico miſſum anno 1527. quo Joachimus I. elector edidit *Conſtitutionem de ſucceſſionibus ab inteſtato*, & in præfatione fatetur, ſe cum conſenſu ordinum omnes conſtitutiones, privilegia, & conſuetudines abrogaſſe, iisdemque ordines omnes renunciaſſe. Et quamvis ſcabinatum Brandeburgenſem confirmet, eum tamen jubet pronunciare ſecundum illam conſtitutionem, *und in andern Sachen nach beſchriebenen Kayſerlichen Recht*. Idem factum & anno 1534. *in dem Landes-Revers* *. Reliquos imitati ſunt novæ marchiæ ordines, ut profitetur Joannes marchio *im Land-Tages-Abſchied* anno 1539. Et quamvis jux Saxonicum relinqueretur *denen Weichbildern*, *Croſſen*, *Cotbuſs*, *Zulichaw*, & *Sommerfeld*, diſerte tamen excipiuntur *die beyde Articuli*, *die Succeſſion und Erbfælle belangend*.

§. 111. Idem de terris Brunsuicensibus & Luneburgensibus contigit. In illis jam ſæculis 14. & 15.

eos pacto convento eſſe ſtipulatos. Præſens etiam ipſe obſervavi, ſanctiſſime ibi coli Themidem Romanam, ipſaque Statuta Friſiæ anno 1722. reviſa & locupletata pauca ſuperaddere, quæ a jure illo communi longius recedant.

* Verba Reverſalium in codice meo MSCto variorum Receſſuum Marchicorum ita ſe habent: *Und weil hievermals die Stændre unſer Landſchafft ſich eintræchtiglich mit uns vereiniget, daſs hinfurdes in unſerm Churfurſtenthum und Landeu Kayſer-Recht gehalten und geſprochen ſol werden, derovvegen ſich unſere Prælaten, Herren, Mann und Stædte aller Gebræuch und Gevvohnheiten voriger Gericht und Rechtens verziehen und abgeſagt: ſo ordnen und vvollen vvir, daſs hinfurder in Erbthellungen kein Heergevvedde, Gerade noch Muſstheil ſoll genommen, noch gegeben vverden, beſondern in dem und andern allen Kayſer-Recht dergeſtal, vvie hiebevor in unſer aufgerichten Conſtitution und Ordnung der Erbfælle geordnet, durch iedermanniglich ſolle gehalten vverden.* Idem deinde ſæpius ſancitum, veluti in receſſibus provincialibus 1538. & 1572.

15. *geradam* ſeu *Frawenradam* Saxonicam Helmſtadii eſſe abrogatam a Magno duce Brunſuicenſi, & Joanne & Bertoldo, abbatibus Werthinenſibus & Helmſtadienſibus, Martino denique Papa V. & Friderico III. Imp. oſtendit Jo. Andr. Schmidius, *de Helmſt. per Frawenradam adflicto*, *pag.* 6. *ſeq.* ubi *pag.* 30. addit, in univerſo ducatu Brunſuicenſi & Calembergenſi conſuetudinem illam demum anno 1625. ſub Friderico Ulrico, duce, eſſe abrogatam. Sed quod ad ipſum jus Saxonicum attinet, illud ſatis conſtat, multo ante, ſæculo 16. ab Henrico juniore eſſe repudiatum ſurrogato in ejus locum jure Romano *. Conring. *de orig. jur. Germ. cap.* 32. *p.* 202. Hahn. *præf. Obſ. ad Weſenbec. pag.* 18.

§. 112. Eadem juris Saxonici fata in aliis provinciis fuerunt, veluti in POMERANIA & ducatu MECLENBURGICO, (vid. Cothmann. *Vol.* 1. *conſil.* 26. *n.* 219. *ſeq.*) nec non juris Suevici in ducatu WURTENBERGICO, ubi judicibus negotium datur, *ſo nicht andere redliche und ehrbare Gewonheiten vorhanden, nach des H. Reichs-Rechten gleich zu richten. Wuttemb. Hof. Gerichts- Ordn. Part.* 1. *tit.* 9. Qualia & in aliorum principum ordinationibus & conſtitutionibus paſſim legas. Vid. *erneurte Anhalt. Canzley-Ordn.* §. 27. *Magdeb. Policey-Ordn. in præf.* Quod eo minus mirandum, quo magis conſtat, ne in ipſa quidem Saxonia juris Saxonici totius uſum ſupereſſe, ſed ipſos Saxonum prudentes fateri, illud valere, quatenus ſit receptum. Hartm. Piſtor. *Quæſt.* 1. 16. 21. 2. 13. 82. 2. 25. 35. 2. 26. 17. Carpzov. *Proceſſ.* 12. 1. 15. Coler. *de Proceſſ. exſequut. in præfat.*

* Quumque Brunſuicum, civitas, jus Saxonicum mordicus adhuc tenuiſſet: ea potiti duces Brunſuicenſes & ibi illud plane aboleverunt. Conſtitutionem Rudolphi Auguſti ducis Brunſuic. & Luneb. anno 1675. ea de re editam recenſet Strykius in *Diſſ. proœm. Uſ. mod. Dig.* §. 30.

§. 113. Quæ juris Romani incrementa haud parum adjuvit felix illa temporum reparatio, qua ſub initium ſæculi 16. purior doctrina Chriſtiana veluti reviviſcere in Germania cœpit. Quo minus enim juri canonico favere poterant Proteſtantium theologi, quod Lutherus flammis abſumere non dubitarat: eo magis evehebant jus Romanum. Vid. Luth. *Comm. ad Geneſ.* 24. 1. *Tom.* 9. *Altemburg.*

§. 114. Denique obſervandum, omnes fere principes Germaniæ a ſæculo 16. edere cœpiſſe varias leges provinciales inſcriptas, *Land-Rechte*, *Policey-Ordnungen*, *Kirchen Conſiſtorial-Ehe-Ordnungen*, & innumeras hujus generis alias. Idem fecere civitates tum imperiales, tum municipales, in quibus paſſim condita varia *Statuta*, *Reformationes*, & *Willkühre*, quorum pleraque & principes territoriorum rata habuerunt. In his paſſim ſuperſunt quædam juris Germanici reliquiæ, at multa ubique de novo ſancita, pleraque ex jure Romano in illa translata animadvertimus.

§. 115. Jam ex his facile patet, quid de uſu juris Romani & Germanici poſt tot eximiorum JCtorum concertationes tenendum videatur. Receptum ſane eſſe jus Romanum, & quidem tamquam jus commune & ſubſidiarium, nemo temere negaverit, quum ipſa experientia id ſatis demonſtret. Ac proinde primo loco tenendum I. *eum qui jure illo nititur, eatenus firmo ſatis fundamento niti, neque ad receptionem probandam eſſe obſtrictum.*

§. 116. At quum recepto jure Romano, non ideo in exſilium plane actum ſit jus patrium: conſequens eſt, II. *ut primo omnium ſecundum jus Germanicum pronunciandum, eoque demum deficiente, Romanum in ſubſidium ſit adhibendum:* III. *utque adeo bene illi ſibi ſuiſque ſtudiis conſulant, qui JURIS ROMANI & PATRII differentias mature inveſtigant.*

§. 117.

§. 117. Enimvero jam ſupra oſtendimus, Capitularia regum Francorum, multoque magis leges Wiſigothorum, Burgundionum, Salicam, Ripuariam, Bajuvariorum, Alamannorum, Saxonum, Angliorum, Werinorum, Friſiorum, Langobardorum, jam ante plurima ſæcula exoleviſſe, ex eoque colligimus IV. *non eſſe jus Germanicum ex illis priſcis Germanicarum gentium legibus æſtimandum* *. Quin quum hæ gentes diverſiſſimis maximam partem uſi ſint conſuetudinibus: ex eo facile unusquisque animadvertit, V. *laterem eos lavare, qui ex tam diverſarum gentium legibus & inſtitutis, quæ principiis diverſiſſimis nituntur, corpus & ſyſtema aliquod juris Germanici conſui poſſe, ſibi perſuadent.*

§. 118. Multo major quidem pro jure Saxonico & Alamannico præſumtio eſt, quia illud in inferiore, hoc in ſuperiore Germania maximæ fuit auctoritatis. Sed, quum jura illa, alibi deſuetudine exoleviſſe, alibi lege publica abrogata, & nusquam plane tota recepta eſſe, demonſtratum ſit: per ſe patet, 6. *jura illa citantem non habere fundatam intentionem, niſi eorum uſum in ea provincia, in hoc vel illo capite, ſupereſſe oſtenderit.* Quid? quod 7. *ne in Saxonia quidem allegatio juris Saxonici alicujus momenti ſit, niſi vel uſus probetur, vel de eo aliunde jam ſatis conſtet.*

§. 119. Itaque ſatis patet 8. *multos invehi in jus Romanum, multos juris Germanici uſum mirifice commendare, qui quale ſit illud jus Germanicum, quod tantopere commendant,*

* Itaque jus Germanicum hodiernum, cujus paſſim reliquiæ ſuperſunt, egregie quidem illuſtrari poteſt ex his aliisque gentium Germanicarum legibus: ſed qui illis uſum forenſem hodie tribuunt, illis probatio incumbet, omnes illas leges jam olim in Germania univerſa receptas fuiſſe. Quod quum vel cogitare abſonum eſt, & multo magis abſurdum erit, ex jure Wiſigothico vel Burgundionum oſtendere velle, quale e. g. in hoc tractu Germaniæ jus patrium olim viguerit.

*dant, ſcire cum ignariſſimis videntur*. Eosdem vero 9. *incredibile damnum inferre reipublicæ, dum jus Romanum certum, & a tot ſæculis magno ſtudio excultum, manibus juvenum extorquere conantur, neque tamen jus patrium certius, & quod pro norma tuto ſequi poſſint, illis oſtendunt*. Ex quo ſane verendum, 10. *ne demum plane omnis juris certitudo in ſcholis & foro tollatur*.

§. 120. Ut ego pateat, quale ſit iſtud jus Germanicum, cujus primo omnium in dirimendis litibus rationem eſſe habendam diximus: ſciendum 11. *eſſe quaſdam conſuetudines Germanorum univerſales*, v. g. pacta nuda producere obligationem & actionem, liberos per ſeparatam œconomiam exire patria poteſtate, cet. *quas tuto ſane ſequimur, etiamſi nulla ſcripta lege firmatæ ſint, niſi probetur, eas quibuſdam caſibus legibus reſtrictas eſſe*. Deinde 12. *multa Germanorum inſtituta paſſim confirmata eſſe ſtatutis & legibus Germanorum, immo ipſis, aliquando Receſſibus imperii*, e. g. confirmationem tutorum, *quæ itidem nulla probatione indigent*: denique 13. *paſſim vigere conſuetudines particulares, nulla lege ſcripta firmatas*, e. g. jus congrui, parœmiam: major dividit, minor eligit, *quarum uſus ex actuum conformium frequentia merito probandus eſt*. Tales ſunt veteres Germanorum conſuetudines, quas collegerunt Schottelius, *von unterſchiedlichen Rechten in Deutſchland*, & Struv. *Hiſt. jur*. 6. 34. *ſeq*.

§. 121. Si tale nihil occurrat, 14. *merito ad ſtatuta topica, & his deficientibus, ad jura provincialia reſpicitur, in quibus multa quis latere videbit juris patrii λείψανα* *, *quæ ſive adhuc ſincera ſint, ſive juris Romani*

* Sic multa paſſim in ſtatutis reliqua ſunt ex jure Alamannico & Saxonico. De hoc nemo dubitarit, qui jura provincialia Magdeburgica, Halberſtadienſia, Analtina perlegerit. De Alamannico jam obſervavit Goldaſtus *in Præf. der Rei-*

*ni laciniis deformata, pro norma eſſe debent judicibus.* Multoque minus quisnam dubitabit, 15. *quin ſicubi ſtatuta & jura provincialia jus Romanum in uno alterove capite mutant, in iſta juris patrii diſpoſitione ſit adquieſcendum.*

§. 122. Deficientibus ejus modi ſtatutis, juribusque provincialibus, 16. nihil reliquum eſt, quam *ut jus Romanum in ſubſidium adhibeatur.* Id quod etiam 17. *de* JURE FEUDALI LANGOBARDICO *intelligendum, quippe una cum Corpore juris Juſtinianei ſimul recepto, tamquam jure feudali ſubſidiario* *, *ſi conſuetudines feudales patriæ deficiant.*

§. 123. Attamen nullum eſt dubium, quin 18. *ea, quæ jus Romanum ſancit, ad jus publicum Rom. pertinentia, nec non quæ principiis Romanorum, reipublicæ noſtræ parum concinnis, nituntur, nullum in foris noſtris uſum habeant, niſi recepta eſſe probentur.* Quamvis hic Jo.

*Reichs-Satzungen: es ſey der Schvvaben-Spiegel bey den Schvvaben in Schvvæbiſchen Gebieten, als Algœvvern, Schvveitzern, Fundinern, und Burgundiern, noch zu guten Theil im Schvvanck, und in ihre Statuta gezogen.* Unde a ſcopo aberravit Steph. Chriſtoph. Harprechtus, dum *Speculi Suevici* non uſum demonſtraturus, multa JCtorum reſponſa corraſit, ſuper quæſtionibus, *utrum jus feudale Alamannicum publice doceatur, & in decidendo pro norma habeatur, an jus feudale Langobardicum?* Quamvis enim nec publice doceatur, nec in reſponſis allegetur, multa tamen ex eo vel motibus adhuc obtinere, vel lege ſcripta confirmata eſſe, nemo dubitat.

* Schilterus *ad jus feud. Alam. cap.* 40. §. 4. 5. producit duo diplomata Ruperti Palatini, regis Rom. in quorum utroque *mentio fit conſuetudinum feudorum, uſuum ſcriptorum & non ſcriptorum, præſertim Capituli Naturales in rubrica, ſi de feudo controverſia fuerit, collatione* 10. *in libro feudorum.* Germanice: *Des Geſetzes und Gevvonheit in Kayſerlichen Lehn-Rechtent begriffen, und in dem Capitel, das anſahet Naturales des Rubricen, ob umb Lehn zvveytracht vvære.* Utrumque diploma datum eſt anno 1409.

Jo. Ottonem Taborem alioſque diſſentire, non ignoremus.

§. 124. Denique 19. JUS CANONICUM *in Proteſtantium foris, non niſi quatenus receptum eſt, valere, ejuſque uſum in cauſſis præcipue Eccleſiaſticis, matrimonialibus, & proceſſut, quem vocant, forenſi ſupereſſe*, jam ab aliis, & præcipue Boehmero ἐξ ἐπαγογῆς, ſeu *per inductionem*, oſtenſum eſt in opere eximio *de jure Eccleſiaſtico Proteſtantium*.

F I N I S.

# INDEX

## SERIES CAPITUM.

## LIB. I.

### De Origine, Progressu, variisque Mutationibus Juris Romani.

CAP. I.

*De origine & progreſſu juris Romani ſub regibus.* pag. 24

CAP. II.

*De ſtatu juris Romani ab exactis regibus ad latas leges XII. tabularum.* 32

CAP. III.

*De ſtatu juris Romani poſt XII. tabulas ad tempora Auguſti.* 48

CAP. IV.

*De ſtatu juris Romani a Cæſare Auguſto ad Conſtantinum Magnum imp.* 138

CAP. V.

*De ſtatu juris Romani a Conſtantino M. ad Juſtinianum imp.* 280

CAP. VI.

*De compoſitione juris Juſtinianei, ejusque in Oriente & Occidente uſu & fatis ad noſtra tempora.* 302

# L I B. II.

## De Origine et Progressu Juris Germanici.

### C A P. I.

*De jure Germanico ante Caroli M. imperium.* pag. 333

### C A P. II.

*De progreſſu juris Germanici a Caroli M. temporibus ad Lotharium III. imp.* 354

### C A P. III.

*De ſtatu juris Germanici a Lothario imp. ad tempora, quibus in Germania Academiæ inſtitutæ.* 369

### C A P. IV.

*De ſtatu juris Germanici a conditis Academiis ad noſtra tempora.* 389

# INDEX

## RERUM ET VERBORUM.

*Primus numerus deſignat* Librum, *alter* Paragraphum, *Aſteriſcus* Additamentum.

### A

*ABurnus Valens* JC. I. 291. ejus ſcripta. *ibid.*

Academiæ in Germania ſæc. XIV. inſtitutæ. II. 96. in iis condendis Germani Italorum & Gallorum inſtituta imitati. II. 95

*Accurſius* (*Franc.*) Florentinus laudatur. I. 415. 417. tardius ad ſtudia ſe contulit. *ib.* gloſſam perfecit. I. 38. notatus. I. 41.* 395.*

*Acilius* (*Lucius*) ſapiens a populo dictus. I. 125. in XII. tabb. ſcripſit. I. 31. An Atilius recte vocetur? I. 125.

Actio conſtitutæ pecuniæ. I. 69.* finium regundorum. I. 101.* receptitia. I. 69.*

Actionem ex donatione quis dederit? I. 357. ſubſidiariam adverſus magiſtratus dedit Hadrianus. I. 254. 294

Actiones ædilitiæ an quædam perpetuæ? I. 72. civiles qua ratione eliſæ a prætoribus? I. 68. utiles. I. 50.* quædam prætoriæ pœnales. I. 67.*

Actiones legis quid? I. 43. cur ſollemnes? I. 44. tales omnes actus legitimi, ſed non viceverſa. I. 46.*

Actus legitimi. I. 46. eorum adfectiones. *ibid.* in quo differant ab actionibus legis? *ib.*

*Adamus* (*Leonardus*) novam editionem Novellarum Theodoſii II. & ſucceſſorum promiſit. I. 380.*

Adoleſcentes Rom. in forum deducti. I. 154. grammaticos, rhetores, & philoſophos audiebant. *ibid.*

Ado-

Adoptio impuberum ab Antonino Pio permiſſa. I. 294. ſimulata uſurpandis hereditatibus non profuit ex SC. Memmiano. I. 224. *
Adpellationi contra edictum perpetuum non erat locus. I. 274.
Adrogationi curatoris conſenſum accedere juſſit Claudius Imp. I. 220. *
Advocati dicti ſyndici civitatum. II. 98. *
Advocatis infeſti Galerius & Maximianus impp. I. 353
Advocatus fiſci ab Hadriano conſtitutus. I. 280
Æbutia lex quædam capita XII. tabb. abrogavit. I. 30
Ædiles cereales. I. 56. curules. *ib.* edicta de communi ſententia proponebant. I. 75. a quonam tempore id jus habuerint? I. 75. * eorum dignitas a ſæc. II. evileſcere cœpit. I. 279. de eorum officio nemo veterum ſcripſit. *ib.* Plebis tribunorum adjutores. I. 54
Ædilium edictum. I. 75. perpetuum an unquam extiterit? I. 279. in hoc edictum quinam ſcripſerint commentarios? *ibid.*
*Ægeria* Nympha, cur cum ea congreſſum ſimularit Numa. I. 9. *
Ægypto præfectum Auguſtalem præfecit Auguſtus. I. 177. hujus inſtituti ratio. *ibid.* cur ab hac præfectura excluſi ſenatores. *ibid.*
Æliæ gentis ſtemma. I. 193. *
*Ælius* (*Sext.*) *Catus* in XII. tabb. ſcripſit. I. 31. juris Æliani auctor. I. 49. 124. ejus Tripartita. I. 49. ** 124. vita. I. 124.
*Æmilius Macer*. vid. *Macer*.
*Æmilius Papinianus*. vid. *Papinianus*.
Æmulatio inter patricios & plebejos. I. 37
Ærarii cura primo quæſtoribus, deinde prætoriis viris, denique præfectis ærarii demandata. I. 54. *
Africa, in ea floruit jus Juſtinianeum. I. 412

*Africanus* (*Sex. Cæcilius*) JC. I. 36. ejus ætas, ſecta, & ſcripta. I. 307. ſubtiliter in quæſtionum libris diſputavit. *ib.** ad ejus fragmenta Cujacius ſcripſit. I.307
Ἀγαθῇ τύχῃ formula edictalis. I. *66.**
*Agilulphus* auctor ſtirpis Agilolfingicæ memoratur in præfat. leg. Bajuvar, II. 21
Agrariæ leges a Coccejo Nerva latæ. I. 249.
Ἄγραφα quænam in edictis relicta. I. 80. *
Alamannica lex quando ſcripta? II. 23. valuit adhuc ſub Conrado I. II. 41. 51. immo in Auſtria adhuc ſæc. XI. II. 51
Alamannis an olim lex Salica data? II. 23. *
Alaricianum corpus quando & ex quibus legibus compilatum? II. 15. ejus breviarium. *ib.* quando abrogatum? *ibidem*.
Alba Longa Romæ metropolis. I. I.
Albanorum ſacra & inſtituta initio Romani retinuerunt. I. I.
*Albericus a Porta Ravennate*. I. 417.
Albinagii jus ſub Carolo M. II. 37.*
Album. In eo edicta propoſita. I. 66. regium vel edictum regium. I. 4. *
*Alciatus* (*Andr.*) juris prudentiæ humanioris auctor. I. 425. notatus. II. 50. *
*Alexander Tartagnus*. vid. *Tartagnus*.
Alexandriæ juridicus ab Auguſto inſtitutus. I. 127
Alexandri Severi laus. I. 326. præfectorum urbi potiam auget. *ibid.* nec non præfectorum prætorio. *ib.* eosdem clariſſimorum virorum titulo ornat. *ib.* XIV. Romæ curatores inſtituit. *ibid.* Ulpiani conſiliis utitur. I. 337.
Alexandrina mulier quinque ſimul enixa. I. 266.*
Alexandrina ſchola medica celebris. I. 361.* juridica etiam poſt Juſtiniani prohibitionem ibi floruit. *ib.*
*Alfenus Varus* JC. I. 184. ejus ſcripta. I. 185. an ex ſu-

ſutore conſul factus? I. 184
Alimentariis proſpexit D. Marcus. I. 299. *
Amalphi repertum exemplar Pandectarum. I. 413
*Amblardus de Bella Monte* JC. II. 68.
*Ammiani Marcellini* elegans deſcriptio JCtorum ante Theodoſii II. tempora viventium. I. 377. *
Anabaptiſtarum pœna ex edicto Caroli V. Imp. II. 104
*Anatolius* profeſſor Beritenſis. I. 363.
*Ancus Marcius* leges Numæ in uſum revocavit. I. 9
Anglia. Eo quando Codex Theod. pervenerit? II. 57 quando corpus Juſtinianeum? *ib.*
Angli an provincialibus juris Rom. uſum reliquerint? II. 20. iis leges quis primus tulerit? II. 20. ubi exſtent. II. 20. *
Angliorum leges. II. 12.
Anianismi. De iis judicium. II. 15
*Anianus* corporis Alariciani conditor. II. 15. Codicis Gregoriani reliquias ſervavit. I. 369. *. ejus breviarium. II. 15
Ἀνώνυμον SC. I. 254.
*Anſegiſi* collectio Capitularium. II. 381. ab initio ſtatim in academiis inſtituti. II. 96
*Anthianus* (*Furius*( JC. I. 335.
*Antiochus* auctor Codicis Theodoſiani. I. 379
*Antipater* (*Celius*) JC. I. 141.
*Antiſtius Labeo*. vid. *Labeo*.
*Antoninus Caracalla*. vid. *Caracalla*.
*Antoninus* (*Marcus Aurelius*) imp. in jure quædam innovavit. I. 298. juris prudentiam non minus, quam philoſophiam excoluit. I. 298. * ejus orationes & SCta. I. 299. *ſeq.* nova ab eo reperta. I. 302
*Antoninus Pius* imp. varia jura condidit. I. 293. 294. illi multa tribuuntur, quæ Hadriano debent originem. I. 293. * an auctor beneficii diviſionis? I. 293.

293. ejus reſcriptum de lege Rhodia. I. 295. an huic conſtitutio *l.* 17. *D. de ſtat. hom.* tribuenda. I. 323. * an edictum perpetuum illi tribuendum. I. 268
Apollinis ædes. Juxta eam diſputatio fori. I. 51
Appellatio. *vid.* Adpellatio.
*Appiorum Claudiorum* ſtemma. I. 114. *
*Appius Claudius* Cœcus & Centimanus dictus. I. 114. ejus vita & geſta. I. 115. an literæ caninæ inventor? I. 115. *
*Appius Claudius* decemvir præcipuus legum XII. tabb. conditor. I. 25. 113. ejus fata. I. 27. 113
*Apud forum, palam unde de plano recte legi poſſit,* formula edictalis. I. 66. *
Aqua Claudia. I. 115
*Aquila* (*Julius*) IC. I. 360
Aquillia gens celeberrima. I. 146. *
*Aquillius* (*Cajus*) *Gallus* JC. ejus ſtudium juridicum. I. 147. is non tulit legem Aquiliam. I. 147. * ejus ſcripta. I. 148
Aquisgranenſia ſtatuta. II. 86. *
Architecti juris. I. 387
Argentarii non promittere, ſed recipere dicuntur. I. 69. *
Ariſtocratiam Romæ adfectabant patres. I. 13. *
Ariſtotelis obſervatio de edictis. I. 61
*Ariſto* (*Titus*) JC. a Plinio laudatus. I. 261. ejus vita. *ibid.* * ſcripta. I. 262
Armis finitæ lites apud Germanos. II. 97. *
*Arrianus* JC. I. 263. ejus ſcripta. *ibid.*
*Arrius Menander* JC. I. 334.
Artes ſellulariæ Romanis interdictæ. I. 8. *
Artium profeſſores immunitate donati. I. 355
Aſſis explicatio an occaſionem dederit docendi Pandectas. I. 413. *ſequ.*
Aſylorum jus in municipiis ad modum reduxit Tiberius. I. 205. *

*Ate-*

*Atejus* (*Cajus*) JC. I. 153.
*Atejus Capito*. vid. *Capito*.
Athenis leges petiverunt Romani. I. 24. *
Atilia gens celeberrima. I. 125.
*Atilicinus* JC. I. 230
*Atilius* ( *Publius* ) JC. I. 125. vid. *Acilius*.
*Attaliota* ( *Mich.*) JC. Græcus. I. 407. ſcripſit πόνημα ſive πραγματικὴν. *ibid.*
*Attus Clauſus* e Sabinis Romam migrat. I. 113. ab illo deſcendit gens Claudia. *ibid.*
Auctoritas legibus Rhodiis præmiſſa an fide digna. I. 296. *
Auctoritates a ſenatu ſcriptæ. I. 111
Auctor libri *de beneficiis*. II. 72. *
Auditores dicti ſtudioſi juris. I. 156. *
Auditoriorum Berytenſium ſplendor. I. 363. *
*Aufidius Namuſa* JC. I. 153. 187
*Aufidius Tucca* JC. I. 153. 187
Auguſtalis præfectus. I. 177
*Auguſtus* ( *Ant.*) JC. humanior. I. 425. notatus. I. 245. *
*Auguſtus* ( *Octavius Cæſar* ) monarchiam invexit. I. 159. de immutando jure cogitat. I. 160. ſub ea eadem magiſtratuum vocabula, nihil priſci & antiqui moris. I. 162. quibus titulis uſus. I. 162. * in eum paullatim ſummum imperium collatum. I. 168. leges priſco ritu tulit. I. 163. multa SCtis & edictis conſtituit. I. 170. edicta poſuit. I. 173. iis jura nova invexit. I. 174. novos magiſtratus inſtituit. I. 175. provincias cum populo diviſit. I. 176. JCtis non omnibus facultatem de jure reſpondendi conceſſit. I. 178. princeps πολιτικώτατος. I. 159
Aulici judicii ordinationes. II. 108. *
*Aureliani* imp. conſtitutiones. I. 352. *
*Aurelii* nomen plures tulerunt imperatores legitimi & ty-

tyranni, I. 372. * unde non unus error. *ib.*
*Aurelius Arcadius Chariſius* JC. vid. *Chariſius*.
Auſtriacum jus provinciale. II. 84
Authenticæ *Habita*. *C. ne fil. pro patre.* auctor. I. 416
Authenticas quis excerpſerit atque Codici addiderit? I. 420. de earum auctoribus atque erroribus controverſia inter Bynkershoekium & Pagenſtecherum. *ib.*
Αὐτονόμοι civitates quænam. I. 79
*Azo* Summæ auctor. I. 417. *ſeq.*

B

BAjuvarii ſe Francis dederunt. II. 24. eorum lex quando ſcripta? *ib.* ea adhuc valuit ſub Henrico II. imp. II. 41. nec non ſub Franconicis impp. II. 51. ad eam Capitula Caroli M. II. 37. & Taſſilonis ducis. II. 24.
*Balbino* imp. nihil debet juris prudentia. I. 327.
*Balduinus* (*Franc.*) JC. humanior. I. 425. de juris prudentia Muciana ſcripſit. I. 145. itemque de lege Falcidia. I. 165. nec non Theodoſii M. conſtitutiones commentario illuſtravit. I. 376.
*Baldus Ubaldus* Peruſinus JC. I. 376.
*Balſamon* (*Theod.*) Photii *Nomocanonem* commentario illuſtravit. I. 408. floruit ſæc. XIII. *ibid.*
Baptiſmi iteratio morte luenda. II. 104.
*Baraterius* (*Barth.*) auctor libri feudorum reformati. I. 424
*Baronii* errores circa edictum perpetuum. I. 269. notatus. II. 40. *
*Baronis* (*Eguinarii*) Manualia juris. I. 276. in iis edictum perpetuum reſtituere conatus eſt. *ibid.*
*Bartolus de Saxoferrato* JC. I. 422. in conſilio Caroli IV. imp. fuit. II. 97. ejus commentarii in Corpus juris. I. 422.

Baſilicῶn libri. I. 406. eorum origo. I. 405. collectores. *ibid.* fontes. I. 406. editio Fabrotti. *ibid.* uſus. I. 407. *ſeq.*

*Baſilius Macedo* edidit πρόχειρον τῶν νόμων. I. 405.

Bavaricum jus provinciale quando conditum? I. 84

Bederina an patria Juſtiniani? I. 385. *

Bellagines Gothorum leges diæteticæ. II. 11. * earum etymologia. *ibid.*

Benedicta Caſcelli. I. 191

*Benedicti Levitæ* collectio Capitularium. II. 40

Beneficium diviſionis a quo conceſſum? I. 293. D. Trajani. I. 255.

*Berguntio* gloſſator. I. 419.

Berytenſis ſchola quando conſtituta? I. 361. ejus laudes & fata ſæculis III. & IV. I. 362. nec non V. & VI. I. 363. ejus profeſſores celebriores. I. 363. in ea an Pegaſi placita propoſita? I. 243

Beryti urbis fata & interitus. I. 364

Bibliotheca Athenaica S. Ulpia ab Hadriano collecta. I. 271. * Ticinenſis in Galliam translata. I. 424

Bituricenſis Academia JCtos præſtantiſſimos aluit. I. 425

Boemicæ leges latæ a Carolo IV. ſub titulo Majeſtatis Carolinæ. II. 85. *

*Bonefidii* ( *Enim.* ) jus orientale. I. 407

Bononienſis Academiæ celebritas. I. 415. quinam ibi antiquis temporibus jus docuerint? I. 415. 416. eo Germani juvenes ſæc. XII. confluxerunt. II. 56. Irnerius ibi docuit. I. 413. itemque Pepo. I. 414

Bonorum maternorum uſumfructum conceſſit patribus Conſtantinus M. I. 355. *

Bonorum poſſeſſio a prætore inventa. I. 69. *

*Bonum factum* formula edictalis. I. 66. *

*Bottereau* notatus. I. 269

Boves aratores pignori capi vetuit Conſtantinus M. I. 355

Bar-

Barbantinorum ducum conſtitutiones. II. 85. *
Brandenburgica Marchia repudiato jure Saxonico ſe juri Rom. ſubmiſit. II. 110
Breviarium *Aniani*. II. 15
*Briſſonius* ( *Barn.* ) JC. humanior. I. 425
*Bitonis* (*Guillermi*) teſtimonium de recepto jure Rom. notatu digniſſimum. II. 58. *
Brocardica quid? II. 50
*Brunquellus* (*Jo. Sam.*) notatus. II. 79. *
Brunſuicenſis ducatus jus Rom. adoptavit. II. 111
*Brutus* ( *Marcus* ) illi Servius nuncupavit Comm. ad edictum præt. itemque Cicero varios libros. I. 74. *
*Brutus* (*M. Junius*) JC. I. 136. ejus libri. I. 137
*Bulgarus* JC. Bononienſis. I. 416. auctor diviſionis Digeſti in vetus, infortiatum, & novum. I. 419
*Burchardi*, Wormatienſis epiſcopi, volumen Canonum. II. 50
Burgundia quando jus Rom. receperit. II. 59
*Burgundio* gloſſator. I. 419. auctor diviſionis Novellarum in IX. collationes. I. 419
Burgundiones provincialibus jus Romanum conceſſerunt. II. 17. impp. Romanorum majeſtatem venerati. II. 13. * eorum lex multa habet ex jure Romano. II. 14
Byzantium. *vid.* Conſtantinopolis.

## C

*CÆcilius* (*Sex. Africanus*) JC. I. 306. vide *Africanus*.
*Cælius Antipater*. vid. *Antipater*.
*Cælius Sabinus*. vid. *Sabinus*.
*Cæſar* (*C. Julius*) de jure in ordinem redigendo cogitat. I. 160. * adfectatio regiæ majeſtatis male ei cedit. I. 161

*Cæſius* ( *Titus* ) JC. I. 187.
*Cajus* JC. I. 313. ejus ætas. *ib.* ejus ſcripta. I. 314. nulli ſectæ addictus. I. 314. Inſtitutionum ejus fragmenta. *ib.* an Chriſtianus & Juſtiniano σύγχρονος. I. 313. cur eum ſuum vocaverit Juſtinianus? I. 313. *. ejus Inſtitutiones majorem in occidente uſum habuerunt, quam Juſtiniani. I. 410. in XII. tabb. ſcripſit. I. 31
*Caligula* ( *Cajus Cæſar* ) JCtis minatur exitium. I. 211. comitia revocare tentavit. *ib.* Caſſio ſtruxit inſidias. *ib.* ejus acta reſciſſa a ſucceſſore. I. 212. unde ejus in jure nusquam mentio fit. *ib.*
*Calliſtratus* JC. I. 344. ætas ejus & ſcripta. *ib.*
*Calviſius* inter JCtos non numerandus. I. 265. neque is auctor eſt actionis Calviſianæ. *ib.*
Cameræ imp. ordinationes juris Rom. tamquam comunis uſum confirmant. II. 102
Candidati a toga cretata dicti. I. 103. *
Canonicum jus. *vide* Jus Canon.
Canoniſtæ. I. 68.
*Capito* ( *Atejus* ) JC. Auguſto obnoxius. I. 180. ejus ſcripta. I. 183. eorum nullum in Pandecte exſtat fragmentum. *ib.* ſectæ Sabinianorum auctor. I. 195. eorum, quæ a majoribus acceperat, admodum tenax. *ib.* *. in XII. tabulas ſcripſit. I. 31
Capitula extraordinaria feudorum. I. 421
Capitularia quid ſint? II. 29. * II. 38. regum Francorum ante Carolum M. II. 29. Caroli M. de Saxonibus. II. 36. ejusdem & ſucceſſorum. II. 38. collecta ab Anſegiſo. II. 39. a Benedicto Levita. II. 40. a Lothario imp. *ib.* ea adhuc in uſu ſæc. IX. & X. II. 42. & 47. ſed tum ſenſim in deſuetudinem abierunt. II. 47. addita legibus Salicæ & Langobardorum. II. 37
*Caracalla* ( *Antoninus* ) jus variis inſtitutis locupletavit.

vit. I. 323. ingenuis in orbe Rom. jus civitatis conceſſit. I. 323. Papinianum interemit. I. 131
Carceres in pœnam haberi vetuit Conſtantinus M. I. 355
*Cari* & *Carini* impp. conſtitutiones. I. 352
Carmen etiam de ſermone proſaico uſurpatur. I. 29.*
Carolingi. Sub iis leges patriæ valuerunt in Germania. II. 41
*Carolus Craſſus* an auctor conſtitutionis de expeditione Romana? II. 43
*Carolus M.* barbarorum mores emendat. II. 33. omnium gentium, quæ ſibi parebant, leges in ſcripturam redigi juſſit. II. 22. leges Saxonum auxit. II. 33. an temporibus ejus juris Rom. aliquis uſus? I. 44. ab hoc ad finem ejus ſtirpis leges patriæ in Germania valuerunt. II. 41. ejus Capitularia univerſis civibus præſcripta. II. 38
Carolus V. imp. juris Rom. uſum in Germania firmavit. II. 104
*Cartilii* JCti memoriam reſtituit Ant. Auguſtinus. I. 187
*Caſcellii* JCti ætas. I. 190. joci & facetiæ. I. 78. I. 191. benedicta. I. 191
Caſſianorum nomen a Caſſio Longino. I. 229
*Caſſius* (*C. Longinus*) JC. I. 228. ejus ſcripta & ſchola. I. 229. notavit ad Urſejum Ferocem. I. 229.*
Caſtratio puerorum prohibita edicto ædilitio. I. 78. nec non a Domitiano. I. 138.*
*Caſtrenſis* (*Paulus*) JC. I. 422
*Cato* (*M. Porcius*) cenſorius C. I. 129. ejus opera. I. 130
*Cato* (*M. Porcius*) filius JC. I. 131. auctor regulæ Catonianæ & aliorum. I. 132
*Catonum* ſtemma. I. 131.*
Cautio Muciana a quonam inventa? I. 145
*Celſus* pater JC. I. 241. Proculi ſectator. *ib.*
*Celſus* (*P. Juventius*) JC. I. 256. ejus ætas *ibidem** hono-

honores. I. 257. ſcripta. I. 258.
Cenſorum origo, officia, dignitas. I. 55. edicta. I. 63
Cenſus ultimus ſub Veſpaſiano actus. I. 236
Centenaria cœna. I. 100. *
Centumvirale judicium an ex lege Æbutia. I. 30.*
Centuriata comitia a quonam, & cur inſtituta. I. 7.*
Cereales ædiles. I. 56
Certaminum ſingularium impietas Agobardo viſa. II. 10.*
*Cervidius* reſcribendum putat Bynkershoekius pro *Servilius*. I. 263.*
*Cervidius Scævola* JC. I. 317. Severum imp. & Papinianum inſtituit. *ib.* quibusdam male audit. I. 317. ejus ſcripta. I. 318
*Chariſius* ( *Aurel. Arcadius* ) JC. I. 359. an Chriſtianus. *ibid.* ejus ſcripta. *ibid.*
*Charondæ* leges unde? I. 28. *
*Chifletii* (*Jo.*) *Diſſ. apologetica*. I. 384
Chlodovæus rex Francorum imperatorum Rom. majeſtatem veneratus eſt. II. 13
Chlotarius cauſſas inter Romanos controverſas legibus terminari juſſit Romanis. II. 18
Chreſimus non eſt Chariſius. I. 359
Chriſtianismus mutationi legum anſam dedit. I. 354
Chriſtiani impp. jus ſimplicius reddere ſtuduerunt. I. 373
Chriſtianos in bonarum artium ſtudia incumbere prohibuit Julianus apoſtata. I. 374
*Cicero* ( *M. Tullius* ) an JC.? I. 149. de jure civili in artem redigendo cogitat. *ibid.* * ab eo quæſtio juris ex Sex. Ælii Pæti Tripartitis deciſa. I. 124
*Cincius* ( *L. Alimentus* ) JC. I. 119. ejus ſcripta. *ibid.* non confundendus cum M. Cincio M. F. Alimento. *ibid.* *
*Cinna* JC. I. 187
Civitates αυτονόμοι. I. 79. iis relinqui legata permiſit Nerva. I. 249. Germanicæ juris patrii ſervantiſſi-

tiſſimæ. II. 87. eæ, unde alia oppida jus ſuum municipale petierant, metropoleon loco habitæ. II. 86. ad eas provocatum a ſententiis domi latis, *ib.* eæ quando ſtatuta, reformationes, Wilkuhre ediderint? II. 114

Civitatis jus. *vide* Jus Civitatis.

Clariſſimi viri effecti Romæ curatores ab Alexandro imp. I. 326.

*Claudius* (*Appius*) vid. *Appius*.

*Claudius* imp. prætores fideicommiſſarios conſtituit. I. 213. conſules tutores dare juſſit. I. 214. ejus SCta. I. 215. & conſtitutiones. I. 220. 352.*

*Claudius Saturninus*. vid. *Saturninus*.

*Clauſus*. vid. *Attus Clauſus*.

*Clemens* (*Terentius*) JC. I. 308

Clementinæ quando editæ, & a quo nomen ferant? II. 69.

Clerici in Gallia, Anglia, & Belgio ſecretarii, & ſcribæ judiciorum vocati. II. 98. *

*Coccejorum* (*Henric.* & *Sam.*) vindiciæ Triboniani. I. 400. *

*Coccejus*. vid. *Nerva*.

Codex Alaricianus. *vid.* Alaricianum Corpus.

Codex Gregorianus. I. 368. ejus auctor. *ibid.* auctoritas. I. 369. fragmenta ab Aniano ſervata. I. 369

Codex Hermogenianus a quonam confectus? I. 370. ejus materia & fragmenta. I. 372. editiones. I. 371

Codex Juſtinianæus quando conditus? I. 390. quando abolitus? I. 396. repetitæ prælectionis. I. 396. Græce verſus. I. 403. eo Arabice verſo utuntur Turcæ. I. 409

Codex Theodoſianus a Theodoſio II. compilatus. I. 379. in eum pleræque Juliani conſtitutiones migrarunt. I. 374. * in occidente magis in uſu fuit, quam Juſtinianeus. I. 410. II. 19. quis eum in Angliam

gliam invexerit? II. 57. quinam libri dicti? I. 367.*
temporibus Conſtantini M. fieri cœperunt. *ibid.*
*Cœlius Antipater* JC. I. 141
*Cœlius Sabinus*. vid. *Sabinus*.
Cœna centenaria. I. 100. *
Colbo Rabbinis idem, quod Pandectæ. I. 391
Collatio legum Moſaicarum & Romanarum an Rufini opus? I. 347. *
Collationes authenticarum novem. I. 419.
Collatio decima. I. 421
Coloniæ inſtituta & mores metropoleon ſervant. I. I.*
Colonienſia ſtatuta. II. 91
Comitia quotuplicia. I. 7. * ea a populo translata a Tiberio ad patres. I. 199. quænam hujus conſilii ratio? *ibid.* *
Comitiva ornati anteceſſores. I. 381. *
Commentarii gloſſatorum in jus Romanum. I. 422. de iis Mureti judicium. *ibid.* *
*Commodus* (*M. Antoninus*) quid in jure mutarit. I. 301. 303. ejus orationes & conſtitutiones. *ib.*
Concordia diſcordantium canonum. II. 61
Concubinas plures habere vetuit Conſtantinus. I. 354
Concubinatus cur non plane abolitus a Conſtantino? I. 354. *
*Conradi Salici* imp. leges. II. 52. an auctor conſtitutionis de expeditione Rom. II. 43. *
*Conringii* Comment. in *l.* I. *C. de ſtud. liberal.* laudatus. I. 381
Conſtantinopolim translata imperii ſedes a Conſtantino M. I. 365. an ob id excuſandus? *ib.* * illa translatione via barbaris aperta & pontificis dominatui. I. 365. ſchola juridica ibi inſtituta. I. 381. cur in ea oratores & grammatici? I. 401. * ea a Turcis capta juris Rom. uſus in oriente plane exolevit. I. 409. ibi Irnerius jus civile didiciſſe dicitur. I. 407. *

*Conſtantinus M.* a Nazario laudatus. I. 354. * ejuſdem ſtudium in legibus Chriſtianiſmo attemperandis. I. 373. multa in jure mutavit. I. 354. *ſequ.* ſub eo juris prudentia quodammodo revixit. I. 358. artium profeſſores immunitate donavit. I. 354. orbem Rom. in quatuor diœceſes diviſit. I. 365. ejus cura in emendandis moribus. I. 373. de eo judicium. I. 366
Conſtantini liberi multa in jure innovarunt. I. 373. eorum ſtudium in evertendis paganorum ſuperſtitionibus. *ibid.* *
*Conſtantinus Porphyrogeneta* libros Baſilικῶν publicavit. I. 405.
Conſtitutio criminalis Carolina quando & ubi publicata? II. 105. judices ad jus Rom. remittit. *ibid.* an deſcripta ex Bambergenſi? *ibidem.* * Brandenburgenſis. *ibidem.*
Conſtitutio de expeditione Romana. II. 43. 52
Conſtitutio Theodoſii II. de reſponſis prudentum. I. 378. parum ſapit prudentiam legislatoriam. *ibid.* Conſtitutiones principum ſæpe leges in jure vocantur. I. 88. * ab Hadriani potiſſimum tempore frequentiſſimæ. I. 281. legitimorum principum quænam? I. 379. *
Conſuetudines Albanorum a Romanis ſervatæ. I. I
Conſuetudinum veterum Germanorum exempla. II. 2. *ſeq.* in ſingulis gentibus Germ. obſervata exempla. II. 5. *ſequ.*
Conſulatus per tribunos plebis circumſcriptus. I. 19
Conſulum regium fere imperium. I. 13. quænam ſub iis reip. forma? I. 13. * hi edictis initio pleraque gubernabant. I. 18. I. 63. penes eos ſolos olim jus mulctandi immorigeros. I. 21. * eos tutores dare juſſit Claudius. I. 214. quando & quomodo dictatores dixerint? I. 57
Con-

Contractus : de iis legem tulit Servius Tullius, i. 10. *
Conventionis in manum effectus ex lege Romuli. i. 8. *
Corculum ob prudentiam adpellatus eſt Scipio Naſica. i. 121
*Corneliorum Scipionum* ſtemma. i. 120. *
*Cornelius* ( *Cajus* ) auctor legis Corneliæ de edictis perpetuis. i. 73. itemque legis, ne quis niſi per populum legibus ſolveretur. i. 73. *
*Cornelius* ( *Cajus Maximus* JC. i. 143
*Cornelius* ( *Publius* ) *Scipio Naſica* JC. vir optimus a ſenatu dictus. i. 120. ejus honores, res geſtæ, filius. i. 121. Corculum adpellatus. *ib.*
Corpus Alaricianum. *vid.* Alaricianum.
Corpus juris Juſtinianeum, quando publicatum? i. 394. a multis reprehenditur. i. 399. de illis judicium. i. 400. ejus in oriente magna auctoritas. i. 401. omnes ejus libri Græce verſi. i. 401. in menſa judicii aulici ſemper præſto eſſe jubetur & a quo in Angliam translatum? i. 57
Corpus Theodoſianum. ii. 15
*Coruncanius* ( *Tiberius* ) JC. primus jus civile profeſſus eſt. i. 53. primus e plebe pontifex max. *ibidem*, & i. 118
*Craſſus* ( *P. Licinius* ) *Mucianus* JC. i. 143. rhetores urbe exeſſe juſſit. *ibid.* JCtorum diſertiſſimus a Cicerone vocatus. *ibid.*
Criminalis conſtitutionis Carolinæ hiſtoria. ii. 105. contra eam proteſtati ſunt imp. ordines. ii. 107. aliæ conſtitutiones criminales. ii. 105. *
Critici non omnes bene de juris prudentia meriti. i. 426.
*Cujacius* (*Jac.*) JC. humanior, i. 425. ei antehabitus Forcatulus. *ibid.* Fufidium ab oblivione vindicavit. i. 245. in Africani fragmenta ſcripſit. i. 307.

307. notatus. I. 245.* 282.* 284.*
Culmenſe jus quando & unde conflatum? II. 90.*
*Culpiſius* notatus. II. 104.*
Curatores adoleſcentibus promiſcue dari juſſit D. Marcus. I. 302
Curatores IV. Romæ præfecit Alexander imp. I. 326
Curiæ, in quas Roma deſcripta. I. 7
Curiatæ leges quando obtinuerint? I. 7. quid libera re publica fuerint? I. 7.*
*Cynus* JCtus. I. 422
*Cyrilli* verſio κατ' ἐπιτομήν. I. 403

## D

*Dagobertus*, rex Francorum. Sub eo adhuc jus ſecundum leges Rom. dictum. II. 19
*Damaſus* primus ſcripſit Brocardica. II. 50.*
Danicæ leges in codicem redactæ a Waldemaro II. rege. II. 85.
Debitores obærati ex lege Servii Tullii in vincula non ducendi. I. 10.*
Decemviri legum ferendarum. I. 22. 25. litibus judicandis. I. 57. 58
Deciſiones L. Juſtiniani. I. 395. quibus coſſ. prodierint? I. 395. cur plures, quam L. in jure noſtro occurrant. I. 395.*
*Decius* imp. quædam conſtitutionibus invexit. I. 352.*
Decreta Frontiniana. I. 262.*
Decretales quando collectæ? II. 69. earum uſus in Saxonia ſæc. XIII. II. 73. earum liber VI. II. 69
Decretorum & interloquutionum Hadriani collector Doſitheus. I. 283
Decretorum libri quales? I. 343.*
Decretum Gratiani. II. 61. non confirmatum a pontifice. II. 62. illud omnibus gentibus obtrudere vo-

voluit pontifex. *ibid.*
Decretum Taſſilonis. II. 24
*Deinde* non ſemper rem tempore poſteriorem eſſe probat. I. 271. *
Delatores coerciti a Tito imp. I. 237. a Trajano. I. 255. * a M. Antonino. I. 302
Deportati ex edicto Hadriani inſula excedere prohibiti. I. 283 *
Dictator quis? I. 41. edicta propoſuit. I. 63. a coſſ. dictus in re trepida. I. 57
Dictatura qualis magiſtratus? I. 57.
Diem ſolis celebrari præcipit Conſtantinus M. I. 354
Dies, quibus lege agere licebat, vel non? I. 43. *
Digeſta, ratione denominationis. I. 391. fonres. *ib. vid.* Pandectæ.
Dilatio Saxonica unde? II. 31. *
*Diocletianus* & *Maximianus* multarum conſtitutionum auctores. I. 353
Diœceſes quatuor orbis Rom. a Conſtantino M. inſtitutæ. I. 365
*Dionis Caſſii* inſignis locus de prætorum edictis. I. 68
*Dionyſii Halic.* locus explicatus. I. 18
Diſputatio fori quid? I. 51
Divi fratres *Marcus* & *Lucius* AA. I. 298. SCtis & orationibus multa conſtituunt. I. 299
Diviſio paterna a liberis ſervanda ex conſtitutione Conſtantini M. I. 355
Diviſionis beneficium ab Hadriano inventum. I. 282
Doctores juris in principum aulis jura patria ſupprimere ſtudent. II. 97. de iis abolendis cogitatum ſub Fridrico III. II. 97. 100
*Dodwelli* (*Henr.*) de edicto ædilitio perpetuo conjectura. I. 279. *
*Domitianus* imp. quid novi in jure conſtituerit? I. 238. SCta ſub eo facta. I. 239. philoſophos pellit.

*Domitius Ulpianus*. vid. *Ulpianus*.
Donatio inter virum & uxorem honoris cauſſa permiſſa. I. 294. quando prohibita? *ib.* * & 322
Donationem inter perſonas conjunctas ſine mancipatione valere juſſit Antoninus Pius. I. 294. ex ea dedit actionem Conſtantinus M. I. 357
Donatori beneficium competentiæ conceſſit Antoninus Pius. I. 294
*Donellus* (*Hugo*) JC. humanior. I. 425
Dorothei verſia Pandectarum κατὰ μέσην τάξιν. I. 403
*Dorotheus* profeſſor Berytenſis. I. 363
*Doſithei*, grammatici, liber Sententiarum. I. 283
*Duarenus* (*Franc.*) JC. humanior. I. 425
*Ducennius Verus* coſ. quis? I. 241. *
Dupondii quinam dicti? I. 394. *
Duumviri curatores viarum. I. 59. navales. I. 60

## E

ECcleſiis legari, easque heredes inſtitui permiſit Conſtantinus M. I. 354
Edicta adjuvandi, ſupplendi, corrigendique juris civilis gratia propoſita. I. *67*. iis aliquando prætores jus ſcriptum evertebant. I. *68*. quibus artibus id conſequuti ſint? I. *69*. ſæpe edicta variabant. I. *68*. *71*. prætores SCto juſſi ſunt ex perpetuis edictis jus dicere. I. 72. ex lege Ateria Tarpeja nata. I. 21. * præfectorum prætorio & poſt Edictum perpetuum valuerunt. I. 326. * prætorum. I. *64*. talia & urbanus, & peregrinus, & reliqui prætores omnes proponebant. *ibid.* quomodo id factum? I. *66*. illa per annum ſæpe mutata. I. 71. quo ſenſu ex lege Cornelia cœperint eſſe perpetua. I. 73. talia tempore Hadriani permulta exſtabant in bibliotheca Ulpia. I. 271. * ab iis juris ſtudium auſpicabantur Romani,

ni. 1. 74. * principum ab Hadriano frequentiſſima. 1. 281. provincialia. 1. 79. quæ in iis cavenda fuerint? 1. 82. ab omnibus, qui provinciis præerant, propoſita. 1. 80. ex urbano hauſta. *ibid.* * vel tralatitia, vel nova. 1. 81. ſæpe SCtis firmata. 1. 281. iis pleraque gubernabant reges. 1. 4. & poſtea coſſ. 1. 18. iis multa nova conſtituit Auguſtus. 1. 173. quo colore id fecerit? *ibid.* a plerisque magiſtratibus propoſita. 1. 61. itemque a ſacerdotibus & ducibus. *ibid.* de quibus rebus? 1. 62. quædam cur ab auctoribus dicta? 1. 65. ** in albo propoſita. 1. 66. eorum finis. 1. 67. cauſſa erat honor. 1. 61. * vel perpetua, vel repentina. 1. 65. vel tralatitia, vel nova. *ibid.*

Edictales quinam? 1. 394. *

Edictis quædam Auguſtus conſtituit, itemque Tiberius. 1. 170. 205

Edictum ædilitium de communi ſententia propoſitum. 1. 75. ejus capita plura in jure noſtro ſuperſunt. 1. 76. alia in jure non memorata. 1. 77. an perpetuum conditum ab Hadriano? 1. 279. cenſorum. 1. 63. conſulum. 1. 18. 63. dictatorum. 1. 63. ducum & ſacerdotum. 1. 61. tribunorum plebis. 1. 63. D. Hadriani. 1. 283. perpetuum Hadriani auſpiciis conditum. 1. 268. quo anno? 1. 269. ejus auctor Salvius Julianus. 1. 270. ejus varia cognomina. 1. 273. per orationem principis & SC. firmatum. 1. 272. ei ne principes quidem derogare auſi ſunt. 1. 274. ejus auctoritas. 1. 273. contra illud non recipiebatur adpellatio. 1. 274. id quomodo intelligendum. 1. 274. * ejus ſeriem & œconomiam ſiſtere conatus eſt Giphanius & Pitenius. 1. 277. ad ejus ordinem poſtea JCti libros ſuos compoſuerunt. 1. 278. quam mutationem illud attulerit in ſtudio juris? *ibid.* illud fruſtra abolere conatus eſt Severus

Imp. I. 321. quinam illud reſtituere conati ſint? I. 276. an ab eo diverſum provinciale? I. 275. provinciale perpetuum. I. 275. illud idem cum urbano. *ibid.* Theodorici Oſtro-Gothorum regis. II. II
*Egeria* Nympha. vid. *Ægeria*.
*Elagabali* Imp. conſtitutiones. I. 325. ejus ne nomen quidem in Pandecte exſtat. *ibid.* Digeſtis tamen ejus familia poteſt illuſtrari. *ibid.* ejus ſtemma genealogicum. I. 325. *
Eloquentia exſtincta ſub Diocletiano & Maximiano. I. 353
Emancipationis neceſſitas ſublata. I. 382
*Epheſius* legislator in *c.* 5. 10. *de præſcr.* quis? I. 25
Equos curſui publico deſtinatos fuſtibus contundi vetuit Conſtantinus M. I. 355
Erphordienſis Academia. II. 96
*Et*, copula inter duas leges interjecta, non ſemper diverſas leges ſignificat. I. 164. *
*Ethilberti*, Anglorum regis, leges. II. 20
Evva & legem, & conſuetudinem denotat. II. 33. *
Exceptiones variæ a prætoribus repertæ. I. 69
Exheredandi libertas reſtricta ſub Auguſto. I. 174. *
Expeditoriæ res. *vid.* Heergewetta.
Extra ordinem vel honorem demandatum munus quid? I. 214. *
Extravagantes libris Feudorum adjectæ. I. 321
Extravagantes Joannis PP. XXII. & communes. II. 69

## F

FAber (*Petrus*) JC. humanior. I. 425
*Fabius* (*Quintus*) *Cunctator* an JC. I. 122
*Fabius* (*Quintus*) *Labeo*. I. 126
*Fabius* (*Servius*) *Pictor* JC. *ibid.*
Facta ſæpius reſcripta denotant. I. 324. *

Facultas juridica in Academiis inſtituta. II. 96
Faſti a Pontificibus in latenti habiti. I. 44.* 47. divulgati a Cn. Flavio. I. 48. primi a Numa confecti. I. 44. in illis occurrit formula poſt conſulatum. I. 395. *
*Felix* (*Lælius*) JC. vid. *Lælius*.
Feminæ nuptæ aliquando legibus mariti ſe ſubjiciebant jure Germanico. II. 51. *
*Ferox* (*Urſejus*) JC. I. 244. ad eum notavit C. Caſſius Longinus. I. 229. * & Julianus. I. 244. ſtricturas in eum ſcripſerunt C. Caſſius & Salvius Julianus. I. 244
Ferre legem magiſtratus dicebatur. I. 39
Feudorum origo apud Tacitum. II. 4. * libri a quibus confecti? I. 421. Novellis collationis decimæ nomine additi. I. 421. eos concinnius dare voluerunt Mincuccius & Baraterius. I. 424
Fictiones prætoriæ. I. 69. legis Corneliæ. I. 92.*
Fides cur dea credita. I. 9.*
Fideicommiſſarii prætores a Claudio Imp. inſtituti. I. 213
Filius ter venumdari poterat ex lege Romuli, I. 8. * eum, qui juſſu patris uxorem duxerat, venumdari vetuit Numa. I. 9. * patrem verberans quomodo punitus ex lege Servii Tulii? I. 10.*
Finis rei publicæ Rom. I. 12.*
Finium regundorum judicium dabatur propter confuſum limitare iter. I. 101.*
*Fiſcellus* (*Georgius*) doctor juris in aula Sigismundi Imp. II. 97
Fiſci calumnias Domitianus inhibuit. I. 238
*Flaccus* (*Granius*) juris Papiriani interpres. I. 17
*Flavius* (*Cnæus*) juris Flaviani auctor. I. 48
*Flavius Priſcus* JC. I. 187
Florentinæ Pandectæ varias notas habent. I. 392. an tem-

tempore Juſtiniani ſcriptæ? *ibid.*
*Florentinus* JC. I. 347. ejus ſcripta. *ibid.*
Fœnoris acerbitate plebs ad deſperationem acta. I. 41
*Forcatulus* (*Steph.*) injuria Cujacio antehabitus. I. 425.*
Formam JCti vocarunt quaslibet leges. I. 273.*
Formulæ actionum ſollemnes. I. 43.* eas divulgavit Cn. Flaccus & Sex. Ælius. I. 48. 49. Andegavenſes, Alamannicæ, Alſaticæ, Bignonianæ, Langobardicæ, Marculphi, ſecundum legem Romanam, Sirmondicæ. II. 32
Forum. In forum deductio ſollemnis. I. 154.*
Franci. Sub iis jus Rom. floruit in Italia. I. 412. ipſi jure ſcripto uſi ſunt. II. 7.* eorum leges. II. 8. *ſeq.* provincialibus uſum juris Rom. concedebant. II. 13.* II. 18. 19. in Gallia majeſtatem impp. Rom. venerati ſunt. *ibid.* inter eos juris Rom. periti. II. 19. eorum teſtamenta ad normam juris Rom. condita. *ibid.*
Freſonibus ſive Friſiis tranſalbinis leges dedit Haraldus Rex Daniæ. II. 46.*
Fridricus I. Imperator favet JCtis, & ſtudioſos juris privilegiis ornat. I. 416. ejus leges. II. 72
Fridricus III. Imp. in aula ſua aluit JCtos. II. 98. at parum tamen iis favit. *ibid.* doctores juris creavit. *ibid.*
Friſiorum lex. II. 25. iis leges dedit Haraldus, Rex Daniæ. II. 46. Sæc. 16. juri Rom. ſe ſubmiſerunt. II. 109
Frontiniana decreta collegit T. Ariſto. I. 262.*
Fuſidius JC. I. 245
*Fulgoſius* (*Raphael*). I. 422
Fundi populi quinam? & de iſtis ſcriptores. I. 79.*
Funera. De eorum ſumtibus edictum ædilium. I. 77
*Furius Anthianus*. vid. *Anthianus*.
Furtum nummis expiatum apud Anglos. II. 20.*
*Fu-*

*Fuſcianus* (*Fuſcius*) JÇ. videtur eſſe, quem alii Tuſcianum vocant, I, 291.*

G

*GAlba* nihil novi in jure ſtatuit. I. 232
*Galerius* & *Maximianus* impp. JCtos & advocatos perſequuti ſunt. 353
*Galli* & *Gallieni* impp. conſtitutiones, II. 352.*
Galli Græcas litteras a Marſilienſibus addidicerant. II. I. *
Gallia quando jus Rom. receperit? II. 58. in ea ſub Francorum regibus provincialibus optio data eſt, jure Rom. an Francico vivere mallent. II. 18
*Gallus* (*C. Aquillius*). vid. *Aquillius*.
*Gegener* (*Adolphus*) doctor juris a Fridrico III. renunciatus. II. 97
*Gellius* (*Publicius*) JC. I. 187
*Gemminger* (*Jo.*) doctor juris. II. 98
Gentium Germanicarum migratio. II. 6
Geradæ abrogatio apud Helmſtadienſes. II. III
Germanicæ gentes aliæ in Germania ſubſtiterunt, aliæ alio migrarunt. II. 6. earum quædam jure ſcripto, quædam non ſcripto uſæ ſunt. II. 7
Germani veteres ad ſæc. 4. non uſi ſunt litteris. II. I. leges ſcriptas initio non habuerunt. *ibid.* eorum vetuſtiſſimæ conſuetudines. II. 2. apud eos ſingulæ gentes ſingularibus uſæ ſunt moribus. II. 2. cum exteris nullum commercium habuerunt. *ibid.* qui extra Germaniam regna conſtituerunt, jure ſcripto uſi ſunt. II. 7. in his regnis imp. majeſtatem venerati ſunt. II. 13. & hinc nec juris Rom. uſum in illis provinciis ſuſtulerunt. II. 13. 15. qui in Germania ſubſtiterunt, quando leges ſcriptas habere cœperint? II. 21. apud hos nullus uſus juris Rom. an-

te ſæc. 11. II. 44. ab eo tempore jus Rom. invaleſcere apud eos cœpit. II. 64. laborarunt tamen de jure patrio conſervando. II. 70
*Giphanius* (*Hubertus*) Œconomiam & ordinem edicti perpetui oſtendit. I. 277
Gladiatorios ludos ſuſtulit Conſtantinus M. I. 363
Gloſſa. Ejus auctores. I. 418. ejus maxima auctoritas. *ibid.* * in teſtamentorum forma plus illi tributum, quam ipſis legibus. II. 103. *
Gloſſæ Malbergicæ. II. 7. * II. 8
Gloſſatorum barbaries. I. 418. quid in Juſtiniani libris innovarint? I. 419. de iis judicium Mureti. I. 422. *
*Goldaſti* (*Melch.*) Conſtitutiones impp. II. 43. de iis judicium. *ibid.* & II. 53. *
*Gordiani* imp. conſtitutiones. I. 327
Gothorum lingua Germanica. II. I. * quædam eorum leges Bellagines dictæ. II. 11. * *vid.* Oſtrogothi & Wiſigothi.
*Gothofredus* (*Jacobus*) Cod. Theodoſianum commentario illuſtravit. I. 379. notatus. I. 379. *
Græci adhuc hodie jure Rom. utuntur. I. 409
Græciæ magnæ leges Romani adſciverunt in 12. tabulas. I. 24
*Granius Flaccus* juris Papiriani interpres. I. 16. 17. indigitamenta ſcripſit. *ibid.*
*Gratianus* imp. quid in jure innovarit? I. 375
*Gratianus* Decreti compilator. II. 61. ejus hiſtoria. *ib.*
Gregorianus Codex. *vid.* Codex.
*Groſias*. vid. *Martinus*.
*Gulielmus Malmesburienſis* Codicem Theodoſianum in Anglia edidit. II. 57
*Guillermus Brito*. vid. *Brito*.

Ha-

# H

HAdrianus quam plurima in juris prudentia innovavit. I. 267. Numam præcipue imitatus eſt, *ibid.* legum, quas tulit, optimarum laude eximius. *ibid.* ejus auſpiciis edictum perpetuum conditum. I. 268. advocatum fiſci conſtituit. I. 280. JCtis promiſcue facultatem dat de jure reſpondendi. *ibid.* ejus edicta atque aliæ conſtitutiones. I. 281. SCta ſub eo facta. I. 284. jura ab illo condita. I. 282. ejus decreta, interloquutiones, edicta. I. 283

Halam provocarunt Poloni & Boemi. II. 86.*

Hamburgenſes olim jure Suſatenſi, poſt Saxonico uſi. II. 89. eorum ſtatuta. II. 90

Haraldus, res Daniæ, Saxonibus & Friſiis leges dedit. II. 46

*Harmenopolus* (*Conſtantinus*) JC. Græcus. I. 408

*Haſæus* (*Jacobus*) notatus. I. 243

Hebræi morum ſuorum tenaciſſimi. II. 2.*

Heidelbergenſis academia ſæc. 14. juris tantum canonici profeſſores habuit. II. 96.* ad Pariſienſis exemplum inſtituta eſt. II. 95.*

*Heimburg* (*Greg.*) JC. conſiliarius

*Heliogabalus*. vid. *Elagabalus*.

*Helvidiorum* ſtemma. I. 239. Noribergenſis. II. 98.*

Henrici III. Imp. conſtitutiones. II. 53

Henrici IV. & V. conſtitutiones. II. 53. 54

Henricus VI. juris canonici & civilis peritia clarus. II. 59.*

*Heracliti* de Hermodoro elogium & ſomnium. I. 25.*

*Herennius Modeſtinus*. vid. *Modeſtinus*.

Hergewettæ ratio apud Tencteros. II. 5

Hermodorus Epheſius leges Græcas decemviris interpretatur, ſtatuaque ideo donatus eſt. I. 25. an ſit Ephe-

ſius ille legiſlator in *c.* 5. 10. *de præſcr.* 1. 25.*
*Hermogeniani* JCti ætas & ſcripta. 1. 358. paganæ ſuperſtitionis homo. 1. 358. is auctor videtur Codicis Hermogeniani. 1. 370.*
Hermogenianus. Codex. *vid.* Codex.
Hiſpania. In eam quando jus Romanum penetrarit? 11. 59
*Hoffmannus* (*Jo. Guil.*) laudatus. 11. 43.*
*Homberg* (*Jo. Grid.*) *zum Vach* novam verſionem Novellarum e Græco textu adornavit. 1. 398.*
Honor fundamentum juris edicendi. 1. 61.* 53
Honorarium jus quodnam, & cur ita dictum? 1. 61.*
Honorati vel honore uſi quinam Romæ dicti? *ibid.*
Honores patriciis extorti. 1. 37.*
*Hoſtilii*, regis Rom. leges. 1. 9
*Hotomannus* (*Franc.*) JC. humanior. 1. 425
*Hoverus*, comes de Valckenſtein, quando vixerit? 11. 74. 78. ejus ſuaſu jus Saxonicum ſcriptum. *ibid.*
*Huberi* (*Ulrici*) Eunomia laudata. 1. 400.*
*Hugo de Porta Ravennate*, JC. Bononienſis. 1. 416
*Hugolinus* (*Jacobus*) JCtus Bononienſis. 1. 416. libros Feudorum Novellis, tamquam collationem decimam, adjecit. 1. 421
Hypothecam tacitam in bonis tutoris conceſſit Conſtantinus M. 1. 354. in ædibus refectis illi, qui ad id pecuniam credidit, Antoninus. 1. 300

# I

JAnus bifrons in Atiliorum denariis conſpicitur. 1. 125.*
*Jaſon* Magnus JC. 1. 422
*Javolenus* (*Priſcus*) JC. 1. 286. ejus ætas & honores. 1. 287. ſenex dubiæ ſanitatis fuiſſe dicitur. *ibid.* * ejus ſcripta. 1. 288

Im-

Imperatores Germanici, cur JCtis faverint? II. 59. jura patria ſervari jubent. II. 71. cum ordinibus imperii novas leges condunt. II. 72
Imperia non uno tempore ad ſummum faſtigium perveniunt. I. 159.*
Imperium magiſtratuum an fundamentum juris edicendi. I. 61.*
Indigitamenta quales libri? I. 209.*
Ingolſtadienſis academia ad exemplum Viennenſis & Bononienſis, inſtituta. II. 95.*
Iniuriæ. De iis leges tulit Ser. Tullius. I. 10.*
Innocentii PP. II. collectio Decretorum. II. 62.*
*Innocentius* JC. I. 280.*
Inſcriptionum feſtivitates in libris JCtorum. I. 312
Inſtitutionum Juſtiniani compoſitio. I. 393. illæ ex Caii potiſſimum Inſtitutionibus deſumtæ. *ibid.* earum publicatio. *ibid.* paraphraſis Theophili. I. 402
Interpretatio juris penes JCtos. I. 50
Interreges. I. 57
*Jovianus* imp. quid in jure mutarit? I. 375
*Irnerius* jus Rom. & Latinas litteras Bononiæ docuit. I. 413.* 414. jus Rom. Conſtantinopoli didiciſſe fertur. I. 407.* ejus diſcipuli. I. 416
Italia. In ea jus Juſtinianeum floruit. I. 412. etiam ſub Langobardis & Francis. *ibid.* ea etiamnum leges ſervat Langobardicas. II. 26
Jubere populus vel plebs dicebatur. I. 39.*
Judæis parum æquus Conſtantinus A. I. 373.*
Judex Romanus dictus juridicus Alexandriæ & Ægypti. I. 177.*
Judices a ſententia JCtorum recedere non oportebat. I. 178. *vid.* Reſponſa prudentum.
*Juliæ Domnæ* doctrinam exhibuit Menagius. I. 328.*
*Julianorum* ſtemma. I. 289.*
*Julianus* Anteceſſor Conſtantinop. Novellas Latine vertit. I. 404

*Julianus Apoſtata* imp. quid conſtituerit? I. 374. ejus pleræque conſtitutiones in Codicem Theodoſianum relatæ. *ibid.* miſera ſub eo juris prudentiæ conditio. I. 375
*Julianus* (*Didius*) imp. quinam ſub eo ſtatus juris. I. 303. an edicti perpetui auctor. I. 268. ad eum reſcripſit Marcus imp. I. 305
*Julianus* (*Salvius*) JC. I. 269. edicti perpetui conditor. I. 270. auctor edicti de conjungendis cum emancipato liberis ejus. *ibid.* in quonam conſtiterit ejus opera? I. 271. ejus ſcripta. I. 290
*Julius Aquila* JC. I. 360
*Julius Paullus*. vid. *Paullus*.
*Julius Brutus*. vid. *Brutus*.
Jura a JGtis per interpretationem invecta. I. 50. ea docendi methodus. I. 156
Jureconſulti Græci. I. 407. humaniores. I. 425. iſti non omnes operæ pretium fecerunt. I. 426. Romani cur juris conditores dicti? I. 50. eorum diſputationes fori ad ædem Apollinis. I. 51. eorum auctoritas libera rep. I. 52. quinam ſcriptis illuſtrare jurisprudentiam cœperint? I. 53. in edictum prætoris commentati ſunt. I. 84. eorum vitæ a quibus deſcriptæ? I. 112. judicium de illis. *ibid.* *. veteres plerique Stoici. I. 155. in foro obambularunt. I. 157. ad eorum ædes conſulentium concurſus. *ibid.* quibusdam tantum ab Auguſto facultas de jure reſpondendi conceſſa. I. 178. omnes promiſcue eam recuperarunt ſub Hadriano. I. 280. inter eos, quorum ſcripta in foro allegabantur, præcipua auctoritas Papiniani. I. 378. quando veterum JCtorum oracula obmutuerint? I. 351. nulli plane alicujus nominis ſub Juliano. I. 375. in aulis & foris principum Germ. ſæc. 13. & ſequ. dominati. II. 59. 60. 98

Jureconſultis parum favent Diocletianus & Maximianus. I. 353. itemque Fridricus III. imp. 2. 97. 100. ii tamen ſæc. 15. in aulis imperatorum. II. 60. & principum. *ibid.* & II. 98. in civitatibus ſyndici facti. *ibid.*

Juridicus Alexandriæ. I. 156. & aliarum civitatum. *ibid.* *

Juris prudentia heurematica a C. Aquillio Gallo exculta. I. 147. itemque a Modeſtino. I. 350

Juris prudentiam patres ſibi vindicabant obtentu juris patronatus. I. 44. eam publice profeſſus eſt Tib. Coruncanius. I. 33. quomodo docuerint veteres. I. 156. ejus magna moles ante Juſtinianum. I. 376. * libertorum artificium eſſe cœpit ſub Juliano. I. 375. illi male conſuluit Theodoſius II. I. 379. * ab ea ipſi principes laudati. II. 60

Jus Ælianum. I. 49. 124. Albinagii Caroli M. tempore viguit. II. 37. * Auſtriacum. II. 84. Bavaricum. *ibid.* Canonicum. Ejus origo in Germania. II. 50. illud omnibus gentibus obtrudere voluit pontifex. II. 62. ad illud provocatur ſæc. 12. & ſequ. II. 64. *ſeq.* civile ſtricte dictum. I. 52. clam habitum. *ibid.* profeſſus eſt Tib. Coruncanius. I. 53. civitatis cum omnibus in orbe Rom. ingenuis communicavit Caracalla. I. 323. commenticium. I. 52. connubii patriciis extortum. I. 37. * conſenſu populi receptum. I. 52. Culmenſe. II. 90. feudale Langobardicum a quonam compilatum, atque Corpori juris adjectum? I. 421. Saxonicum. II. 77. Suevicum vel Alamannicum. II. 83. Flavianum. I. 48. Germanicum. De iſto conſervando laborarunt Germani. II. 70. *ſeq. vid.* Leges Germanicæ. honorarium. I. 61. incertum idem, quod non ſcriptum. I. 2. & 14. Juſtinianeum poſt Juſtinianum in oriente ſemper floruit. I. 406. an capta Conſtantinopoli pla-

plane exoleverit? I. 409. etiam a Turcis in ſubſidium adhibetur. *ibid.* in Italia & Africa floruit. I. 412. non in reliquo occidente. I. 411. in Italia & ſub Langobardis auctoritatem retinuit. I. 412. *ſeq.* nauticum Hamburgenſe. II. 93.* Hanſeaticum. II. 93. Wisbyenſe. *ibid.* non ſcriptum Romæ æque, ac in omnibus civitatibus antiquiſſimum. I. 2. cur ejus Romanos pertæſum ſit? I. 45. Papirianum. I. 16. 17. prædiatorium. I. 190.* provinciale Auſtriacum. II. 84. Bavaricum. *ibid.* Saxonicum, ejusque auctor & editiones. II. 73. *ſeqq.* Suevicum. II. 80. *ſeq.* Tirolienſe. II. 84. receptum quid veteribus? I. 51. repræſentationis ſub Ottonibus duello probatum. II. 48. illud alibi ſero admodum, alibi plane non receptum. *ibid.** illud publica lege imperii ſtabilitum. II. 104. proteſtante tamen Saxone. *ibid.* Romanum uſum habuit in oriente. I. 407. ejus reſtitutio ſub Lothario III. I. 413. methodus illud docendi interpretandique medio ævo. I. 423. ejus uſus inter Wiſigothos, Oſtrogothos, Francos, Burgundiones. II. 15. *ſeqq.* Langobardos. I. 412. in Gallia & Germania ſub Carolingis. II. 44. illud in Capitularibus vocatur legum humanarum mater. *ibid.** ejus uſus ſub Saxonicis imperatoribus. II. 45. 59. ad illud provocat ſub Henrico IV. Vercellenſis Epiſcopus. II. 54. a Lotharii III. maxime temporibus in Germania invaluit. II. 55. ante Lotharium in Italia ejus uſus ſuperfuit. *ibid.** immo in univerſa fere Europa cultiore. II. 56. ad illud provocatum ſæc. XII. II. 63. 64. ſæc. XIII. II. 65. ſæc. XIV. II. 68. cur ei pretium aliquod ſtatuerint Germani? II. 60. illud in judiciis ac foris obſervari jubent imp. & ordines imp. II. 99. de eo abolendo cogitant ordines imp. II. 100. ſæc. XV. tamquam ſubſidiarium receptum.

ii. 106. a plerisque provinciis adoptatum. ii. 109. *ſeq.* ejus incrementa adjuvit reformatio. ii. 113. quando in Anglia receptum? ii. 57. itemque in Gallia? ii. 58. in Burgundia & Hiſpania? ii. 59. in Germania, ut jus commune commendatur. ii. 99. 101. de ejus uſu regulæ. ii. 115. Saxonicum in plerisque provinciis abrogatum. ii. 110. *vid.* Speculum Saxonicum. ſcriptum Romani æque, ac aliæ gentes initio nullum habuerunt. i. 2. * uti nec Germani. ii. 1. Suevicum. *vid.* Speculum Suevicum. vitæ & necis dominorum in ſervos ſub Auguſto imminutum. i. 174. Weichbildicum Saxonicum. ii. 77. Wisbyenſe. ii. 93

Juſtinianea prima. i. 385

Juſtiniani novi vel Juſtinianiſtæ. i. 394. *

*Juſtinianus* Imp. Res ejus præclare geſtæ. i. 383. ejus familia & ſtemma. *ibid.* * patria. i. 385. merita in eum. *ibid.* quomodo & quando ad imperium pervenerit? i. 386. conſilium ejus de jure in ordinem redigendo. i. 387. quibus viris hanc provinciam demandarit? i. 387. anceps ejus fama. i. 384. nullam præter Berytenſem, Romanam, & Conſtantinopolitanam ſcholam juridicam aperire juſſit. i. 387

*Juventius* (*Cajus*) JC. i. 149

*Juventius Celſus.* vid. *Celſus.*

## K

K Littera calumniatorum fronti inuſta. i. 107. *

Καλῶς ἔχει formula edictalis. i. 66. *

*Kortii* (*Gottl.*) Vindiciæ prætoris Rom. expenſæ. i. 70. *

# L

LAbeo (*Antiſtius*) æmulus Ateii Capitonis. I. 179. Auguſtus eum ſibi conciliare ſtuduit. I. 179. ille in jure novator fuit. I. 195.* ejus ſcripta. I. 31. 74. 181. quinam ad eum notarint? I. 181.* ejus bonarum artium ſtudium. I. 182

*Labeones* plures memorantur. I. 182.*

Lacedæmoniorum leges an Romani in 12. tabulas adſciverint? I. 24. 28

*Lælius Felix* JCtus. I. 266. ad Q. Mucium notavit. *ibid.*

*Λάμπρα* dicta toga candidatorum. I. 103.*

Langobardi regnum in Italia conſtituerunt. I. 412. jus Romanum victis Italis reliquerunt. *ibid.* eorum leges. II. 26. 27. iſtarum nova collectio Muratorii laudata. II. 28

Latinam linguam translata etiam Conſtantinopolim imperii ſede ſervare voluit Conſtantinus M. I. 401.* ejus fata in oriente. *ibid.*

Layenſpiegel. II. 105.*

Legati in Græciam miſſi ad leges petendas. I. 24

Legationes in Germania ſæpius obierunt doctores juris. II. 98

Lege agere. I. 43

Leges plurimæ corrupta re publica. I. 36.* a regibus flagitavit populus. I. 5. eæ libertatis argumentum. I. 5.* Auguſti temporibus adhuc vetere ritu latæ. I. 163. item, licet rarius, ſub Tiberio. I. 200. curiatæ. I. 7.* quamdiu obtinuerint? *ibid.* XII. tabularum ex quibus legibus compilatæ. I. 24. 25. 28. earum hiſtoria. I. 24. uſus. I. 29. interpretes. I. 31. quarumdam abrogatio lege Æbutia. I. 30. earum

rum

rum interitus. I. 32. reſtitutio. I. 33. ordo. *ibid.* *ſeq.* utilitas. I. 35. an ab iis auſpicanda juris prudentia? *ibid.* Germanorum extra Germaniam latæ jus Romanum redolent. II. 14. omnes veterum conſuetudinum a Tacito deſcriptarum veſtigia ſervant. II. 30. 31. ſub Carolingis valuerunt. II. 41. ſub Saxonicis imperatoribus. II. 45. ſub Franconicis. II. 51. ſervari jubentur ſæc. XIII. II. 72. & hinc in ſcripturam redigi cœperunt. II. 73. non abolitæ recepto jure Romano. II. 107. Numæ. I. 9. *ſeq.* in uſum revocatæ ab Anco Marcio. I. 9. nec non a Servio Tullio. I. 10. provinciales Germanorum. II. 114. Leges provinciis a Romanis præſcriptæ. I. 79. earum ſupplementum edicta provincialia. *ibid.* regiæ. I. 6. *ſequ.* earum indoles. I. 12. cur plane exoleverint regibus exactis? I. 15. in XII. tabulas migrarunt. I. 15. 28. ſub coſſ. adhuc pro more valuere. *ibid.* Romanorum. Auctores qui de iis ſcripſerunt. I. 94. * Romuli. I. 8. in uſum revocatæ a Ser. Tullio. I. 10. * in XII. tabulas translatæ. I. 28. ſacratæ. I. 19. * Servii Tullii. I. 10. * Tullii Hoſtilii. I. 9

Legis actiones quid? I. 43. 45. earum origo. I. 44. 92

Legitimi principes opponuntur tyrannis. I. 379. *

*Leo* Imp. Baſilica perfecit. I. 405. ejus Novellæ. *ib.* *

*Leontius* juris peritus in ſchola Conſtantinopolitana. I. 381

*Leunclavii* (*Jo.*) Jus Græco Romanum. I. 407

## LEGUM ROMANARUM RECENSIO.

Lex Acilia Calpurnia de ambitu. I. 86. Æbutia de quibusdam XII. tabularum capitibus abrogandis. I. 30. Ælia apud Ciceronem. I. 49. ** Ælia Sentia. I. 166.

I. 166. Æmilia cibaria. I. 86 Agraria Nervæ. I. 249. Agrariæ. I. 37. Apuleja majeſtatis. I. 86. Aquillia de damno injuria dato. I. 87. Ateria Tarpeja. I. 21. Atilia de tutelis. I. 88. Atinia de uſucapione rerum furtivarum. I. 89. Aufidia de ambitu. I. 90. Bæbia Æmilia de ambitu. *ibid.* Bæbia Cornelia de ambitu. *ibid.* Calpurnia repetundarum. I. 91. Canuleia. I. 37. * Cincia de donis & muneribus. I. 91. ea abolita a Tiberio, & a Nerone revocata. I. 121. * 122. Claudia de tutela mulierum. I. 217. Cornelia Fulvia de ambitu. I. 92. Cornelia de edictis perpetuis. I. 73. ejus occaſio. *ibid.* ea etiam ad edicta provincialia prorogata. I. 83 Cornelia de falſis. I. 92. Corneliæ de injuriis, de limitibus, de luſu & ſponſionibus, majeſtatis, de parricidiis, de ſicariis. I. 92. de teſtamentis. *ibid.* Didia ſumtuaria. I. 93. Duillia Mænia de fœnoribus. *ibid.* Fabia de ambitu vel numero ſectatorum. I. 96. Fabia de re agraria & limitibus. I. 94. Fabia de plagiariis. *ibid.* Falcidia de legatis. I. 165. Fannia ſumtuaria. I. 94. Furia teſtamentaria. I. 34. 94. Fuſia Caninia de manumiſſionibus. I. 166. Genucia de fœnore. I. 95. Horatia de plebiſcitis. I. 39. Hortenſia de iisdem. I. 41. Hoſtilia de furtis. I. 95. Junia Norbana. I. 197. Junia Velleja. I. 167. 172. * eadem de liberorum inſtitutione cavit. I. 174. * Julia de adulteriis. I. 164. in uſum revocata a Severo. I. 322. Julia majeſtatis. I. 97. Julia de cæde & veneficio. I. 167. Julia de maritandis ordinibus. I. 166. Julia repetundarum. I. 97. Julia de vi. I. 96. Julia de fœnore. I. 98. Julia & Titia de tutelis. I. 164. Lætoria. I. 99. Licinia Cornelia ſumtuaria. I. 100. Licinia de fœnore de capite deducendo. I. 99. Luctatia de vi. I. 100. Mænia. I. 111. * Mamilia de finibus agrorum. I. 101. Manlia de viceſima. *ibid.*
Ma-

Maria de ambitu. *ibid.* Ogulnia. I. 37.* Oppia de cultu mulierum. I. 102. Orchia de numero convivarum. *ibid.* Papia Poppæa. I. 166. circa eam quædam mutavit Severus Imperator. I. 322. Pinaria de ambitu. I. 103. Plautia de vi. I. 96. * 103. Pœtelia de ambitu. I. 104. Pœtelia Papiria de obæratis. *ib.* Pompeja de vi & ambitu. I. 105. Pompeja de parricidiis. I. 106. Pompeja de repetundis. *ibid.* Publicia de luſu & ſponſionibus. I. 107. Publilia de plebiſcitis. I. 40. 107. Quinctia de aquæductibus. I. 165. Regia, qua in Imperatores ſumma poteſtas collata. I. 169. Remmia de calumniatoribus. I. 107. Rhodia de rebus nauticis. I. 296. de ea Antonini Pii reſcriptum. I. 295. quid de hac lege ſentiendum? I. 296. an hodie exſtet? *ibid.* ei præmiſſa auctoritas haud genuina. *ibid.* legis Rhodiæ caput de jactu tantum receptum. I. 297. ad eam Voluſius Mæcianus ſcripſit. I. 316. Romana quid medio ævo? I. 411.* II. 15. Scantinia de nefanda Venere. I. 108. Scribonia de uſucapione. *ibid.* I. 167. Servilia de adulteriis, ſtupris, nec non de repetundis. I. 109. Sextia. I. 37.* Terentilla de legibus ſcribendis. I. 22. Titia de luſu & ſponſionibus. I. 110. Tullia de ambitu. *ib.* Vectibulici. I. 253. ea ad provincias prolata. I. 284. Viſellia de libertinis. I. 167. & 197.* Voconia de mulierum hereditatibus & legatis. I. 110

## LEGUM GERMANICARUM RECENSIO.

Lex Alamannica. II. 23. Angliorum. II. 12. Bajuvariorum. II. 24. ad eam capitula. II. 37. Boemica. II. 85.* Brabantinorum. *ibid.* Burgundionum. II. 10. Cimbrica. II. 85. Danorum. *ibid.* Friſica. II. 25. Gundobada. II. 10. Langobardica. II. 26. ad eam gloſſæ. II. 27. & capitula. II. 37. Normannica.

II. 85. Oſtrogothorum. II. 11. Ripuaria. II. 9. Salica quando lata? II. 7.* qua lingua? *ibid.* quorum auſpiciis? II. 8. ea adhuc ſub Zuenteboldo, rege Lotharingiæ, valuit. II. 41. ad eam provocatum ſub Henrico I. & II. II. 45.* nec non ſæc. XI. II. 51. an illa Alamannis data? II. 23.* ad eam capitula. II. 37. Saxonum. II. 33. *ſeq.* Scanorum. II. 85.* Suecorum municipalis. *ibid.* Theodoriciana. II. 18. Uplandica. II. 85.* Werinorum. II. 12. Wiſigothorum. II. 11

Libellus SCto præmitti ſolitus. I. 200.*

Liberi aut inſtituendi, aut nominatim exheredandi. I. 174

Liberi tollendi ex lege Romuli. I. 8.*

Libertatem conſcientiæ ſtabilivit Valens imp. I. 376

Libertini civitate donati a Servio Tullio. I. 10.*

Libertorum artificium juris prudentia. I. 376

*Licinius*. Vid. *Rufinus*.

Limitare iter. I. 101.*

Lites breviores reddere ſtuduit Veſpaſianus. I. 236. earum ambages ex jure Romano meruerunt Germani. II. 87

Litteris initio caruerunt. Germani. II. I. eas primus invenit Ulphilas. *ibid.*

*Livius* (*Cajus*) *Mamilianus Druſus* IC. I. 133

*Loriottus* (*Petrus*) JC. humanior. I. 425.* ejus fata Lipſiæ. *ibid.*

*Lotharii* I. imp. Collectio Capitularium. II. 40

Lotharius III. imp. reſtituiſſe jus Rom. dicitur. I. 413. jus Romanum introduxiſſe in ſcholas & fora dicitur. *ibid.** magna ſub eo juris Germanici commutatio. II. 55

Lubecam provocarunt urbes juris Lubecenſis. II. 86.*

*Lucillius* (*Lucius*) *Balbus* JC. I. 149

*Ludewigii* Juſtinianus laudatus. I. 384

Luneburgenſis ducatus jus Romanum adoptavit. II. III
Luſtrum ultimum ſub Veſpaſiano conditum, ex intervallo ſub Decio. I. 236
*Lycurgus* leges a Cretenſibus petiit. I. 28. *
Lytæ quinam dicti? I. 394

M

MAcer (*Æmilius*) JC. I. 348. non is auctor ὀρνιθογονίας videtur. *ibid.**
*Macrinus* (*Opilius*) imp. omnia reſcripta tollere ſtatuit. I. 324
*Mæcianus* (*Voluſius*) JC. I. 315. ejus ſecta & ſcripta. I. 316. Marci Antonini præceptor. I. 298. * 316. ejus de aſſe liber. I. 316
Magdeburgum provocarunt Poloni & Boemi, itemque Helmſtadienſes. II. 86. *
Magiſtratus Rom. immorigeros pro ſua quisque jurisdictione puniebat. I. 21. *ſeq.* apud quosdam erat legis actio. I. 45. * initio pauci. I. 54. poſtea aucti. *ibid.* extraordinarii & ordinarii, majores & minores. I. 57. 58. plerique edicta propoſuerunt. I. 61. ſub Auguſto eadem magiſtratuum vocabula, nihil priſci moris. I. 162. novi ab Auguſto inſtituti. I. 175
*Manilius* (*Manius*) JC. I. 138. ejus libri. I. 139
Manliana imperia. I. 127.*
*Manlius* (*Titus*) *Torquatus* JC. I. 127. ejus in filium ſeveritas. *ibid.*
Manumiſſio per cenſum luſtralem ſub Veſpaſiano exolevit. I. 236. in SS. Eccleſiis a Conſtantino M. inventa. *ibid.* * aliæ ejus ſpecies. *ibid.* * per denarii jactum ex lege Salica facta ſub Zuenteboldo, rege. II. 41

Ma-

Manus regia. I. 4.*
*Marcellus* (*Ulpius*) JC. I. 319. temperantia & vigilantia clarus. I. 319. * Proculejanorum ſectæ addictus. I. 320
Marchia Brandenburgica repudiato jure Saxonico civili ſe ſubmiſit. II. 110
*Marcianus* (*Ælius*) JC. I. 345
*Marcius* (*Cajus*) *Figulus* JC. I. 128. eum pro Marcello habuit Jac. Curtius. I. 320
*Marculſi* formulæ. II. 32
*Marcus* imperator. vid. *Antoninus*.
*Martinus Groſias* JC. Bononienſis. I. 416
*Maſurius Sabinus* JC. I. 198. 206. ejus modicæ facultates. I. 207. ſcripta. I. 208. 209
Mathematici urbe pulſi a Vitellio imp. I. 232
*Mauricianus* (*Junius*) JC. I. 309
*Maximianus* & *Diocletianus* impp. jus variis conſtitutionibus locupletarunt. I. 353
*Maximiliani* I. leges ad jus civile attemperatæ. II. 102
*Maximini* imp. conſtitutiones. I. 327.
*Maximus* (*P. Cornelius*) JC. I. 143. imp. nihil novi conſtituit. I. 327
*Maynus* (*Jaſon*) JC. I. 422
Meclenburgenſis ducatus jus Rom. adoptavit. II. 112
Meiſtere dicti honoribus academicis inſigniti. II. 98. *
Memoria damnata. I. 212. *
*Menader* (*Arrius*) JC. 334
Meretrices uſu lecticæ prohibuit, legatiſque privavit Domitianus. I. 238
*Merillius* (*Emundus*) notatus. I. 88. *
Meſſala in 12. tabulas ſcripſit. I. 32
Methodus jura docendi vetus. I. 156. medii ævi. I. 423

Me-

Μεθόρια, limitare iter. I. 101. *

Migrationes gentium Germanicarum. II. 6

*Mincucius* (*Anton.*) *de Prato Vetere*. I. 424

Minorum bona, *vid.* pupillorum.

*Minucius Natalis* JC. I. 264. ejus libros illuſtravit Julianus. *ibid.*

*Modeſtini* (*Herennii*) JC. elogium. I. 349. ſcripta. I. 350. multa in jure Græce ſcripſit. I. 349. præceptor ille Maximini. *ib.* an is auctor periocharum Virgilianarum? I. 450. ad Q. Mucium notavit. I. 145

Moenia ſancta ex lege Romuli. I. 8. *

Monſtruoſus partus exponendus ex lege Romuli. *ibid.* *

Muciana cautio. I. 145

*Muciorum* ſtemma. I. 134. *

*Mucius* (*Publ.*) *Scævola* JC. I. 134. ejus ſcripta. I. 135

*Mucius* (*Quintus*) *Scævola* Augur, JC. I. 140

*Mucius* (*Quintus*) *Scævola* pontifex Max. JC. I. 144. ejus libri. I. 145. quinam ad eum notarint? *ibid.* pauca tantum ex ejus ſcriptis fragmenta in jus noſtrum tranſtulit Tribonianus. *ibid.* *

*Mucius* (*Quintus*) JC. I. 12?. legatus iviſſe Carthaginem falſo dicitur. I. 122

Mulcta, De ejus modo lex Ateria Tarpeja. I. 21

Municipia olim ſervos manumittere non poterant. I. 253. *

*Muretus* (*M. Anton.*) in jure docendo Selvaghio poſthabitus. I. 425. * ejus de gloſſatoribus judicium. I. 422. *

Næ-

## N.

NÆvi, quos in Corpore juris Juſtinianeo obſervant. I. 399
*Natalis* (*Minucius*) vid. *Minucius*.
Navim ædificare ſenatori prohibitum. I. 216. *
Necti cives ob æs alienum vetuit Servius Tullius. I. 10. * itemquæ lex Poetelia Papiria. I. 104
*Neratius* (*Priſcus*) vel *Proculus* JC. I. 259. ejus ſcripta. I. 260
*Nero* imp. quid in jure mutarit? I. 221. SCta, quæ ei tribuuntur, pleraque ad alia tempora pertinent. I. 222
*Nerva* (*M. Coccejus*) pater, JC. I. 210
*Nerva* (*M. Coccejus*) filius JCtus. I. 232. adoleſcens de jure reſponſitavit. *ibid.* Proculejanorum ſectæ addictus. *ibid.* ejus ſcripta. *ibid.*
*Nerva* (*M. Coccejus*) imp. prætorem fiſcalem inſtituit. I. 249. jura varia ab eo conſtituta. *ibid.*
*Nervarum* ſtemma. I. 210. *
*Noordkerkius* notatus. I. 197. * 253. *
Notæ, quas Sex. Ælius divulgavit, non ſiglæ, ſed ſigna fuerunt. I. 49. * per notas ſcribi vetuit Juſtinianus. I. 392
Notarii, de iis Maximiliani conſtitutio. II. 103
Notarii olim dicti, qui notis ſcribebant. I. 49. *
Novellæ Theodoſii II. Valentiniani III. Marciani, Majoriani. I. 380. Juſtiniani. I. 397. earum pleræque Græce ſcriptæ. *ibid.* collectio & verſio earum Latina. I. 398. earum in IX. collationes diviſio. I. 398. 419. quænam verſio in foro obtineat? I. 398. * verſio Juliani Anteceſſoris. I. 404. nova verſio ex Græco Hombergii cum Vach. I. 398.

Leonis an in Græcia umquam in uſu fuerit? I. 405. *
Novitii vexati in Berytenſi ſchola. I. 363
Numæ Pompilii regis leges. I. 9. *
Numeratum quid in lege Julia de fœnore? I. 98. *
*Numeriani* imp. conſtitutiones I. 352. *
Nuptiales leges Romuli. I. 8. * *ſeq.*
Nuruum in ſoceros ſævitia lege Romuli coercita. I. 8. *

O.

OCcidens. In eo major erat Codicis Theodoſiani, quam Juſtinianei auctoritas. I. 410
*Octaveni* JCti ætas & ſcripta. I. 247
*Ofilius* (*C. Aulus*) JC. I. 186. ejus uxor Clodia quindecies enixa dicitur. *ibid.* edictum prætoris illuſtravit. I. 74. I. 186. * an Julii Cæſaris juſſu edictum perpetuum ſcripſerit. I. 186. *
Opificiis Romulus civibus interdixit. I. 8. *
Oratio principis pro ipſo SCto. I. 200. * SCto præcedere ſolebat. I. 200. ab Hadriano edicto perpetuo præmiſſa. I. 272
Orationes Divorum fratrum de ſatiſdatione tutorum. I. 299. variæ D. Marci. I. 299. *ſequ.* Marci & Commodi. *ibid.* & 302. *ſequ.* Severi & Commodi nulla exſtant. *ibid.* Pertinacis de teſtamentis. I. 305
Orbis Romanus in IV. diœceſes diviſus a Conſtantino M. I. 365.
Ordinatio judicii camaralis. II. 102. judicii aulici. II. 108. * de notariis. II. 103
Oſtrogothorum reges imperatoris Rom. majeſtatem venerati ſunt. II. 13. * eorum lex ſeu edictum Theodorici. II. 11. provincialibus uſum juris Rom. conceſſerunt. II. 16

*Otho* imp. nihil novi in jure conſtituit. i. 232
*Ottonis* IV. imp. conſtitutiones. ii. 72
Ottonum I. II. & III. leges & conſtitutiones. ii. 48. iſti ad legem Saxonicam provocant. ii. 45

P.

*PActumejus Clemens* JC. i. 335
*Pacuvius* (*C. Atejus*) JC. i. 187
*Pætorum* ſtemma. i. 239. *
*Pætus* (*P. Ælius*) JC. i. 123
Paganas ſuperſtitiones legibus everterunt imperatores Chriſtiani. i. 374
Palea quid canoniſtis. ii. 61
*Pancirolus* notatus. i. 359. * 367
Pandectæ quando compoſitæ? i. 391. ratio denominationis. *ibid.* inſcriptio admodum familiaris JCtis. i. 391. ordo in iis obſervatus. i. 392. Græce verſæ a Thalelæo & aliis. i. 403. an perierint? i. 413. Amalphi repertæ occaſionem reſtitutioni juris civilis dederunt. i. 413. earum diviſio in digeſtum vetus, infortiatum, & novum. i. 419. textus Græcos quis Latine verterit? *ibid.*
*Papiani* Reſponſorum liber. ii. 17. auſpiciis compoſitus videtur Gundebaldi regis. *ibid.* * in eo ſervatus ordo legis Burgundicæ. *ibid.*
Papinianiſtæ quinam dicti? i. 329. * 394. *
*Papiniani* (*Æmilii*) origo. i. 328. doctrina & elogia. i. 329. auctoritas. I. 329. * nulli ſectæ addictus. *ibid.* ejus honores & ſcripta. i. 330. in libris ſuis ſæpe variavit. i. 330. * auctoritas ejus in foro. i. 378. mors. i. 331. ejus conſiliis Severus imp. uſus eſt. i. 321
*Papirius* (*Cajus*) pontifex, juris Papiriani auctor. i. 16. 113

*Pa-*

*Papirius Fronto* JC. I. 335
*Papirius Juſtus* JC. I. 309
*Papirius* (*Sex.*) JC. I. 149
Paratitla tantum in *Pandectas* ſcribi permiſit Juſtinianus. I. 392. *
Parricida ex legibus Numæ quiſquis hominem occiderat. I. 9. * ejus pœna. *ibid.*
Partitæ Hiſpanorum leges jus Romanum admixtum habent. II. 59. earum auctor. *ibid.*
*Paternus* ( *Taruntejus* ) vid. *Taruntejus*.
Patria poteſtas. De ea lex Romuli. I. 8. * Numæ. I. 9. * quomodo illa moribus recepta? I. 15. * imminuta ſub Auguſto. 174. *
Patricios inter & plebejos æmulatio. I. 37. iis tribuni plebis reſiſtunt. *ibid.*
Patronorum officium erga clientes. I. 8. *
*Paulli* (*Julii*) patria & honores. I. 314. juris prudentia. I. 342. ſubtilitas. *ibid.* is Elagabali ſocer. I. 341. * Papiniani & Ulpiani æmulus. I. 342. πολύγραφος. I. 333. ejus ſcripta. *ibid.* Receptæ ejus ſententiæ in occidente in uſu fuerunt. I. 410
*Paullus Virginius* an JCtus fuerit. I. 141
Pax publica. II. 72
Pecuniam primus Romæ Servius Tullius ſignavit. I. 21. *
*Pedius* (*Sex.*) JCtus. I. 335
*Pegaſus* JCtus. Ejus vita & honores. I. 242. ſchola & ſcripta. I. 243. an ejus dogmata in ſchola Berytenſi propoſita? I. 243
Pellicatus. De eo lex Numæ. I. 9. *
*Pepo* ante Irnerium jus Bononiæ docuit. I. 414. de eo judicium. I. 415. *
Perpetuum ſæpe pro continuo. I. 72. *
Perſcriptum in lege Julia de fœnore quid? I. 98. *
*Pertinax* ( *Helvius* ) imp. quid novi conſtituerit? I. 304. *ſequ.*

Pfaffen ſæc. XV. dicti ſyndici civitatum. II. 98. *
*Philippi Arabis* conſtitutiones. I. 327. an Chriſtianus. *ibid.* *
Philoſophi a Domitiano urbe pulſi. I. 239
Piſces, quinam ad pollu&tum emendi ex lege Numæ. I. 9. *
*Pitenius* ( *Petrus* ) œconomiam edicti perpetui oſtendere conatus eſt. I. 276
*Pithoei* fratres JCti humaniores. I. 425
*Placentinus* JC. jus civile in Galliam intulit. I. 415. 417. II. 58
Plagium pœna nummaria coercuit lex Fabia. I. 93. *
*Plancius* ( *Marcus* ) *Varus*, a quo SCta Planciana, JC. I. 234
*Plautii* celebres fuerunt ſub Claudio & Nerone. I. 246. *
*Plautius* JC. I. 246. ad ejus libros Neratius, Javolenus, Pomponius, & Paullus notas ſcripſerunt. *ibid.*
Plebis cum patriciis certamina. I. 36. ſeceſſio in monte ſacrum. I. 19. 39. in Janiculum. I. 41
Plebiſcita. eorum origo. I. 20. iis pleræque prærogativæ patribus extortæ. I. 37. vim legum acceperunt. I. 38. * leges dicta. I. 42. an illa unum tantum nomen ferant? *ibid.* * etiam ſub Auguſto condita. I. 165. *
Pluris petitionis rigor mitigatus. I. 382
Pomperania jus Romanum adoptavit. II. 112
*Pompejus* (*Sex.*) JC. I. 141
*Pomponii* (*Sex.*) JCti ætas. I. 310. ejus philoſophia & ſecta. I. 311. & ſcripta. I. 312. an duo hujus nominis? I. 311. ei *l. 2. D. de orig. jur.* fruſtra abjudicatur. I. 6. *

Pon-

Pontifices legis actiones invenerunt. I. 44. formulas & faſtos clam habuerunt. I. 46
Pontifices maximi edicta propoſuerunt. I. 61. hoc ſacerdotium & Auguſtus, & reliqui principes ſuſceperunt. I. 162. *
Pontificum Romanorum ambitio aucta a Conſtantino M. I. 265
Populiſcitum idem ac lex. I. 20
Populi vocabulo ſe comprehendi negabant. I. 40
Populus fundus factus. I. 79. *
*Portius Cato* vid. *Cato*.
Poſt conſulatum, formula faſtorum. I. 395
Poſtea non ſemper poſterius tempus denotat. I. 272. *
Poteſtas herilis imminuta ſub Auguſto. I. 174.*
Prædiatorium jus. I. 190. *
Præfecturæ prætorianæ ſub Conſtantino M. I. 365
Præfectus annonæ. I. 60. Auguſtalis Ægypti. I. 177. prætorio ſub Auguſto inſtitutus. I. 175. ejus edictum. I. 63. * 326. ſub Tiberio ſummam poteſtatem habuit. I. 198. ſenatores facti, I. 326. quatuor ſub Conſtantino M. I. 365. ejus potentiam auxit Severus. I. 326. idem ei XIV. Romæ curatores adjecit. *ibid.* vigilum an fuerit magiſtratus? I. 60. 175. * urbi qualis ſub regibus & libera republica? I. 57. qualis ſub Auguſto. I. 57. * 175
Prægnans mortua non niſi exſecto fœtu ſepelienda ex lege Regia. I. 9. *
Præſcriptio quinque pedum. I. 101. *
Prætores fideicommiſſarii a Claudio inſtituti. I. 213. ex iis unum detraxit Titus. I. 273
Prætor fiſcalis a Nerva inſtitutus. I. 249. Conſtantinianus decreti de rebus minorum alienandis interponendi, cauſſa inſtitutus. I. 357

Prætor peregrinus, provinciarum & quæſtionibus qui præerant. I. 51. *
Prætor tutelaris a M. Antonino inſtitutus. I. 302. urbanus. I. 51
Prætorum origo. I. 51. numerus. I. 51. 55. urbanus. I. 55. peregrinus *ibid.* major. *ibid.* * an & præſides, & ædiles ex prætoribus fuerint? I. 62. * omnes edicta propoſuerunt. I. 64. jura vetera edictis ſuis everterunt variis artibus. I. 68. *ſeq.*
Pragenſis academia ad exemplum Pariſienſis inſtituta. II. 95. *
Πραγματικαὶ vel πραγματικοὶ τύποι reſcripta. I. 324. *
Princeps vocatus Auguſtus. I. 162. *
Principes legitimi opponuntur tyrannis. I. 379
Principes ab Hadriani temporibus pro lubitu edictis omnia conſtituerunt. I. 281
*Priſcus* ( *Flavius* ) JC. I. 187
*Priſcus* ( *Javolenus* ) vid. *Javolenus*.
*Priſcus Neratius*. vid. *Neratius*.
Probi imp. conſtitutiones. I. 352. *
Proconſulis titulo uſus eſt Auguſtus. I. 162. *
*Procopii* anecdota. I. 384. * de iis judicium. *ibid.* *
*Proculianorum* ſectæ origo. I. 227
*Proculi* ( *Sempronii* ) JC. genus, ſcripta, vita. *ibid.*
Procurator olim non niſi ex lege Hoſtilia admittebatur. I. 95. *
Profeſſores artium immunitate donavit Conſtantinus M. I. 354. juris civilis in Burgundia ſæc. XIV. II. 68. Viennæ eodem ſæculo, non Heidelbergæ. *ibid.* *vid.* Anteceſſores.
Prolytæ quinam dicti? 394. *
Provinciales leges cur in ſcripturam redactæ apud Germanos? II. 73
Provinciis leges præſcriptæ a victoribus Romanis. I. 79. in-

79. interdum iis propriæ leges relictæ. *ibid.* *
Provinciæ ſua edicta habuerunt. 1. 80. eas Auguſtus cum populo diviſit. 1. 176. quinam illis ſub Auguſto præfuerint? *ibid.*
Prudentes. *vid.* jureconſulti.
*Pſellus* (*Michael*) JC. Græcus. 1. 407
*Publicius Gellius* JC. vid. *Gellius*.
Publicorum libros qui ſcripſerint? 1. 348
Pupillorum & minorum res ſine decreto non alienandæ. 1. 322. ejus juris extenſio ſub Conſtantino M. 1. 357. eam in rem ab eodem ſingularis prætor conſtitutus. 1. 357. *
Purpura ſacroſancta. 1. 337. *
*Puteolanus* JC. 1. 335
*Pyleus* JC. 1. 417

## Q.

QUæſtionum libri veterum JCtorum. 1. 258. *
Quæſtorum origo. 1. 54. edicta. 1. 63. * numerus. 1. 54. * candidati libellos & orationes principum in ſenatu prælegebant. 1. 200. horum dignitas ſumma erat; 1. 200. *
*Quartinus* an collega C. Caſſii Longini in conſulatu? 1. 228. *
Quatuorviri viarum publicarum curandarum. 1. 59
Querela inofficioſi. De ea quid conſtituerit Conſtantinus M.? 1. 355
Quindecennalibus leges novæ promulgatæ. 1. 269
Quinque pedum præſcriptio. 1. 101. *
Quinqueviri cis & ultra Tiberim. 1. 52. menſarii. 1. 60. legibus de imperio conſulari ſcribendis. 1. 22
Quirites unde dicti Romani? 1. 7. iis patres & plebeii comprehenſi. 1. 40. * milites ab hoc nomine abhorruerunt. 1. 40. *

Quod quiſque juris in alterum ſtatuerit, edicti origo. I. 71. illo poſt legem Corneliam minus opus fuit. I. 74

R.

R Litteram inveniſſe dicitur Appius Claudius. I. 115. *
*Radewizius* ( *Jac.* ) JC. in aula Saxonica ſæc. XV. clarus. II. 98
*Raymundus de Penna Forti* Decretalium collector. II. 69
*Ranchinus* ( *Guil.* ) edictum perpetuum reſtituere conatus eſt. I. 276
*Ravennates* ( *Petrus* & *Valentinus* ) JCti in aulam Pomeranicam ſæc. XV. acciti. II. 98
Receptum jus. I. 51
Receſſus imperii ſæc. XV. non antiquiores. II. 72. *ſeq.* ad jura Rom. attemperati. II. 99. unde mos iis ſubſcribendi ab ordinibus imperii? II. 38. *
Reformatio religionis juris Rom. incrementa adjuvit. II. 113
Reges. Eorum arbitria gentibus antiquiſſimis pro lege erant. I. 3. Romani initio manu omnia gubernabant. I. 4. nec tamen παμβασιλεῖς erant. I. 6. * edicta propoſuerunt. I. 4. 63. ſub iis, quæ reipublicæ Rom. facies? I. 14. eorum leges in XII. tabulas migrarunt. I. 15. 28. iis ejectis quænam reipublicæ facies? I. 13. *
*Reginonis Prumienſis* libri 2. de diſciplina eccleſiaſtica. II. 50
Regulæ Catonianæ auctor. I. 132
Religionis libertatem favore Arrianorum ſtabilivit Valens imp. 376
*Repkow* ( *Epkow de* ) auctor Speculi Saxonici, quando & ubi vixerit? II. 73

Re-

Reſcribere, id eſt, in ſcriptis reſpondere non ſolebant JCti libera re publica. II. 157
Reſcripta principum abolere ſtatuit Opilius Macrinus. I. 26. 324
Reſpondere de jure unicuique licuit libera republica. I. 157. non vero in ſcriptis, ſed viva voce. I. 157. * ſub Auguſto certis tantum JCtis. I. 178. promiſcue ſub Hadriano. I. 280
Reſponſa prudentum. De iis conſtitutio Theodoſii. II. I. 378
Reſponſa ſub Auguſto & ſcripta dari, & ſignari cœperunt. I. 157.* 180.* non obligabant judices ante Auguſtum. I. 156. 178
Reſponſitare de jure plus eſt, quam reſpondere. I. 230. *
Res publica Romana: ejus forma ſub regibus. I. 6. I. 12. * ejuſdem finis. I. 12. ſub conſulibus. I. 13. * vitium. I. 36. monarchiæ faciem non ſub Julio Cæſare induit. I. 159
Reſtitutiones a prætoribus repertæ. I. 62
Rhetores urbe excedere juſſit Craſſus cenſor. I. 143
Rhodii populus nauticus & maris dominus. I. 296. * eorum jus nauticum. *vid.* Lex Rhodia.
*Riminaldus* JC. Bononienſis. I. 422
Ripuaria lex. *vid.* Lex Ripuaria.
Rogare legem dicebatur magiſtratus. I. 39. *
*Rogerius Vacarius* Summiſta, jus in Angliam intulit. I. 415. 416. II. 57
Roma, Albanorum colonia. I. I. mores Albanorum retinuit. *ibid.*
Roma eſt, ubi imperatur. I. 281. II. 19. *
Romæ curatores XIV. ab Alexandro Severo imp. inſtituti. I. 326
Romani peregrinas leges petentes excuſantur. I. 28. *

*Romilius* ( *Titus* ) coſ. leges XII. tabularum condi ſuadet. I. 23
*Romulus* Græcis legis latoribus antepoſitus. I. 12. ejus leges. I. 8. *
Roſtra quando hoc nomen acceperint? I. 26. an in iis propoſitæ 12 tabulæ? *ibid.*
Rubrianum, Argumento ſunt tot SCta, ſub ejus imperio condita, factum anno 853. I. 251
*Rufinus* [ *Licinius* ] JC. I. 347. an auctor collationis legum Moſaicarum & Romanarum? I. 347. *
Runica literatura. II. I. *
*Rupertus* ( *Chriſt. Adam.* ) Juſtiniani familiam ſiſtit. I. 383. *
*Ruſticorum* ( *Juniorum* ) ſtemma. I. 239. *
*Rutilius* ( *Maximus* ) JC. I. 335
*Rutilius* ( *Publius* ) *Rufus* JC. I. 141. ejus ſcripta. I. 142. exſilium. I. 141

S.

S Littera veteribus pro R. ſæpius uſurpata. I. 115. *
Sabinianorum origo. I. 206. ** eorum ſententias Julianus edicto perpetuo firmavit. I. 271
Sabinianorum librorum ordinem JCti in ſcriptis ſuis ante edictum perpetuum ſequuti. I. 208
*Sabinus* [ *Cœlius* ] JC. I. 240. ſcripta ejus. *ibid.* ab eo Sabiniani nomen non repetunt. I. 206. *
*Sabinus* ( *Maſurius* ) vid. *Maſurius*.
Sacerdotia patriciis extorta. I. 37
*Salaminius*, prof. Berytenſis. I. 363
*Salicetus* ( *Barthol.* ) JC. I. 422
*Salvius* ( *Ariſto* ) vid. *Ariſto*.
*Salvius Julianus*. vid. *Julianus*.
Sanguinolentos liberos venumdari permiſit Conſtantinus M. I. 354

Sa-

Sapientes quinam cognominati? I. 116
Sapientiæ ſimulacrum in nummis gentis Semproniæ. I. 116. *
*Saturninus* ( *Claudius* ) JC. I. 334
*Saturninus* ( *Quintus* ) JC. I. 335
*Saturninus* (*Venulejus*) JC. I. 347. ſcripta ejus. *ibid.*
Saxones quando leges habere cœperint? II. 33. *ſequ.* eorum ſuperſtitionum indiculus. II. 36. * iis leges dedit Haraldus, rex Daniæ. II. 34. * de iis capitularia Caroli M. II. 36
Saxonica lex an Carolo M. antiquior? II. 33. non ab Haraldo profecta. *ibid.* aucta tamen ab iſto. II. 46. non integra ad nos pervenit. I. 35. adhuc valuit ſub Ottonibus. II. 45. itemque ſub Conrado II. II. 41. 51
Scabinatus Magdeburgici. Ad eos provocatum ex Polonia, aliiſque provinciis. II. 79
Scabini juris patrii tenaces. II. 86
*Scævola* ( *Mucius* ) vid. *Mucius*.
*Scævola* [ *Cervidius* ] vid. *Cervidius*.
Scena. Ne quid in eam præter pomum jaciatur edictum ædilitium. I. 78
*Schertzius* ( *Jo. Ge.* ) laudatus. II. 81. *
*Schlick* [ *Caſpar* ] doctor juris, trium imperatorum cancellarius. II. 97
Scola juridica Berytenſis quando inſtituta? I. 361. extra Romam, Conſtantinopolin, & Berytum nulla permittebatur. *ibid.*
*Scipio* [ *P. Corn. Naſica* ] vid. *Cornelius*.
Sciſcere legem populus vel plebs dicebatur. I. 39. *
Scythæ morum tenaciſſimi. II. 2. *
Sectarum inter JCtos origo. I. 194. earum primi auctores. *ibid.* earum deſcriptio. I. 195
*Sempronius Sophus* JCtus. I. 116. an hic uxorem repudiarit? I. 117

Senatoribus non licuit navim ædificare. I. 216. *
Senatus quid curarit libera re publica? I. III. nova jura SCtis invehere non poterat ante Cæſarum tempora. *ibid.* ſub Tiberio non amplius dubitatum, an ſenatus jus facere poſſit? I. 199. auctor fieri debebat. I. III. *
Senatus conſulta de rebus tantum ad ſenatum pertinentibus libera re publica fiebant. I. III. leges antecedere ſolebant. *ibid.* iis nova jura conſtituta ſub Tiberio, I. 200. iis edicta principum firmata. I. 281. eorum forma ſub Hadriano ex SCto Juventiano altero perſpici poteſt. I. 285. *
Senatus conſultum de actione ſubſidiaria adverſus magiſtratus, I. 254. de ædibus negotiationis cauſſa non diruendis. I. 225. 235. de adpellationibus. I. 284. de agnoſcendo partu. *ibid.* de beneficio Trajani. I. 284. de edictis prætorum perpetuis. I. 72. edicto perpetuo præmiſſum. I. 272. de eo, qui ſe caſtrandum dedit. I. 284. de fideicommiſſo ſervo cum libertate relicto. *ibid.* de fructibus hereditatis. *ibid.* de jure aſylorum in municipiis. I. 205. * de legatis in Greciam mittendis. I. 23. de lege vectibulici ad provincias producenda. I. 285. de partu uxoris Romanæ. I. 273. de philoſophis urbe pellendis. I. 239. de SCto Aproniano ad collegia producendo. I. 301. Apronianum de legatis & fideicommiſſis civitati relictis. I. 84. * Articulejanum. I. 253. Aurelianum. I. 202. *ſequ.* Calvitianum ſive Calviſianum. I. 223. Claudiana. I. 202. de ſexagenariorum nuptiis. I. 215. de re nautica. I. 216. de tutela mulierum, & de feminis amore ſervili bacchantibus. I. 217. Daſumianum. I. 252. Hoſidianum de ædificiis negotiationis cauſſa non diruendis. I. 218. Juncienum. I. 303. Junianum. I. 239. Juventiana duo. I. 285. Largianum. I. 218. Libo-

bonianum. I. 201. Licinianum. I. 203. Macedonianum. I. 219. Memmianum. I. 224. Neronianum. *ibid.* Orphitianum. I. 301. Pegaſianum. I. 234. Pervicianum vel Perſicianum. I. 204. Piſonianum. I. 215. * 224. Plancianum. I. 234. Rubellianum. I. 203. Rubrianum. I. 250. Silanianum. Statilianum. *ibid.* Tertullianum. I. 285. Trebellianum. I. 226. *ſeq.* Turpillianum. I. 225. Vellejanum de adſignandis libertis. I. 218. Vellejanum de interceſſione mulierum. I. 172. Vitraſianum. I. 253. Veluſiana duo. I. 218. 225. *

*Senecæ* nomen cur non præferat SC. Trebellianum. I. 226. *

Sepultura intra urbem prohibita. I. 294

*Servilius* JC. I. 263

Servi venales titulum præferebant. I. 76. *

*Servii Tullii* regis leges. I. 10. * ejuſdem civilitas. *ibid.* primus Romæ æs ſignavit. I. 21. *

*Servii Sulpicii* ſtudium juridicum. I. 150. ejus honores. I. 151. & ſcripta. I. 152. ejus auditores. I. 153. in XII. tabulas ſcripſit. I. 33. nec non in edictum, ſive ad Brutum. I. 74. * & ad Q. Mucium. I. 135

*Severus* [ *Septimius* ] imp. doctus & juris peritus. I. 321. Papiniani conſilio uſus multa præclare conſtituit. I. 321. abolere voluit edictum perpetuum, irrito tamen auſu. I. 321. * præfecturam urbanam ad ſummam potentiam evexit. I. 322. quænam circa jus mutarit? *ibid.*

*Severus* [ *Valerius* ] JC. I. 248

Sidonem translata ſchola Berytenſis. I. 364

Signandæ quomodo fuerint tabulæ? I. 221. *

Sinenſes morum tenaciſſimi. II. 2. *

Singularii dicti, qui ſiglis ſcribebant. I. 49. *

Σοφὸς cognominatus *Sempronius* JC. I. 216

Spe-

Speculum Saxonicum I. 73. *ſequ.* ejus auctor & ætas, II. 74. de eo judicium. II. 75. ejus editiones. II. 76. ejus auctoritas. II. 79
Speculum Suevicum, ejus ætas. II. 80. editiones. II. 81. de eo judicium, II. 82
Statuta urbium cur in ſcripturam redacta? II. 73. 86
Statuta Aquiſgranenſia. II. 91. Bremenſia. II. 92. Brunſuicenſia. *ibid.* Colonienſia. II. 91. Friburgenſia. II. 92. Hamburgenſia. II. 89. Lubecenſia, quando condita? II. 88. ea ſubinde interpolata & aucta. *ibid.* an ex jure Sueo-Gothico. *ibid.* * hodierna quando collecta? II. 88. ** ea a multis civitatibus adoptata. II. 90. an jus Venedicum exhibeant? II. 88
Stadenſia: eorum ætas. II. 84. *
Statuta Suſetenſia. II. 87. a Lubecenſibus & Hamburgenſib. recepta. *ibid.*
*Stephani* verſio εἰς πλάτ☉. I. 403
Stlitibus, Stlocus, Stlatus, cur veteres dixerint? I. 58. *
Stoicam philoſophiam reliquis præferebant JCti.
Studia Romanorum juvenilia. I. 154
Studium juris Romani ab edicto auſpicati ſunt. I. 74.
Studioſorum juris per ſingulos quinquennii annos cognomina. I. 394. *
Subceſiva prioribus poſſeſſoribus a Domitiano reſtituta. I. 238
*Sulpitius.* vid. *Servius.*
Summas juris civilis quinam ſcripſerint. I. 418
Syndici in civitatibus jam ſæc. XV. doctores juris. II. 98. dicti ſunt *Pfaffen.* *ibid.*

Ta-

## T.

TAbulæ XII. ab iis ſtudium juris auſpicabantur Romani. I. 74. *
Tabulis eboreis, an roboreis inſcriptæ XII. tabulæ? I. 26
*Tarquinius Priſcus* an leges tulerit? I. 10
*Tarquinii Superbi* regis tyrannis & exſilium. I. 11
*Tartagnus* [ *Alexander* ]. I. 422
*Taruntenus Paternus* JC. I. 309
*Taſſilonis*, ducis Bajuvariorum, decretum. II. 24. *
*Tengleri* [ *Udalrici* ] Layenſpiegel. II. 105. *
*Terentius Clemens* JC. I. 308
Terminus deus. I. 9. * de eo lex Numæ. *ibid.*
*Tertullianus* JC. an idem, cum patre eccleſiæ? I. 333.
*Teſta* ( *C. Trebatius* ) JC. I. 188 Epicureæ ſectæ addictus. *ibid.* de eo judicium & ejus ſcripta. I. 189
Teſtamenta quomodo ſignari juſſerit Nero? I. 221. a Francis ritu Romano condita. II. 19. Germani nulla habuerunt. II. 3. * in eorum ordinatione plus gloſſæ tributum, quam ipſis legibus. II. 103. *
Teſtamentum militare unde? 237. 249
Teſtibus injuratis fidem haberi noluit Conſtantinus M. I. 355
*Thalelæus* Græcus interpres *Pandectarum* & *Codicis*. I. 413
*Themiſtius* orator paganus Chriſtianorum perſequutionem diſſuadet. I. 376. *
Theodoriciana lex. II. 18
*Theodoricus* rex Francorum legislator. II. 21
*Theodoſii* II. merita in juris prudentiam. I. 378. 382. *ſequ.* quorumdam tantum JCtorum ſcripta in foro allegari permiſit. *ibid.* Juſtinianus hanc conſtitutionem in ſuo Codice omiſit. *ibid.* Codicis Theodoſiani auctor. I. 379

*Theo-*

*Theodoſius M.* juris prudentiam ſua mole laborantem juvat. I. 376. ejus conſtitutiones commentario illuſtravit Balduinus. *ibid.*

*Theophilus*, *Inſtitutionum* paraphraſtes, quando floruerit? I. 402. editiones. *ibid.* an Theophilitzes, & Accurſio junior? I. 402. * anteceſſor Berytenſis. I. 363. perperam a pleriſque reprehenditur. I. 402. *

Theſaurus cui adquiratur ex conſtitutione Hadriani. I. 293

*Tiberius Cæſar* callidiſſimus princeps. I. 196. Auguſti inſtituta ſervavit. I. 196. 198. ſub eo vetere ritu lata lex Junia Norbana. I. 197. comitia a populo ad patres tranſtulit. I. 199. edictis nova jura conſtituit. I. 205

Tituli mancipiorum venalium. I. 76. *

Titulos librorum ſchematicos adfectabant JCti. I. 312

*Titus* imp. de duobus prætoribus fideicommiſſariis unum detraxit. I. 237. leges tulit contra delatores. I. 237. militibus dedit privilegium ſine ſollemnitate teſtandi. *ibid.* ſub eo, capitolio igne deleto, jacturam paſſa eſt juris prudentia. *ibid.* *

*Trajanus* imp. varia jura conſtituit. I. 250. SCta ſub eo condita. *ibid.* variæ conſtitutiones ejus. I. 255

*Trebatius Teſta.* vid. *Teſta.*

*Triboniani* honores. I. 388. varia de eo judicia. I. 389

Tribunicia lex. I. 13

Tribuniciam poteſtatem titulis ſuis inſeruit Auguſtus I. 162. *

Tribuni militum conſulari poteſtate quando & cur creati? I. 57

Tribuni plebis quando creati? eorumdemque numerus & poteſtas. I. 19. pro roſtris dominati ſunt. I. 37. civitatem miſcent. *ibid.* eorum edicta. I. 63

Tribus Romanæ. I. 7. *

Tri-

Tributa comitia. *ibid.*
Triumviratus. Sub eo miſera juris conditio. I. 159. *
Triumviri A. A. A. F. F. I. 59. capitales. *ibid.*
*Tryphoninus* [ *Claudius* ] JC. I. 334
Τύποι vocata edicta, qualiacumque. I. 373. *
Turcæ adhuc hodie jure Romano utuntur. I. 405.* 409. Codicem Juſtinianeum in ſua lingua habent. I. 409
*Tuſcianus* JC. I. 291
Tutela mulierum abrogata. I. 382
Tutores a conſulibus dari juſſit Claudius imp. I. 214
Tyrannorum acta quomodo reſciſſa. I. 212

## V.

V*Acarius* [ *Rogerius*. ] vid. *Rogerius*.
*Valens* [ *Aburnus*. ] vid. *Aburnus*.
*Valens* imp. Arrianis conſulturus edictum de libertate religionis edidit. I. 376
*Valentiniani* & *Theodoſii* conſtitutio de reſponſis prudentum. I. 382.
*Valeriani* imp. conſtitutjones. I. 352. *
*Valerius Severus* JC. I. 248
Vandali perperam confunduntur cum Venedis. II. 6.*
*Udalricus* de Auguſta, JC. Germ. ſæc. 14. II. 68
Venedi in Germania ſedes conſtituunt. II. 6. * eorum jus an in Lubecenſi ſuperſit? II. 78. *
*Venulejus Saturninus* JC. I. 347
Verſiones librorum juris κατὰ πόδα permiſit Juſtinianus. I. 402
*Veſpaſianus* imp. multa jura nova invexit. I. 233. & vetera reſtituit. *ibid.* * ſub eo ultimum luſtrum conditum. I. 236. quædam ſub illo circa jus mutata. *ibid.* SCta ſub eo facta. I. 234. huic omnem ſuperiorum imperatorum poteſtatem decrevit ſenatus. I. 233

Via

Via Appia a quonam ſtrata? I. 114
Viceſima hereditatum temperata a Marco Antonino. I. 302
Viduæ intra annum luctus nubere non licebat per legem Numæ. I. 9. *
Viennenſis Academia jam ſæc. 14. juris profeſſores habuit. II. 96
Vigintiviri. I. 58
*Vinidius Verus* JC. I. 308
Vino rogus non adſpergendus ex lege Numæ. I. 9. *
Viocuri. I. 59. *
*Virginius* [ *Paullus* ] JC. I. 141
*Virgilii* periochæ an Modeſtino tribuendæ. I. 350. *
*Vitellius* imp. edicto mathematicos & aſtrologos urbe exceſſe juſſit. I. 232
Vitis: ex ea imputata non libandum ex lege Numæ. I. 9. *
*Vivianus* JC. I. 263
*Ulphilas* litterarum Gothicarum inventor. II. I. *
*Ulpiani* [ *Domitii* ] JC. natales & honores. I. 336. Hebraiſmi. *ibid.* * mors. I. 337. juris prudentia. I. 338. an verborum novator. *ibid.* * ejus opera majora. I. 339. minora. I. 340. notæ in Papinianum. *ibid.* * Chriſtianis admodum infenſus. I. 339. reſcripta contra eos collegit. *ibid.* *
*Ulpius Marcellus*. vid. *Marcellus*.
*Unde de plano recte legi poſſit*, formula edictalis. I. 66
Vocabulis novis repertis prætores jura civilia everterunt. I. 69
*Voluſiani* imp. conſtitutiones. I. 352. *
*Voluſius Mæcianus*. vid. *Mæcianus*.
*Urſejus Ferox*. vid. *Ferox*.

## W.

WEichbildum Saxonicum. II. 78
*Weisbach* [ *Jo. de* ], legatus Saxoniæ. II. 98
*Weſtenbergii* [ *Jo. Ortwini* ] D. Marcus. I. 298
Wisbyenſe jus nauticum. II. 93
Wiſigothi provincialibus jus Romanum reliquerunt. II. 15. unde codex Alaricianus compilatus? *ibid.* eorum reges imperii majeſtatem venerati ſunt. II. 13. * eorum lex. II. 11. an tota ex jure Romano. II. 14
*Wiſſenbachii* [ *Jo. Jac.* ] Emblemata Triboniani. I. 399. de iis judicium. *ibid.* *
Wurtenbergicus ducatus jus Romanum adoptavit. II. 112
*Wybonis* ( *Jo.* ) Vindiciæ Triboniani laudatæ. I. 399. *

## Z.

Z*Aleuci* leges unde. I. 28. *
*Zaſius* ( *Uldaricus* ) JC. humanior. I. 425
*Zeno* imp. quid de pluris petitione ſanxerit? I. 382

FINIS.

£2:5-
51 Z2